SYNTAXEΩN

# ARTIS MI-RABILIS,

## ALTER TOMVS.

In quo omnium ſcientiarum & artium tradita eſt epitome, vnde facilius iſtius artis ſtudioſus, de omnibus propoſitis, poſſit rationes & ornamenta rariſſima proferre.

*Authore, Petro Gregorio Tholozano, I. V. Doctore, & in Senatu eiuſdem Ciuitatis ampliſſimo, albo cauſidicorum inſcripto: nunc verò, Iuris Ciuilis in Academia Cadurcorum publico Profeſſore.*

SCIENTIA  IMMVTABILIS.

COLONIAE,

IMPENSIS LAZARI ZETZNERI.

cIↄ. Iↄc.

SYNTAXEΩN

# ARTIS MI-
# RABILIS,

## ALTER TOMVS.

In quo omnium ſcientiarum & artium tra-
dita eſt epitome, vnde facilius iſtius artis
ſtudioſus, de omnibus propoſitis, poſ-
ſit rationes & ornamenta rariſ-
ſima proferre.

*Authore, Petro Gregorio Tholozano, I. V. Doctore,
& in Senatu eiuſdem Ciuitatis ampliſſimo, albo
cauſidicorum inſcripto: nunc verò, Iuris Ciuilis in
Academia Cadurcorum publico
Profeſſore.*




COLONIAE,
IMPENSIS LAZARI ZETZNERI.

cIↄ. IↄC.

# OMNIPOTENTI VNIVERSO CREATORI, AC DOMINO, Regum & Monarcharum omnium Imperatori, ſoli Deo, honor & gloria.

*QVemadmodum à mari, adorãde Deus, flumina omnia occultis meatibus orta, rurſum in mare citius aut ocyus properant: non tamẽ ea puritate, qua per tubulos à fonticulis prodeunt, ſed vnà ſecum in ſuperficie terræ per alueos præcipitata, ſordes & multa alia fæculenta importãt ad matrem vnde orta erant: ipſa autem non ideo minus illa amplectitur, & æſtibus & fluxibus crebris ſordes in ripas deijcit, agnoſcit & ſua: ſic omnia quæcunque nobis inſunt bona, à tua admirabili, ineffabili, & adoranda ſapientia, Deus, in nos per inuiſibiles canales, gratia & liberalitate tua defluunt. Cæterum cùm in hanc ſentinam noſtram terrenam perueniunt, fieri non poteſt vt multis ignorantiæ noſtræ tenebris non polluantur, & fæces turbulẽtas non ſubeant: redire tamen ad te dona tua qualiacunq; ſint & tibi conſecrari debent: alioquin enim tuæ gloriæ furium & ſacrilegium impium fiet. Quamobrem, ſumme Deus, quæ de manu tua accepi, lubens tibi dedico conſecroque, non quidem eius puritatis & præſtantiæ, qua à te conceſſa ſunt, ſed multis humanæ notæ inuoluta tenebris: malui namq; etiam talia exhibere potius, quàm magis ſterili terræ, & obliuioni committere. Alij doctioribus doctiora exhibebunt: ego interim lac porrigam incipientibus & indoctis: illud obnixè rogans, vt ſi quæ iam concepta & geſtientia exire apud nos, noſti vtilitate Reipub. conuenire, patiaris & iubeas tua pluſquam mæcenatica ope in lucem prodire, conatuſque noſtros & dirigere & perficere digneris.*

---

## LECTORI.

QVVM *anno præterito decreuiſſem Lector humaniſſime, tibi integras ſyntaxes exhibere, anguſtiæ temporum, & munus publicum quo fungor, Lugduno Cadurcum me reuocarunt, vt lectionibus Iuris Ciuilis debitam redderem fidem & operam. Quò factum eſt, vt non fuerit hactenus otium quo poſſem deſiderio ſatisfacere. Proinde nunc quod ſit in Dei laudem & Chriſtianæ Reipubl. vtilitatem, abſolutas profero, vt vtaris interim, & expectes cum Dei ope reliqua, quæ grauioris & maturioris ſunt ætatis & profeſſionis noſtræ Iuris.*

*Vale.*





# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER VIII.

⁂

## In quo agitur de Mundo, de Cœlo, de Aſtrologia.

### *Quid ſit mundus, num animal. Et de prouidentia Dei in eo.* CAP. I.

IN claſſe ſubſtantiarum lib. 2. Syntaxeωn propoſuimus conſiderãdum eſſe cœlum poſt Angelos. Quamobrem vt oratio ſegetem metat vberrimam ex hac quoque cellula, percurram obiter quædam in hoc octauo lib. de Mundo & Cœlo, deq; eius inſignioribus arcanis. Mundus itaque qui alio nomine latinis Cœlum, vt ait Plin. lib. 2. cap. 1. eſt ornatus & complexio vniuerſi apud eundem lib. 2. cap. 8. & apud Cic. in ſomnio Scipio. & Græcis κόσμος, ornatus. Vel nihil aliud mundus, quàm omnium naturæ conceptio ſumma, cœlumq; ſideribus cõformatùm. Vitruuius lib. 9. Architect. cap. 4. Adſtipulatur Ariſt. lib. de Mundo. Cleomed. in 1. circularis inſpectionis. Plin. item lib. 1. cap. 1. ex ſententia Pythagoræ apud Plutarc. lib. de plac. Philoſoph. c. 1. Quem alij ſecuti, vt Plato in Timæo, & Alcinous de doctrin. Plato. cap. 13. Hunc quidam animal dixerunt, vt Plato in Timæo, & Mercurius Triſmegiſtus in Pimandro, & D. Auguſt. lib. de Immort. & lib. 6. de Muſica, cap. 14. & Stoici apud Cic. 1. de Natura Deor. Democritus autem & Epicurus, & aſſeclæ, qui atomos ponunt principia, mundum dixerunt inane & ſine anima, ſine prouidentia Dei, & temerè agere, teſte Plutarc. lib. 2. de plac. Philoſoph. c. 21. Et Auerroës commento 51. lib. 12. Metaphyſ. Laërtius etiam in 1. & 5. & Plin. ipſe in 2. cap. 7. vtraque tamen opinio à

vero aliena, nam nec animal mundus eſt, vt latè docet & refellit Cicero 1. & 2. de Natura Deor. D. Auguſt. lib. 1. retracta. nec temerè & ſine Dei prouidentia agit, vel factus eſt, vt docet D. Thomas ſuper 1. ſententia. diſtin. 39. Et prouidentiam negantes refellit D. Ambroſ. lib. 1. offic. cap. 13. fateturque eandem Vergil. ecloga 8. Horat. lib. 1. Car. ode 2. & lib. 3. ode 4. fuerunt & Romæ dicata templa Dei prouidentiæ. Refellit & inſaniam Arrianorum, qui cum Aphrodiſeo dixerunt, prouidentiam Dei ad minima mundi non extendi, Cyrillus Alexand. lib. 5. Theſaur. aduerſ. hæret. c. 2. & lib. 2. contra Iulia. apoſtat. fideſque ea eſt catholica, vt omnibus Deus, qui omnia creauit, & prouideat, diſponat, gubernet, & per media & immediatè, & minima vt maiora, vt ex D. Matthæo conſtat c. 6. & 10. Lucæ 12. Pſal. 103. & 146.

## *De Mundi vnitate, & diſtinctione aliorum quorundam.* CAP. II.

VNus mundus materialis & viſibilis, vt docet Plato in Timæo, & Marſil. Fici. in Theol. Plato. Ariſtot. 1. de Cœlo, cap. 8. & 9. Pompon. Mela in princ. hiſtor. orbis. Quia mundus eſt vniuerſorum complexio, Plutar. lib. 1. de placidis Philoſoph. c. 5. & lib. 2. cap. 2. Alij tamen mundi ſed non materiales, conſtituuntur à Cabaliſtis, de quibus Reuchlinus lib. 1. de arte Cabaliſt. nempe præter hunc materialem dicitur alius formalis, alius informis, alius paruus mundus. Primus eſt ſenſibilis hic, & inferior, conſtans ex cœlis, cœleſtibus, elementis, & elementatis. Secundus ſuperior, quem dicunt Hebræi mentalem & inhabitatum ab angelis & ideis, & locum animarum, ſeculum beatorum. Tertius illis dicitur enſoph, infinitus, cuius forma incomprehenſibilis, ſumma eſſentia & potentia, Deus ipſe. Quartus, dicitur paruus mundus, μικρόκοσμος, id eſt, homo, rerum omnium creatarum epitome, qui tamen in mundo viuit nunc ſenſibili. Teſtatur & Macrob. lib. 2. in ſomn. Scipio. ca. 12. mundum magnum hominem, & hominem breuem mundum phyſicos dixiſſe. Cōſentit Philo Iudæus lib. 2. de Plantation. Noë. Plato in Timæo, & Alcinous de doct. Plat. cap. 10. exemplarem in mente ſummi opificis, & hunc materialem ad eius exemplar creatum conſtituit. Vnde Epicureorum exploſa ſententia, qui rati ſunt infinitos eſſe mundos, authore Diog. Laërt. lib. 10. in eius vita & alijs.

De ma-



## *De Materia mundi.* CAP. III.

QVidam materiam præiacētem, ex qua mundus conflatus ſit, putarunt, eamq; ingenitam & increatam: vt Thales, aquam: Heſiodus, Oceanum: Anaximenes Myleſius aërem: Plutarc. de placidis Philoſoph. lib. 1. cap. 3. Hippaſus Metapontinus, & Heraclitus Epheſius, ignem: Empedocles, cum omnibus illis elementis, terrā: Anaxagoras Clazomenius, infinita principia & ὁμοιομερείαν. Quorum ſententias reijcit Ariſtot. lib. 1. Metaph. cap. 3. Lucret. in 1. Lucretius & Epicurus, atomos: ſed maiori cum errore. Alij non creatam ſed genitam à Deo primam ὕλην, dicunt: quod improbat Euſeb. lib. 7. præparat. Euangel. cap. 8. Atque aduerſus eos qui primam præiacentem ponunt materiam, diſputat Gregor. Nicenus lib. de hiſtoria ſex dier. Lactant. Firmian. lib. de falſ. relig. c. 9. Atque verior eſt ſententia, primam rerum omnium materiā, ex nihilo fuiſſe creatam, vt docet Moſes, per ea verba, in principio creauit Deus cœlum & terram, Geneſ. 1. c. & in eccleſiaſt. c. 18. Adſtipulatur & Mercur. Triſmeg. in Pimandro.

## *De Forma mundi.* CAP. IV.

MVndum alij ſphæricum, alij turbinatum, alij forma oui, vt ait Plutar. lib. 2. de plac. Philoſ. c. 2. verius tamen, vt nec rectilinus, non triangularis, angularíſve, alteriúſve figuræ ſit quàm rotundæ, vt ait Plin. lib. 2. c. 2. Ariſtot. 2. de Cœlo, c. 4. Alcinous lib. de doctr. Plato. c. 10. inde & orbis dicitur, & circulares ſunt eius motus.

## *De Authore & factore mundi.* CAP. V.

QVidam à nullo factum, ſed æternum mundum arbitrati ſunt: quos refellit D. Ambroſius toto ferè lib. 1. 2. & 3. exameron. quia creatio eius nobis Chriſtianis certa, ex c. 1. Geneſ. Ioan. ca. 1. & Sibylla 1. oracul. Credunt & Agareni, in Alcorano, azoara 1. & 56. & 67. Senec. lib. 8. epiſt. 66. Et mūdum ortum docet Coſdroas ſerm. 5. apud Rabinum Moſem, epiſt. ad Iudæos Maſſilienſes. Refellit & Iacobus Milichius, in Cōment. ad c. 1. lib. 2. Plinij, quinque, quæ obijciebantur, argumenta. Adſtruit & D. Auguſt. lib. quæſt. veter. & nou. Teſtam. quæſt. 28. & lib. de prædeſt. & grat. ca. 6. 5. Lapſi itaq; Baſilidiani, qui negant mūdum hunc à Deo, ſed à trecenteſimo ſexageſimoquinto Cœlo, tot enim eſſe ſomniarunt, arbitrātur factum, vt D. Auguſt. tradit de hæreſ. hære. 4. lapſi Epicurei, qui ſponte & fortuitò factum dicunt. Item ij, qui genitum à Deo,

& Deum

& Deum putant, niſi intelligant de creatione, non propagatione, vt Plato in Timæo, Cicero 2. de Vniuerſ. falluntur & qui Angelorum dicunt opificium, de quibus D. Cyrillus Hieroſolym. cathec.11. Falſus & Zeno, & aſſeclæ eius, qui duo principia cum Deo, mundi poſuerunt, de quib⁹ Diogenes Laertius in 7. & eius vita. Chryſippus 1. Phyſic. Et idcircò, quia à Deo hic mundus creatus, homo qui rationis cognitionisque capax eſt, ſe natum, vt hoc opus admiretur, authorem cognoſcat, colat & veneretur, recordetur oportet, propter gloriam Dei omnia, & in vſum hominis, ipſe autem vt Deum adoret, & ei inſeruiat factus.

## *De Sphæra & mundi ſectione per polos & circulos maiores & minores.*

## CAP. VI.

MVndi compoſitio & figura, à forma dicitur Sphæra, eaque ſolida. Quam vt periti explicent, fingunt per medium vnica linea veluti veru & axe, transfigi, atq; in extremitatibus duabus eius axis, conſtituunt puncta & exitus, polos inquam, cardines & vertices immobiles: vnus, verſus ſeptentriones ab vrſa ſeu ſtellis illius, quæ ibi & in ea cœli parte, arcticus, & aquilonaris, borealis dictus. Cui alius oppoſitus ex diametro, dictus antarcticus: & quia verſus meridiem, meridionalis, ideo polus & vertex, vt conſentiunt omnes ferè ſphæræ interpretes, Proclus in 1. & Cleomedes in 1. & alij. Horum polorum ratione, qui degunt in aliqua regione ex qua polus arcticus & antarcticus videri poſſit, ij rectam dicuntur habere ſphæram.




Atqui tantùm alterum vident illorum ij obliquam habent, vel magis, vel minus, prout recedunt ab altero illorum, & accedunt ad alterum.

Sic






Sic vt alter videatur, alter occultetur, vt ait Ariſtotel. lib. 2. de Cœlo, cap. 2. Tractat autem plura de declinatione poli Machomet filius Gebri dictus Albategnius cap. 8. 9. & 10. lib. de Scientia ſtellarum, & omnes claſſici de ſphæra agentes. At diuiſio prior & generalior ad vniuerſa, quæ hac mole mundi continentur, fit per circulos, qui in ſuperficie orbis veluti lineæ circulares & cingula, diuidunt mundum localiter, vel locorum diſtinctiones repræſentant. Horum duo genera, maiores & minores. Maiores circuli illi, qui ſua delineatione totum orbem diuidunt in duas æquales partes: minores, qui diuidunt inæqualiter, & conſtituunt ex vno latere partem maiorem, ex alio minorem. Circuli decem: maiores ſex horizontalis, meridianus, æquinoctialis zodiacus, coluri duo: horizontalis, ſeu finitor, terminus cœli Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 15. gyrusq; hemiſphærij, circulusq; hemiſphærij Alphragano: Meridianus circulus, medij cœli, medij diei, Aſtrologis cuſpidi regalis circulus, cardo regius, principium decimi domicilij, medium cœli: Aequinoctialis, ἰσημερινὸς Græcis, circulus alti ſolſtitij Lucano lib. 9. Zodiacus, circulus obliquus, inflexus, ſignifer, zoophoros. i. deferens animalia: colurus æquinoctiorum: colurus ſolſtitiorum. Minores quatuor: arcticus: tropicus cancri, aliter circulus ſolſtitij æſtiualis, tropicus ſeptentrionalis: tropicus capricorni, circulus ſolſtitij hyemalis, tropicus meridionalis: Antarcticus.

## *De Horizontali circulo.* CAP. VII.




HOrizon dicitur ille circulus, qui viſam partem mundi exhibet, id eſt, id quod ſupra nos, & ad latera. Circulus vel medietas orbis, medietas rotunditatis, vt hîc, & partem mundi, quæ non videtur, à viſa æqualiter diuidit: non videtur quippe alia

media

media pars infra horizontem. Eſtq; horizon hemiſphærium ſuperius, & viſum vel diuiſum. Horizontis vtilitates & officia hæc: 1. diuidit cœlum in duo hæmiſphæria. 2. oſtendit quæ ſtellæ ſint perpetuę apparitionis, vel occultationis, quæ deinde oriantur & occidant: vnde deſcriptiones temporum Poëtarum. 3. determinat quantitatē cuiuslibet diei & noctis artificialis, oſtenditque cauſam inæqualitatis. 4. conducit ad inueniendam loci latitudinem, locorumq; diſtantiam. 5. docet puncta ortus & occaſus ſtellarum, & quantum eorum ortus diſtet à vero & æquinoctiali ortu. Et quia interdum duos polos æqualiter ad latus habere quis poteſt, vt ſi ſub æquatore, is tunc horizōta dicitur habere rectum: qui autem vnum tantùm vel arcticum, vel antarcticum videt, is & horizonta habebit obliquum, prout habitauerit vel verſus ſeptentrionem, vel auſtrum longiùs ab æquatore.

## *De Aequinoctiali circulo.* CAP. VIII.

AEquinoctialis vel æquator circulus, eſt linea quę cingens orbem per medium diuidit conſideratione, duasque partes æquales conſtituit, vnam verſus ſeptentriones, aliam verſus meridiem: vt ſi tibi proponas malum apprimè rotundum, habẽs petiolum ſeu caudam




qua nectebatur arbori ex altera parte, & ex altera autem oppoſita ex diametro floris notam pro polorum ſigno, & inter has notas diuidas æqualiter, erit illud, quod medio cœlo æquatoris nota huiuſmodi, vocaturque illa diuiſio, latitudinis mundi. Cùm ad eum circulum Sol peruenerit, fiunt dies noctibus æquales, peruenit eò autē, dum is ingreditur principium arietis & librę. In principio arietis eſt Sol 11. nobis Martij. In initio librę ferè 12. Septemb. ſecundùm alios 14. Veruntamen notandum eſt, ſecundùm illam latitudinem, ab æquatore vſque ad punctum vtriuſque poli & extremum cuiuſque diuiſionem factam in ſeptem partes olim, nunc 9. quas climata dicunt. Eſt quippe



quippe clima ſpatium terræ inter duos parallelos concluſum, quibus annectuntur paralleli. Paralleli ſunt lineę interſecantes mundum, ab æquatore verſus polos mundi. Latitudinem mundi diſterminant paralleli, menſurant meridiani: longitudinem verò diſtinguunt meridiani, menſurant paralleli. Cùm autem omnes meridiani in polo conueniant, omnes inuicem ſunt ſibi æquales: ſunt enim maiores circuli. Aequinoctialis ſecundùm Aridem Bicardum in ſecundam quæſtionem ſphærę de Sacroboſco, eſt regula primi motus, qui ſit ſpatio 24. horarum, eſtque menſura temporis. Oſtendit vbi interſecatur à zodiaci circulo obliquo, vbi æquinoctia, in principio arietis & libræ. Docet deſcenſiones & aſcēſiones ſignorum zodiaci, vnde longitudo diei & noctis artificialis. Diuidit in duas partes æquales cœlum ſeptentrionales & meridionales. Indicat declinationem ſtellarum & partium ab Ecliptica. Maximi vſus in geographia, & in inſcribendis globo ciuitatibus & regionibus, obſeruata cum eo longitudine & latitudine.

## *De Meridionali circulo.* CAP. IX.

MEridionalis circulus ille eſt, qui ab vno polo ad alium vſq; polum, rectam lineā extendit, & poſteà eodem ordine ad ſuum polum peruenit: vt ſi lineam ſupra caput tuum fingas, venientem à ſeptentrione & extenſam vſq; in meridiē, & infrà ſub terram à meridie iterum redeuntem ad ſeptentrionem, vnde eius prius initium, vt coniūgat ibi circulum. In eam lineā cùm Sol ab oriente proceſſerit ſupra horizōtem, fit meridies, infra autem horizontem, in ea linea veniens facit ſupra nos mediam noctem. Tot ſunt meridiani, quot habitantibus regiones diuerſas ab ortu in occaſum, poſſunt zenith capitis, id eſt, puncta verticalia, ſupra caput diſcerni. Diſtinguunt autem numeros meridianorum, gradus æquatoris bini ſingulis: & idcircò, quia gradus æquatori 360. erunt meridiani 180. quorum primus tranſit per zenith fortunatarum inſularum in occaſu, à quo retrocedendo in ortum per binos gradus, fiunt numerationes 2.3.4.5. & ſequentium meridianorum. Meridianus facit tempus meridiei & medię noctis, vt dictum: habet zenith vel punctum verticale, ex quo dehinc colliguntur interualla parallelorum & ſtellarum: hic maxima ſtellarum & Solis altitudo, meridiana ſcilicet.

De

## *De Zodiaco.* CAP. X.

ZOdiacus, circulus maior qui in duas partes obliquè ſecat æquinoctialem, ex vna parte declinans verſus ſeptentrionalem polum dimidia ſui parte, vſque ad 23. gradus & ferè 92. minuta, vbi fit tropicus cancri. Ex alia verſus auſtralem, per totidem. 23. gradus & 91. min. vbi tropicus Capricorni. Hic ſolus circulus habet cum longitudine latitudinem, cæteris tantùm habentibus delineationem: ſecundùm longitudinem diuiditur in 12. partes æquales, in qualibet vnum ſignum ſtellis compactum, aliqua animalis forma inſignitum, vnde duodecim ſurgũt ſigna: vnumquodq; autem ſignum habet 30. partes quas vocant gradus, quilibet gradus 60. minuta, minutum 60. ſecunda, ſecũdum 60. tertia, tertium 60. quarta, &c. Quia paulatim ſingulis diebus per eas partes Sol ſe extollit & graditur aſcendendo & deſcendendo approximando vel elongando à locorum regionibus, donec annum perficiens ad proprium penè locum redierit, à quo cœperat gradiri, excurſis 360. partibus & gradibus, vnde fiunt anni communes 365. cum quadrante, & biſſextilis 166. Alia diuiſio zodiaci ſecundùm latitudinem eſt, ex communi antiquorum Aſtrologorum ſententia in 12. gradus. Secundùm autem P. Appianum in 1. parte coſmoſgraphiæ, & alios in 16. hos diuidit linea vna, in duas æquales partes, vtrinque relinquens gradus 8. hæc autem linea vocatur ecliptica, aliâs orbita ſolaris, via iterq; ſolis: nam per eam lineam incedit. & ideò ſolaris circulus, nunquam enim à medio zodiaci declinare dicitur Sol ad dextram vel ad ſiniſtram. Cùm reliqui planetæ non ſemper moueantur ſub ecliptica, ſed interdum ab ea deflectant verſus ſeptentrionem, vel verſus meridiem, ad maximam latitudinem ſex graduum præter Martem & Venerem, qui (rarò tamen) extra hos terminos euagantur, & Venus interdum 8. gradibus ab ecliptica elongatur. Itaq; cùm declinant in ſeptentrionalem vel meridionalem partem ſtellæ vel planetæ ab ecliptica, latitudinem dicuntur habere ſeptentrionalem vel meridionalem. Ecliptica, ſub hac fiunt eclipſes Solis & Lunæ: eſt & via & menſura proprij motus planetarũ: oſtendit vera loca omnium ſtellarum: oſtendit in quo loco ſit ſtella quælibet, teſte Bachardo in quæſt. ad ſphæram, lib. 1. in circulo zodiaco. Porrò ſtella dicitur eſſe in ſigno tripliciter: Primùm, dum eſt ſub eclyptica, & eo modo Sol ſolus eſt in ſigno aliquo, vel arietis, vel



tis, vel libræ, &c. Secundò, eſſe in ſigno dicitur, ſub zodiaco eſſe ſignificat hîc ſignum, pyramidem quadrilateram. Et ita conuenit planetis declinantibus ab eclyptica, ſub aliquo ſigno, in quo dicuntur eſſe: item & tertiò eſſe in ſigno, eſt referri ad aliquod ſignum zodiaci. Totum enim cœlum, ſecundùm 12. ſigna, diuiditur à polo vno in alium, 12. circulis facientibus angulum in polo: & quæ ſunt ſub angulis illius ſtellæ, ſub ſigno cuius eſt angulus, eſſe dicuntur, ſiue errantes, ſiue fixæ ſint.

## *De duobus Coluris.* CAP. XI.

COluri, ſunt duo circuli in ſphæra: vnus quidẽ tranſit per principia arietis & libræ: alter verò per principia cancri & capricorni, qui ſeſe interſecant ad angulos rectos ſphærales circa polos mundi, quos in ſphæra materiali faciliùs intelliges ἀπὸ τοῦ κόλουρος, quod mutilum & imperfectum ſignificat; quia habeant in ſphæra obliqua partes aliquas, quę nunquam ſupra horizontem eleuantur pro varia eleuatione poli, maiores aut minores ſub horizonte manentes. Horum colurorum alter dicitur ſolſtitiorum, alter æquinoctiorum. Solſtitiorum eſt circulus vel linea tranſiens per principium cancri & capricorni, tranſeundo notans duo puncta, vel principia, cancri ſcilicet & capricorni, ad quę dum Sol peruenerit, non recedit longiùs ab æquinoctiali: & ideo ab illis punctis, rurſum æquinoctialem verſus regreditur. Fit autem bis in anno hæc conuerſio: in æſtate, quando dies eſt longiſſima circa diem 13. Iunij, in feſto Diui Viti: iterum & hyeme, quando dies eſt breuiſſima, quod accidit ferè circa diem 13. Decembris, in feſto D. Luciæ:

*Hinc Vitus & Lucia tibi dant ſolſtitia bina.*

Dies autem breuiſſima contigit, quando Sol oritur circa partes remotiores ſeptentrionis. Maxima, quando ab æquinoctiali verſus meridionales magis Sol elongatus eſt. Colurus æquinoctiorũ, eſt magnitudo circuli tranſeuntis per prima puncta arietis & libræ, quæ puncta æquinoctialia dicuntur: quia cùm ad ea Sol peruenerit, dies æquantur noctibus, bis ſcilicet in anno, in vere & autumno, vnde vernum æquinoctium, quod fit ferè 12. Martij in feſto Diui Gregorij, alterum verò autumnale, quod fit ferè 13. Septembr. triduo ante feſtum ſancti Lamberti, vnde verſus:

*Lambert Gregorij dies eſt æquata diei.*

Quamobrem coluri oſtendunt quatuor principalia pun-

cta zodiaci, in quibus Solis & temporum præcipuæ immutationes: totumque cœlum in quatuor partes diuidunt. Atque colurus ſolſtitiorum diuidit zodiacum in aſcendentem ſcilicet & deſcendentem, & metitur maximam Solis ab æquinoctiali declinationem, quæ ſecundùm Ptolomæum 1.Almag. cap.13. graduum 23.minutarum 51. ſecundarum 20. ſecundùm Alcmeonem grad. 23. minut.33. ſecundùm poſteriores grad.23.minut.30.ſecundùm Purbach. grad.23.minut.28. Colurus porrò æquinoctiorum, zodiacum pariter diuidit in duas partes, ſeptentrionalem & meridionalem.

### *De Minoribus circulis cancri & capricorni.*
### CAP. XII.

CIrculus cancri, eſt in eo puncto quod notat colurus tranſeundo, vt diximus, conſtitutus & ductus verſus ſeptentrionem in 23.grad. & 30.minut. ab æquinoctiali diſtans: in qua parte cancri primus incipit gradus, ad quem cùm Sol peruenerit, non vltrà verſus ſeptentrionem progreditur, ſed conuertit ſe in partem æquatoris, à 23.gradu, ad quem peruenit gradatim ꝑ menſurationem circuli meridiani per 22.21.20.&c. vſque ad primum æquatoris gradum reuertendo. Et quia ibi, in cancro ſcilicet, Sol incipit regredi, ideo circulus ille dicitur tropicus cancri. In eo puncto regreſſus, ſolſtitium æſtiuale, & longior dies, eò quòd hic circulus in omni tractu ſeptentrionali ita ſe habet, vt maior portio ſit ſupra horizontem, minor infra, circulus Tropicus capricorni, verſus meridiem ab æquatore diſtat etiam 23.grad. & 30. minut. per quos elongatur ab eo & declinat, nec vltra progreditur Solis orbita in eam partem. Sed vbi attigerit primum gradum capricorni in zodiaco, (qui eſt in meridiano longè ab æquatore 23.grad. & 30.minut.) iterum conuertit iter ad æquatorē, regrediendo per gradualem ſubſtractionem à 23.gradib. & 30.minut. per 22. 21. 20. & ſic deinceps, vſque dum ad æquatorem peruenerit. Quandò Sol peruenit ad hunc circulum fit ſolſtitium hyemale & breuior dies: eò quòd eius circuli portio minor nobis, qui elongati ſumus ab æquinoctiali verſus ſeptentrionem ſupra horizontem, & maior infra eſt. Quamobrem tropici oſtendunt conuerſiones Solis, ſeu ſolſtitia, dies longiorem & breuiorē: Solis limites intra quos & qua-

tenus



tenus peruagetur: & ſeparant zonam torridam à temperatis, quæ ſunt extra tropicos & 23.gradum & 39.minuta ab æquatore verſus vtrumque polum, exiſtente in medio torrida & peruſta.

### *De Circulo minore arctico & zonis.*
### CAP. XIII.

CIrculus arcticus eſt ille, qui diſtat à polo ſeptentrionali numeratione facta verſus æquinoctialem circulum 23.gradibus, & 30.minutis. Antarcticus, qui totidem diſtat à polo meridionali. Sunt extremi illi duo & minores circuli: ibi ſunt poli axis zodiaci. Tanta enim à polis mundi, nempe 23.graduum & 30.minut. polorum zodiaci declinatio, quanta eſt maxima Solis declinatio, quam diximus eſſe 23.grad. & 30.minut. Polares circuli, oſtendunt polos zodiaci, & quantũ à polis mundi diſtent: diſtinguunt zonas frigidas à temperatis: vnà cum tropicis totum primum motum in quinque partes, ſeu regiones, quas zonas vocant, diuidunt. Zona à cingendo dicta. Zona autem cingulum, ſiue plaga, eſt ſpatium cœli aut terræ inter duos minores circulares, aut inter circulum minorem & polum mundi contentum. Itaque zonæ & terreſtres & cœleſtes: his latitudo & longitudo. Longitudo initium ſumit ab occidente, & extenditur per meridianum in occidentem, donec per circulum mediæ noctis, in occidentem redeat. Latitudinem zonarum, motus Solis in zodiaco, & poli zodiaci deſcribuntur.

### *De alia mundi diuiſione ſecundùm ſubſtantiam, per partes contentas & continentes.*
### CAP. XIIII.

ALia diuiſio mundi eſt ſecundùm ſubſtantiam, in ætherea & elementorum corpora. Aetherea regio, decem globos continet mutuò ſe ambientes, intra quos aliæ elementorum quatuor ſphæræ in modo tunicarum cæpe inuolutæ, inter quas media eſt ſolida terræ, vt punctus & centrum: omnium horum ordinem & nomina oculis priùs ſubijcio.

Extra mundi comprehenſionem eſt illud vbi ſedes Dei & beatorum, quo dicũt quidam Empyreum cœlum ſupremum: poſteà

Ex his ætherea regio.

10 Cœlum mouens alios. 1
9 Cœlum cryſtallinum. 2
8 Cœlum, firmamentum dictum, vbi ſtellæ fixæ. 3
7 Cœlum ſphæræ Saturni. 4
6 Cœlum ſphæræ Iouis. 5
5 Cœlum ſphæræ Martis. 6
4 Cœlum ſphæræ Solis. 7
3 Cœlum ſphæræ Veneris. 8
2 Cœlum ſphæræ Mercurij. 9
1 Cœlum ſphæræ Lunæ. 10

Cœlum proximius nobis.

Elementaris mũdi in iſtis pars.

4 Ignis. 11
3 Aer. 12
2 Aqua. 13
1 Terra. 14

## *De Dei ſede.* CAP. XV.

DEi ſedes non in mũdo hoc creato eſt verè: quia antequã eſſet mundus creatus, ille erat, etſi is repleat ſua maieſtate, virtute, prouidentia, præſentia, totum mundum. In principio creauit Deus cœlum & terram, Geneſ.1. Opera manuum tuarum ſunt cœli, Pſal.101. d. ad Hebr.1. Dominus Deus creans cœlos, Pſal.42.a. Hic cœlos palmo ponderauit, & menſus eſt pugillo aquas, Eſaiæ cap.40. rurſum, Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum, Pſalm.32.b. Et ſuper cœlos Deus: & cœli, & cœli cœlorum eum capere non poſſunt, 2.Paral.2. item, Excelſior cœlo Deus, Iob. 11.b. & 22.b. &, Aſcendit ſuper cœlum cœli, Pſal.67.g. At quia cœli ſubijciuntur Deo ſedes illius cœlum, & terra ſcabellum pedum eius, Eſai.c.66. Et Matt.5. Nolite iurare per cœlum, quia thronus Dei eſt, & à ſummo cœlo egreſſio eius. Pſal.18. ſic legitur, Dominus parauit in cœlo ſedem ſuam. Pſal.102.d. & Eſai.66. Cœlum ſedes mea. Hũc cœlum Dei & beatorum locum, Empyreum dicunt ſacræ Theologiæ Profeſſores, ἐμπύρεος οὐρανὸς, quaſi ignitum, quòd puritate cæteros cœlos antecellat, vt ignis elementa. Hic certè illum primum motorem & vnum ſempiternum omnino immobilem, omnino incorporeum, virtutis infinitæ, indiuiſibilem, ſine vlla magnitudine ponunt, Vt & tradit Ariſtoteles lib.8.Phyſic.

De



## *De Cœlo primo extimo mobili.*

## CAP. XVI.

PRimum mobile, cœlum dicitur extremum ſine ſtellis, quod ſupra polos mundi, qui fixi & immobiles dicuntur, vertitur continuè, & in ſpatio 24. horarum, in punctum vnde incœpit rotari, reuertitur. Rotatur autem ab ortu per meridiem in occaſum rediens ad orientem rurſus: hoc motu, omnes aguntur & voluuntur ſphæræ, quæ intra illum concluduntur, vt nauis fluens, rapit omnes & omnia quæ in ea, etſi ea in illa proprium habeant motum: hicq; motus aliarum ſphærarum eſt motus, non illis proprius, ſed per accidens, vt motus contenti moto continente. Huicq; motui cæterarum ſphærarum proprij motus, ab occaſu per meridiem in ortum currentes, reluctantur, Pet. Appian. in Geogr.1.cap.2. vide Fabr. Stapul. lib.1. Theoriæ aſtron.cap.7.8.9.&10. & alios. Hoc tibi ſic perſuade exemplo, vt ſi nauis pro mobili primo poſita, fingatur verſus occidentem ferri, nautas autem, eoſdem pro alijs orbibus accipiendo, quis dixerit in eadem naui verſus orientem progredi: hęc enim fieri poſſunt ſine impedimento diuerſi motus. De motu primi cœli videndus Ariſtoteles 8.lib.Phyſic.

## *De Cœlo cryſtallino.* CAP. XVII.

COelum cryſtallinum dicitur, ſeu aqueum gelatum, cꝙ in illo nulla appareat ſtella, ſed in modum cryſtalli, quod ex aqua gelu vehemẽtiore concreta fit, authore Plinio lib.37.cap.2. pellucidum & concretum appareat. Huius duo motus, accidentalis ſeu diurnus, & proprius. Accidentalis is, quo rapitur à primo mobili ſingulis diebus ab ortu in occaſum, vt diximus, ꝑ meridiem & ſeptentrionem, cuius motus poli & axis conueniunt poli & axi mundi. Alius motus & proprius, quo hoc cœlum defertur in aduerſum motum, ob occidua parte contra, ꝑ ſublime cœlum in occaſum remeans: cuius motus poli & axis, ſunt ijdem cum ſigniferi polis & axe, in hac reuolutione integrè conficienda, vt ad punctum redeat occidentis vnde cœpit, Ariel Bicardus in Quæſt. in ſphæram dicit, exigi 49000. i. quadringentos nongentos mille annos. Alij quinquagenis annorum millibus peragi. Purbachius in Theoria octauæ ſphæræ, tradit hunc motum in quibuslibet ducentis annis, per vnum gradum & 28. minuta ferè progredi. Motus proprius huius mobilis, in a-

bacis aſtronomicis, numerorumque ratiocinationibus, medius apogiorum, & interuallum motus inerrantium ſtellarum dicitur. Et ſecundùm Purbachium in Theoria 8.ſphæræ, motus augium & ſtellarum fixarum.

## *De Firmamento 3. à ſupremo cœlo & 8. à terra globo.* CAP. XVIII.

HOc cœlum dicitur ſtellarum, aliter firmamentum, in quo ſtellarum robur & ſtabilimentum στερέωμα, ſeu fundamentum. Moſes vocat רקיע Rakiaag, id eſt, extenſum, Geneſ.1. ſicuti & alibi, Pſal.103. Extendit Deus cœlum, ſicut pellem, vocauitq; Dominus expanſum, cœlos. Et fecit Dominus expanſum, ſeu vt vulgaris habet editio, firmamẽtum ab eo diſtinxit, & fecit medium, inter aquas quę ſupra, id eſt, in cryſtallino cœlo: & infra, id eſt, ſuper terram ſunt: poſuitq; Dominus, in expanſo vel firmamento cœlorum luminaria illa duo magna, Solem & Lunam, & ſtellas, Geneſ.1. quo loci Moſes nõ videtur poſuiſſe cœlos Solis & Lunæ, diuerſos à firmamento. Niſi referamus poſuiſſe Deum ſtellas in firmamento cœli tantùm. Hoc cœlum tres motus habet, vnum accidentalem & raptum, cum primo mobili conuenientem, ab ortu per meridiem & occaſum, & ſeptentrionem in ortum delatum: habet & alium ſecundum accidentalem, quo à ſuperiori ſphæra proxima, nempe à cœlo cryſtallino præcedenti aduerſatur. Tertius autem illi proprius, dictus motus acceſſus & receſſus ſtellarum fixarum, vel motus titubationis, in capite arietis & libræ: qui tantùm dicitur in ſeptem millibus annorum percurri & perfici. Tebithius tantùm duos huic motus tribuit, vnum à noua ſphæra, alium proprium.

## *De Stellis firmamenti.* CAP. XIX.

IN cœlo firmamenti ſunt ſtellæ inerrantes, & galaxias circulus ſtella, vt ait Mar. Capella in aſtrologia, ab ſtando Latinis, ἀστὴρ Græcis, Hebræis ככב cocab. Sydus & ἄστρον collectio ſtellarum certarũ eſt, ſignum dictum quoque, vt ait Macrobius 1. in Somn. Scipion. cap. 14. Euſtachius in Iliadem Homeri, & verſ.75. fixa ſtella cœlo omnis, quamuis aliquando videantur decidere, vt ait Vergilius in Georg.

*Sæpe etiam ſtellas, vento impellente, videbis,*
*Præcipites cœlo labi.*

Quod accidit, quod nimio alimento tracti humoris, igneam vim abundantia reddunt, cum decidere creduntur: vt apud nos quoque luminibus accenſis, liquore olei notamus accidere, vt ait Plin.lib.2. cap.8. fuit autem ſententia Stoicorum, humore paſci ſtellas, qui ſint naturæ flammeæ, quibus tamen contradicunt peripatetici vt notat Cic.2. de natur. Deo. Stultiſſimum autem Seneca lib. 1. quæſtion.natural. arbitratur, exiſtimare ſtellas decidere aut tranſilire, aut aliquid ex illis auferri aut abradi. Nam, inquit, ſi hoc fuiſſet, iam defuiſſent. Ego Tholoſæ cùm eſſem tamen, anno domini 1561. ſecundum antiquum morem numerando, vel vt nunc initur numerus anno 1562. die 3. Ianuarij ſub horam 8. & 9. nocturnam, vidi ſtellas concurrentes duas, aduerſus ſeptem, citiſſimo impetu, & dehinc ex ſeptem veluti aſſeres ante oculos quamplurimos ſubitò decidere: Cuius prodigij Reipublicæ malo, in Gallia deinceps ſignificata nouimus, & euentus. Quod ſi ea ſtellæ non ſint, vtique impreſſiones aereæ, ſed an ante concurſum ita potuerint forma ſtellarum fixarum, inter alias conſiſtere, non ſatis perſuaſum habeo. Signa autem, ex ſtellis compoſita ſydera dicuntur, non cauſæ euentuum. Indicant namque ſtellarum conſpirationes, pleraque quorum tamen illæ cauſæ non ſunt: vt ſi de bellis agatur, quorum executio ad improbas liberasq; mentes reijcienda potius, quàm in aſtra, vt ait Damaſc.lib.2.cap.7. De ſtellis ſimpliciter primum, poſteà de ſignis.

## *De numero ſtellarum & diuiſione.* CAP. XX.

PLato in Timæo, & Alcinous de doctrina eius, numerum ſtellarum & animarum, parem eſſe ſomniant, & eis ſingulas veluti vehiculis eſſe impoſitas. Mercur. Triſmeg. in Pimandro ſecundum numerũ deorum, quas in illis habitare dicebat eſſe computandas voluit Cicer. 2. de natu. Deor. inerrantium multitudinem eſſe dixit, atque illarum nomina ex figuris, quas illarum compoſitio demonſtrat, decerpta eſſe. Albategnius lib. de ſcientia ſtellarum, differentia 51. Alphraganus lib. de rudimentis Aſtronomi. differentia 19. Ptolom. in Almageſto tradunt, omnium ſtellarum numerum eſſe, præter errantes 1022. haſque diuidunt in 360. ſeptentrionales, & 316. meridionales, & 346. quæ in ſignis zodiaci ſunt. Ratione quarum, alię à ſignis in quam illis, dignoſcuntur facilius: at cabala in drach, citata in Ieſaia, c.49. dicit in

cœlo inueniri ſtellarum 29000, miriades, & 140. Id eſt 290000140. Rabi Kimhi, tradit à ſapientibus mille nonaginta octo tantùm ſtellas numeratas, alias verò quas homines videre non potuerant à Deo ipſo numerari, vt refert Münſter. in radice כבב cocab. At ego non tam ſapientibus, quàm bene videntibus in his optius deferrem: & quia certè alij alijs acutius vident, non dubito, quin maior vel minor apud diuerſos non ſit numerus. Verè namque Deus ſolus numerat multitudinem ſtellarum, & earum nomina vocat Pſal. 146. dixitque Deus Abrahamo Geneſ. cap. 15. numera ſtellas ſi potes, & Hierem. cap. 33. d. ſicút numerari non poſſunt ſtellæ cœli, &c. Obſeruarunt autem antiqui, inſigniores & præcipuas, vt illis videbatur, vel maiores & lucidiores, atq; eas per ſex gradus lucis & magnitùdinis, diſtinguunt in abacis ſeu tabulis aſtronomicis; ibiq; ſignantur primæ & maioris magnitudinis, 5. ſecundæ, 45. tertiæ, 208. quartæ, 454. quintæ, 217. ſextæ 49. quarum 9. obſcuræ, nebulæ autem 5. & rubeæ, quas proprijs nominibus exornat Albategnius lib. de ſcientia ſtellar. cap. 51. Alphraganus in proximè citata 19. differ. de quibus & dicitur longitudo, cùm in arcu zodiaci diſtant ab arietis initio: ſicut & latitudo cùm ſydus vel ad partẽ meridionalem vel ad ſeptentrionalem declinat; ideo quoq; dicta latitudo ſtellæ, ſeptentrionalis vel meridionalis, Oront. lib. 2. de ſphæra cap. 3. & alijs. Sic ſtella ab ſtella differt in claritate, vt ait D. Paul. priore ad Corint. c. 15. & hinc puto deceptos, qui nouas ſtellas naſci putant, vt Hyparchus ratus apud Plinium lib. 2. c. 26. & 24. quando repentè apparuerunt illis.

## *De materia & forma ſtellarum.*
## CAP. XXI.

MAteria, ex quibus corpora ſtellarum conſtant, ſecundùm magos, Chaldeoſque eſt ignis, vt refert Diog. Laert. in princ. 1. & Cic. 2. de nat. Deo. dixit ſtellas figura rotundas, natura flammeas, item Plin. lib. 2. c. 4. Pluresq; aliæ opiniones de materia & forma traditæ à Philoſophis, quemadmodum licet facilè nugari in rebus valde incognitis. At qui voluerit eas addiſcere, conſulat Plutar. lib. 2. de plac. philoſ. c. 13. 14. 15. Quidam, opinione magni viri, exiſtimarũt quoq; ſydera ex duro concreta, & ignẽ alienũ paſcentia, vt ſcribit Sene. lib. 7. natura. quæſt. Ceterum phyſici arbitrantur ſtellarũ ipſarũ corpora, ex concretionis orbium ſuorum parte, qui nec elementa



quidem ipſi ſunt, nec elemẽtale quicquam continent, non calidũ, non humidũ, non ſiccũ, non frigidũ, alia quadam illorum exiſtente natura & eſſentia, vt ſcribit Iouia. Pontanus lib. 2 de reb. cœleſt. cap. 8. Dicunt tamen ſacræ paginæ interpretes, ſtellã quæ apparuit Magis Matt. c. 2. In Domini noſtri Ieſu Chriſti natiuitate, materiæ, non fuiſſe aliarũ, nec earundẽ viriũ, ſed virtute diuina compactam, & angeli ductu etiam cõtra aliarũ naturã apparentem, in aere gradientem, nõ in firmamento fixã, cum motu principum Magorum ambulantem & quieſcentem, à parte ſeptentrionali quæ Perſidis, in meridiem vbi Hieruſalem, contra aliarum iter, directam, vt notat Theophylactus in cap. 2. Matth. Baſilius Magnus ſermo. de humana Chriſti generatione, Niceph. Caliſthus li. 1. c. 13. Formam Ariſtot. lib. 2. de cæl. c. 9. & 11. ſtellarum, ait rotundã: quia hæc figura per ſe non mouetur, vt neq; ſtellæ. Hoc explicat Macrob. in 1. in ſom. Scip. cap. 14.

## *De ſtellis pro dijs habitis erronea opinio gentilium.* CAP. XXII.

PVlchritudo, ordo, effectúſve ſtellarum, tantum fuit admirationi gentilibus, & aliquibus Hebræis, vt cùm nihil vel parùm extra illas contemplari poſſent excellentius, cum ignorarent à Deo vim illis inditam & naturam, & formam, & ordinem, eumq; & poſſe pro arbitrio illis vires immutare & augere: eo fœdiſſimè impietatis lapſi ſunt, vt animatas & deos putarent, & tanquam numina colerent. Solem adorabant Platonici vt Plato 7. de legib. ad hunc Intianus, & Iamblichus orationem compoſuerunt. Orienti ſoli, Pythagorici lyra hymnos cantabant. Plato imaginẽ ſummi Dei, eum ratus. Anaximander Myleſius, Praxidæ filius, ſtellas & aſtra deos putauit. Cic. in 1. de natur. deor. Sic Alcmæon Crotoniates, ſolem & lunam: Epicharmus quoque, omnes ſtellas & ventos & elementa, teſte Menandro apud Stobæum in Pluti laude. Adorarunt Hebræi, obliti Dei veri, more gentilium militiam illam cœli, ſtellas inquam, damnati Deuter. 17. 4. Reg. cap. 17. Hierem. 19. Amos 5. Eſaiæ 40. Chaldæi pariter, ſigna zodiaci, ſolem, lunam, aliaq; aſtra dixerunt Deos, vt ait Diod. Sicul. lib. 3. Biblioth. hiſtor. c. 8. ſolem ab Aegyptijs vt Deum cultum, Philo Iudæus ait lib. 1. de monarchia. Fauſtus quoq; Manicheus, vt Dei ſplẽdorem colendum cenſet, contra quem D. Auguſt. & in hanc impietatem deuoluti, qui ſtellis fata tribuunt.

### *De Signis & eorum generali diſtinctione.*

### CAP. XXIII.

EX ſtellis ad aliquem eundem vel prope ſimilem effectum conſpirantibus, vel certam figuram conſpicuā vel creditam reddentibus fiunt ſigna quædā: quorū alia principalia, nempe zodiaci: alia ex alia parte cœli, ex illis tamen vel per illa, facilius diſtincta & cognita. Ordo mirabilis in cælo vt in omnibus operibus Dei, ſtellis veluti literis, naturales venturos effectus deſcribit & præſignat, ob mirabilem rerum connexionem, vt ſcribit Plot. lib.3. Enneadis 2.cap.7. & toto lib. inquirit, nunquid ſtellæ aliquid agant, vbi reprobat Aſtrologorum in electionibus & prædictionibus circa vitia mores, & pericula ex aſtris emendicatas & contortas prædictiones, Zodiaci ſigna duodecim, quorum characteres vſitatos in Aſtrologia & aſtronomia, naturas & proprietates, ordinemq; vide apud Schonnerum & alios. At cur hęc quę illis dantur ſignis, nomina fuerint impoſita, docet Galeot. Martius lib. de doctr. promiſ.c.35. emendare nititur Poſtellus in apotelesmate cœli. Horū rurſus quædam verſus ſeptentrionem ab æquatore recedunt, dextera: alia verſus meridiem ab æquatore, dicta meridionalia, eaq; ſiniſtra. In ſignis zodiaci ſeptentrionalibus, animalia in illis conficta, videntur habere ſtellas quę caput illorum fingunt, verſus ſeptentrionem, pedes autem verſus meridiem, dempto cancro, qui hinc inde pedes habet diductos, & ſi omnes ſint verſus ſeptentrionem ab æquatore. Septentrionalia ſex ſunt, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo. Meridionalia alia ſex, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piſces. Quot ſtellas quodlibet ſignum in zodiaco vel extra habeat, & cuius ſint latitudinis, longitudinis, & magnitudinis, & qua in parte cœli, docet Schonnerus in tabulis de compoſitione globi cæleſtis, ad quem telector remitto. Hic autem pauca horum ſubnectemus.

Libra.

### *De Ariete.* CAP. XXIV.

PRimum zodiaci ſignū componitur ſtellis 13. quarum 5. ſunt extra ſignum, in eius ventre, lucidæ dictæ Albuthon à Paul. Veneto lib. de compoſit. mundi c.2. melius אל בטן Albeten, venter ſcilicet arietis. In cornibus 2. lucidæ dictæ, Sartai id miniſtræ arietis Hebræis, שרתי Scarthai. Nam & dicuntur complanetæ, meſſarthim, vt ſcribit Sanctes Pagninus in expoſitione vocum targum, haruc & midraſcim. Arietis corpus continetur in ſigno Tauri, vſq; ad 15. gradus latitudinis citra eclipticam lineā, verſus ſeptentriones.



Arietis autem triangulus verſus ſeptentrionem, continet & aliarum ſtellarum ſigna: Deltoton primum forma Δ. In quo 4. ſtellæ, quarū vna ſeparata tropicum pertingit Cancri: Pedes Andromedæ, 4. ſtellarū, quæ vltra tropicū cancri verſus ſeptentrionem. Integrū ſignum habet ſtellas 23. continet & Caſſiopeiā conſtantē 13. ſtellis, ſed obſcuris vna excepta, quæ in eius pectore dicta Arabibus סדר Sider, id eſt, contabulatio, nam illa fingitur ſedens: ineſt & Meduſæ caput cum Perſeo, vſq; ad Cepheum, qui propè polum eclipticæ, habens 11. ſtellas intra ſignum, extra 3. Eſtq; Perſeus in via lactea, caput Meduſæ extra. Ambo tamē intra circulum Cancri & polū ſeptentrionalem. At pars Arietis verſus meridiem habet hæc ſigna, partem capitis certi qui habet 22. ſtell. & iuxta finē fluminis ſtella maioris magnitudinis, dicta Arabibus ideo אחאר כהר achar anahar, id eſt, poſt flumen: habet & Eridani fluuij maiorē partē, inter tropicū Capricorni & polū antarcticū habentem 34. ſtellas. Brietis Phrixij fabulā Higinius explicat in Aſtronomico, & aliorū ſignorū, vt ſemel monuiſſe ſufficiat. Sol ingreditur Arietem ferè 11. Martij: fit tempus vernum.

Characterem eius, naturam, morbos & alia vide apud Schonnerū, & in calce iſtius libri. De ſtellis quæ in ſignis zodiaci & in cœlo ſunt, vidēdus Aratus in phænomenis, eius interpres Hyparchus, & in Aſteriſmis. Phlegma auget, ideo vtile ſub hoc ſigno venas incidere, veſci dulcibus, abſtinere acutis, ſæpe lauari.

### *De Tauro.* CAP. XXV.

TAuri dorſum extenditur ad 15. gradum vſq; Arietis, vt diximus ſecundùm Ptolomeū: quamobrē & quæ in triangulo ſeptentrionali Arieti cōtulimus, huic quoque cōmunicamus. Facit aūt & per ſe cū capite triangulū aliū Arieti vicinū, in quo verſus ſeptentrionē habet dextrū crus Perſei, & pedē 6 ſtellarū & ſtellā genûs ſiniſtri: dehinc Erichthoniū ſeu Agitatorem, qui habet 14. ſtellas: ibi Capra Olenia, quæ eſt ſtella in Agitatoris ſiniſtro humero, & aliæ duæ dictæ Hædi: eſtq; hoc aſtrū inter circulum Cancri & polum ſeptentrionalē in via lactea. Taurus cōficitur 33. ſtellis, quarū vna magna in oculo: 11. extra, quæ ſunt in Geminis ſeptem, in dorſo, quarum ſex tantùm conſpicuæ

conſpicuæ inter Arietis partem vltimam & poſteriorem partem corporis Tauri. dicuntur hæ Pleiades & Vergiliæ ἀπὸ τοῦ πλεῖν, à nauigando, quod illis exorientibus, nauigia tempeſtiua ſunt: apparet autem in vere. Sic Virgilius 1. Gregor.

*Nauita dum ſtellis numeros & nomina fecit,*
*Pleiades, Hyades, claramq; Lycaonis Arcton.*

Et de illis notabilia quædam Heſiod. 2. operum. De quorum fabulis Higinius in 2. Aſtro. Ouid. faſto. 4. Euripides, & alij. In capite Tauri ſtellæ 5. dictę hyades ἀπὸ τοῦ ὕειν, à pluendo: dum enim oriuntur, tempeſtates concitant & pluuias, neq; enim ἀπὸ τῶν ὑῶν, à ſuibus ſuculæ dicendæ, vt putauit Tiro teſte Gellio lib. 13. c. 9. Et de iſtis videndus Columella lib. 11. de re ruſtic. ca. 2. has aliqui tribuunt Geminis. Hoc ſignum Sol ingreditur exiens ab Ariete 11. April. Characterem eius & reliqua videbis apud Schonner. in Tabulis. Sanguinem hoc ſignum auget, ideo cibo molli vti vtile, oleribus, agninis carnibus, ouis, blando vino, piſcibus fluatilibus, lauari, equitare, geſtari.

## *De Geminis.* CAP. XXVI.

Gemini compoſiti 19. ſtellis, habentq; extra ſignum alias ſeptem. In triangulo verſus meridiem, habent Hyades, cum manibus Orionis ad pedes primi Geminorum: cum ea quæ propius dicta in triangulo ſeptentrionali, habet nunc Aurigam, cum ſtella polari ſiue cauda Vrſæ, & partem Vrſæ maioris in circulo arctico. Verſus meridiem, habet in triangulo Orionem, qui habet 38. ſtellas: & Leporem qui habet 12. Secũdùm alios Procionem quoque ſeu Caniculam, quæ habet 2. ſtellas, vnam magnam dictam Algomeſſam vel Procyona, & Canem maiorem ceu ſyrium, habentem in ſigno 18. ſtellas, & in ore magnam, extra 11. Attribuit Cancro Lucanus in 10.

*Quia mixta Leonis.*
*Sydera ſunt Cancro rapidos qua Syrius ignes Exerit* Et de hoc quædam Heſiod. in 2. oper. In ſigno hoc perſeuerat Sol vſque ad Iunij diem 12. Sanguinem auget cum atra bile: prodeſt veſci butyro, lacte, plenis carnibus, medicinis vti, lauari frigida, lenire ventrem, ſomno indulgere. De natura eius vide Schonnerum in tabulis Iſagogicis.

## *De Cancro.* CAP. XXVII.

Cancer, perficitur 9. ſtellis intra ſe, extra 4. quas habet ſub Leone. Huic in triangulis tribuunt aliqui quæ Geminis poſtremo loco diximus tribui. In hoc ſigno

LIBER VIII. 21

ſigno Aratus ponit φάτνην nubeculam ſeu præſepe. Hoc ſignum ingreditur 13. Iunij, deſinit ver, incipit æſtas: manet in eo vſque ad 14. Iulij. Abſtinendum pituitoſis, vtendum lauacris, ambulationibus, pedes frigida pelluendi. De reliquis vt Schonnerus in Iſagoge.

## *De Leone.* CAP. XXVIII.

Leo perficitur in ſe 28. ſtellis: habet autem 8. extra. In Virgine quæ in corde eius ponitur magna dicta regulus, baſilicus, ſtella regia. hic etiam poſuit Aratus duas quas vocat ὄνους, aſinos iuxta præſepe Cancri, Triangulus eius auſtralis, continet caput Cancri, anteriorem partem Leonis, cor Leonis: & pergit ad polum ſeptentrionalem per 4. clariores ſtellas plauſtri ſeu Vrſæ maioris, perq; ſerpentis caudam, & duas claras Vrſæ minoris. Poſtell. in Apoſteleſ. Porrò Vrſa maior quam vocat plauſtrum, Arabes dubben, habet 27. ſtellas in ſe, extra 8. At minor Vrſa dicta & arctos & cynoſura perficitur 8. ſtellis quarum quæ in cauda eſt extrema dicitur paloris à noſtris, ab Iſmaëlitis ruccabah nauigatoria, à nautis Italis la tramontana, quæ diſtat ab ecliptica 66. gradib. à polo 2. In triangulo Geminorum, in 10. nunc gradu longitudinis eius ſigni. Triangulus Leonis meridionalis, habet anteriorem partem ſerpentis Hydræ, cum Argonauis maiori parte. Porrò ſerpens Hydra conſtat 27. ſtellis, duabus extra figuram poſitis. Argonauis 45. cuius magna, quæ in remo extremo, dicitur Arato Canopus. Die 14. Iulij. Sol relinquens Cancrum Leonem ingreditur. Auget flauam bilem, ideo abſtine plenis carnibus, dulcibus condimentis. De reliquis vt apud Schonnerum.

## *Virgo.* CAP. XXIX.

Virginis figura cœleſtis, deſcribitur 26. ſtellis, adſuntque extra ſex, vna harum magna, quæ dicitur Sunbuleth, ſeu ſpica virginis, Hebr. שבול ſcibol, Chal. שבולא ſcibula. Arato autem προτρυγητής, & Proclo in ſphæra, προτρυγητής anteuindemediator, ad dextram Virginis alam conſiſtens. Huius ſigni aquilonaris pars, habet intra ſignum, poſteriorem partem Leonis & primam Virginis. Huius ſeptentrionalis triangulus cum ſolitaria ſtella, continet tres alias quæ ſunt in cauda Vrſę maioris, cum manu Bootis qui habet 22. ſtellas in ſigno, vnam extra meridiem verſus, hoc ſignum Virginis, iungitur cum pedibus poſterioribus Leonis, tangiturq; Crater Hydræ innixus, pergitq; triangulus per Craterem & Hydræ medium

dium vſq; ad Argonauim. Crater porrò & Hydra ſunt intra æquinoctialem circulum & tropicum Capricorni. Hydra conſtat 27. ſtellis in figura, habet autem extra 2. Crater ſiue vas figuratur 7. ſtell. Argonauis eſt intra tropicum Capricorni & polum antarcticum, habetq́; 45. ſtellas, vt diximus. hoc ſignum pituitoſum & frigidũ, quod 13. Aug. Sol ingreditur: mouet flauam & atram bilem, vnde quartanę graues & horrores: bonum tunc abſtinere oletibus, vti ſiccioribus cibis, ſępè vomere. Vide & tab. Schonneri.

## *Libra.* CAP. XXX.

LIbra habet in ſigni configuratione 8. ſtellas, extra 9. Pars aquilonaris, habet Virginis corpus, & nihil planè ex Libra. Triangulus autem eius partes Bootem cum aliquot ſtellis Serpentis. Ad meridiem eſt Spica Virginis. Coruus qui eſt intra æquinoctialem & tropicum Capricorni conſtans 7. ſtellis, & triangulus eiuſdem partis tranſit per Hydræ caudam, Cẽtauri poſteriora, & viam lacteam à nobis remotiſſimam. Hydra per varias partes extenditur meridionales, conſtans 27. ſtellis. Centaurus intra circulum Capricorni & polum antarcticum, habens 37. ſtellas, quarum vna in vno pede, alia in altero. Die 14. Septemb. Sol à Virg. in Libram tranſit, deſinit æſtas, incipit autumnus. Prodeſt vti acutis cibis, auiculis, & conditis potionibus. Naturæ, &c. vt Schonner.

## *Scorpius.* CAP. XXXI.

HAbet 22. ſtell. in ſigno, extra 3. eius boreali parte, chela eius vna cum Libra, triangulus ſeptentrio eius, continet partem Serpentis, Serpentarijque ſeu Ophiuchi, cum Corona ſeptentrionali & Herculis parte, ad caput vſque Serpentis alterius. Hercules dicitur & angonaſis vel geniculatus Arato, 30. habens ſtellas. Corona ſeptentr. 8. Ambo intra Cancri circulum & polum antarcticum. Serpentarius Ophiucus vel anguitenens, perficitur 24. ſtellis, habetque 5. extra, Serpens alius 18. hic ſerpentarius à zodiaco vſque ad Cancri tropicum extenditur. Meridianus Scorpij triangulus, habet Centaurum cum ſua ferè parte anteriore viam lacteam pertingente: Ille habet 37. ſtell. hæc autem fere 19. die 14. Octobr. Sol tranſit à Libra in Scorpionem, deſiccantur tunc corpora, cerebrum humeſcit & grandiuſcula oſſa, conueniet igitur vti aſſis carnibus, vino ſuaui. Cætera vt Schonner.

Sagit-



## *Sagittarius.* CAP. XXXII.

HAbet 31. ſtellas, hodie pars ſigni aquilonaris, pedes Ophiuchi vnà cum ſtella arcuaria. Triangulus ſeptentrion. ipſum Ophiuchum continens vnà cum capite Viæ lacteæ, & Herculis maiori parte, per medium Serpentis ad polum borealem venit. Meridiana pars occupatur ab Scorpione, Via lactea, & à Sagitta, cum Ara conſtante 7. ſtellis; in media via trianguli meridionalis poſita 12. aliquibus 18. Nouemb. tranſit Sol ab Scorpione in Sagittarium. Sub hoc augetur atra bilis, decreſcit ſanguis, vtile veſci ouis, & melle, pomis, ſalſis cibis, vomere, venari, non lauari, ne incidamus in immedicabiles capitis dolores à fluxibus, vnde & oculorum dolores & ophthalmiæ. Cætera vt Schonner.

## *Capricornus.* CAP. XXXIII.

HVius ſignum 28. ſtellis conſtat, ab aquilone habet intra ſignum caput Sagittarij, & cornua Capricorni. Tranſit per medium Viæ lacteæ: hinc per viam lacteam pergit ad polum triangulus, continens Aquilam quæ fit 9. ſtellis. intra, extra 6. Sagittam, quæ 5. ſtellarum: Vulturem, qui & Lyra, habentem 10. ſtellas intra tropicum Cancri & polum. Meridianam partem ſigni iſtius, occupat Sagittarij corpus: inde triangulus per reliquum Sagittarij, & per Coronam pergit ad polum antarcticum. Corona meridionalis habet ſtell. 13. intra circulum Capricorni & æquinoctialem. Sol hoc ſignum ingreditur 12. alijs 17. Decemb. incipitq́; hyems. Atram bilem & pituitam auget: conducit tum largè vinum potare, conditis melle vti, veſci perdicibus, columbis, fauis mellis. Cætera vt apud Schonner.

## *Aquarius.* CAP. XXXIV.

COnficitur hoc ſignum 42. ſtellis, & externis 3. quarum vna in ore Piſcis, quæ ideo dicitur Arabicè phom elhault, os piſcis verſus arcticũ, cum tergore Capricorni, & brachio Aquarij eiusq́; humero & capite, ſignum perficitur. Triangulus ſeptentrionalis eius, pergit ad polum per duos equos, Delphina, Viam lacteam bifurcantem & ſignum. Equus prior habet 4. ſtellas, alter ſiue Pegaſus 20. vterq; inter æquatorem & tropicum Cancri. Cygnus, in ſe 17. ſtellas extra 2. hic in via lactea intra tropicum Cancri & polum ſeptẽ. In parte meridiei ſigni, habẽtur cauda Capricorni, pedesq́; Aquarij. Triãgulus meridionalis eius habet Delphinum meridianum, habẽtem

in ſe

in ſe 11. ſtellas, extra autem 6. Hoc ſignum ingreditur Sol 11. Ianuarij, alijs 18. Augetur tunc pituita, ideo non diu ieiunandum, vino vtēdum eximio, marrubio cocto, lauandum, vomendum ſæpe. Cætera vt apud Schonner.

## *Piſces.* CAP. XXXV.

HAbet ſtella 34. extra ſe 4. Aqua cum manu Aquarij & primus piſcium, occupant ſignum. Triangulus arcticus, cōplectitur Pegaſi corpus, Viam lacteamq; Cygni caudam, attingitq; Cephei manum: eſt & in caudis piſcium quoddam vinculum, quod Aratus vocat δεσμον ὑπουραιον, vinculum vel nodum ſubcaudalem. Ad partem meridiei ſignum habet Aquarij fluuium, caudamq; Ceti. Triangulus autem, ad polum meridionalem ferè vacuus pergit, cum cauda Ceti & aquæ curſu. Hoc Sol ingreditur 8. Februarij, alijs 15. Febr. Augetur tunc pituita cum humoribus, abſtinēdum à carnibus bubulis, alijsq; humectis cibis, oleribus, præterquam ab apio. Cætera vt apud Schonnerum.

## *De ortu, & occaſu, & motu ſtellarum fixarum.* CAP. XXXVI.

ORtus & occaſus ſtellæ verus, & apparens, à Bicardo ita explicatur: verus duplex, matutinus & veſpertinus. Matutinus ortus, quando vnà cum ſole ſeu cum gradu eclipticæ quem Sol tenet, ſtella aſcendit. Verus matutinus occaſus, quando oriente ſole, ſtella è regione occidit cum gradu, qui gradui ſolis oppoſitus eſt, dictus à neotericis coſmicus. Veſpertinus verus ortus, quando ſtella in ortu ſolis emergit, è diuerſa regione occidente ſole. Occaſus autem verus veſpertinus, quando vnà cum gradu ſolis, ſydus deſcendit, dictus à recentioribus ortus & occaſus achronicus. Porrò apparens iterum duplex, matutinus & veſpertinus. Ortus apparens matutinus, quando ſtella radijs antea tecta, ante ortum ſolis iterum apparere incipit: hic ortus nunc dicitur, heliacus. Contra occaſus apparens matutinus eſt, quando ſydus iamiam occaſurum ſeu ſub horizontem deſcenſurum conſpicitur, ſole iam è regione orituro. Ortus apparens veſpertinus eſt, quando ſydus in crepuſculo veſpertino, primum ſupra horizontem eleuari conſpicitur. Sic contrà occaſus veſpertinus, quando ſtella quæ antè conſpici poterat poſt ſolis occaſum amplius apparere deſinit. Hic nunc occaſus Heliacus dicitur. At quando oriantur, & cū quo gradu ſigni zodiaci ſtellæ fixæ, dignoſcere

docebunt



docebunt tabulæ per mathematicos compoſitæ, inter quas illæ, quas ſupputauit Schonnerus ad annum 1540. in Iſagoge Aſtrologiæ iudiciariæ, cap. 21. & de fabrica aſtrolabij propoſit. 12. Stophletinus, & Cyprianus Leonicus in Ephemeridibus, Vitruuius, lib. 9. cap. 6. Ptolom. in ſignification. inerrantiū ſtellarum, & alij ſuorum temporum adhibito calculo. Scire autem expedit, ſecundum Albategnium, lib. de ſcientia ſtellarum, capite 51. ſtellas fixas dici ſeu inenarrabiles & immobiles, ſecundum longitudinem Cœli, veruntamen moueri motu deprehenſo inter duos polos circuli ſignorum. Tradunt Schonner & Poſtell. ſtellas has anno Domini 1532. differre à ſitu ſignorum & loco longitudinis vbi erant tempore Ptolemæi, qui ſcripſit anno Domini 152. per 21. grad. elapſo ſpacio 1400. annorum. Quare notant ſingulis 66. annis & 8. menſibus, retardari curſum ſtellarum fixarum vno gradu, vel vno gradu moueri ab occidente in orientem. Appianus autem in Coſmographia, cap. 10. ait, per ſingulos annos, 8. minutis moueri. Alphraganus differen. 19. per ſingulos 100. ann. per vnum gradum. Albategnius c. 51. tantum 66. annos vni gradui tribuit.

## *De Circulo lacteo.* CAP. XXXVII.

IN firmamēto Cœli, vt ait Cic. in ſomn. Scip. & Macrob. in eum lib. 1. c. 4. & 9. eſt circulus apparens dictus Galaxias, lacteus, candidior reliquis cœli partibus, per medium cœli incipiens ab oriente ad ſeptentrionem vſque, per Cancrum & Capricornum procedens, reuerſus ad punctum primum. plura de hos Higinius in 4. lib. Aſtronom. Quidam dixerunt hunc eſſe veſtigium ſolis, dum lapſus Phaëton, prout fabulantur Pythagorici, & Ouid. libro 2. Metamorph. cùm tamen id falſiſſimum appareat vel ex eo, quod ibi non ſint ſigna zodiaci, per quæ graditur Sol. Alij reflexionem dixerunt luminis in aëre, ſicuti in ſpeculo. quod & falſum conuincitur ex eo, quòd non ſit circulus mutabilis, vt aliàs eſſet ad poſitionem luminis. Anaxagoras & Democritus arbitrati proprium eſſe lumen aliquorum aſtrorum congregatorum, quod ſole adueniente tegitur, recedente eo autem ſub hemiſphærium, apparet. Sed & improbat hos quoque Ariſtoteles, ratus virtute aſtrorum quæ ſunt in lacteo circulo, exhalationes multas eleuari, vt accidit in generatione cometæ. Quod non probarim cum magis ſereno quàm nubilo appareat Cœlo, ſupraque regionem aëris fiat e-

iuſdem tenoris & coloris, qui tamen alioquin mutaretur pro materia diuerſa exhalationum: potiuſque ſubſcriberem Anaxagore & Democrito, prætermiſſis pariter nugis & fabulis quæ de lacte à Mercurio vel Hercule exſucto à Iunone, vomitu ſparſo feruntur, apud Hyginium, lib.2. Aſtronomicon. Subnotabo autem hunc circulum à vulgo, viam diui Iacobi dici, vel viam qua itur ad S. Iacobum. Et Ouid. quoque 1. Metamorph. viam qua eatur ad ſuperos, dixit his verbis:

*Eſt via ſublimis cœlo manifeſta ſereno,*
*Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo:*
*Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta tonantis*
*Regalemq; domum, &c.*

## *De Stellis errantibus in genere, quæ Planetæ ideo dicuntur.*

## CAP. XXXVIII.

SEptem ij ſunt, quorum characteres & nomina huiuſmodi, & ordo ex Plin. lib.2.c.6. ex Ptolemæi Almageſto, & Cic. in ſomn. Scip. & alijs.

♄ Saturnus, Phænon. Ariſtot. de Mundo, Plutar. lib.2. de plac. Philoſoph. cap.15. Cic.2. de legibus.

♃ Iupiter, Phaëton.

♂ Mars, Pyrois.

☉ Sol.

♀ Venus, Phoſphorus & Lucifer mane, veſperi veſper.

☿ Mercurius, Stilbon.

☾ Luna.

Sequutus autem hunc ordinē ſum vetuſtiorum, quanquam non me lateat Platonem in Timæo, ſecundum Solem ſupra Lunam poſuiſſe, quod & Alcinous, lib. de doctrin. Plat. c.14. Dehinc tertium luciferum à terra. Sic ſentit & Ariſtot. lib. de Mundo. de qua re qui plura deſiderat, videat primam propoſitionem lib. Almageſt. Ptolomæi, Macrobium lib.1. Saturnal. cap.19. de horum natura Plin. lib.2. natur. hiſtor. c.8. Ptolom. 1. lib. operis quadripartiti c.4. Cic. de natura Deorum. Horum excepto Sole, ſunt tres particulares circuli fictitij, quatuor lunæ, & tot orbes, & eccentricus, deferens, epicyclus: de quibus nihil fermè dicturi, ſicuti pauca tantum de naturis & complexionibus ſingulorum, & quæ membra, infirmitates,





quas hominum conditiones, dona, magiſteria, colores, lapides, metalla, ſapores, regiones contineant ſinguli. Nam ſatis ſuperq; & breuiter, tabulis hæc colligit Schonerus in parte ſecunda Iſagoge Aſtrolog. canon.2. & Augerius Ferrerius noſtras Tholoſanus, medicus proprio libello. Non adijciam hic pariter, fortitudines eſſentiales, domus, exaltationes, triplicitates, fines, ſeu terminos Aegyptiacos, facies, peregrinationes, detrimenta, caſus planetarum. Sunt enim pertuita in ſingulis libris aſtronomicis & Ephemeridum tabulis, in quibus, & alijs proprijs tabulis, per ſingulos dies notantur aſpectus, coniunctiones, oppoſitiones, veri motus & medij latitudines aſcenſus, deſcenſus ſeptentrionales & meridionales, directiones regreſſus, deliquia præcipuè apud Cyprianum Leouicium in ephemeridibus. Qui voluerit etiam planetarum orbes & motus latè ſcrutari, habet qui eum ſatiēt Georgium Purbachium in Theorica planetarum antiqua & noua, & eius enarratorem Eraſmum Oſuualdum, & Philippum Imſſerum in eaſdem theoricas. Et de motibus corporum cœleſtium, proprium conſtituit librum Ioan. Baptiſta Amicus Conſentinus, & Munſterus organum vranicum. Extant & fuſiſſimæ tabulæ emendatæ luminarium atque motuum planetarum Blanchini, Prugneri, & Purbachij Baſileæ per Heruagium excuſæ 1553. Qui vero progreſſiones eorum, diurnas conuerſiones, motus & naturas circa natiuitates, & alia quæ aſtronomi obſeruant, curioſius cognoſcere velit, legat Lucam Guaricum epiſcopum Ciuitatenſem in tractatu iudicandi reuolutiones natiuitatum, & lib.8. Traiſheri operis mathematici, ſed & antiquum opus Alboazenis Haly, filij Aben Ragelis de iudicijs, Albumazaren de magnis coniunctionibus.

## *De Saturno.* CAP. XXXIX.

STella hæc, colore igneo eſt ſimilis ei quæ in extremo humero Orionis, ſecundum Higinium, lib.4. Aſtronomicon. At ſecundum Paul. Venetum lib. de compoſitione mundi, cap.10. colore terreo, plumbeo & pallido videtur. hæc valde frigida Ptolomæo, c.4. quadripertiti operis, ideo cogit & condenſat, & deſiccat propter longam à calore ſolis elongationem: ideò vitæ inimica, exceſſu frigidi vitalem animalibus depaſcens humorem, vt ait Iouian. Pontan. lib.2. de reb. cœleſt. c.8. Et quia frigida & ſicca, illi attribuunt̄ r ..tra bilis, flegma ſeu pituita,

detectio alui, hernia & ſimilia à Iouian. Pontan. lib.4. de rebus cœleſt. cap.5. & 6. Schonner. lib.2. iſagog. canon.3. Planeta eſt maliuolus, quia eius impreſſio nocet, magis tamen retrogradando, quàm procedendo directione nocet. Temperatur autem dum intrat Iouis circulum. Dicitur & planet. maſculinus, diurnus, infortuna maior, melancholicus. Orientalis, addit humidum & frigidum, occidentalis, ſiccum: dominus Capricorn. vbi habet principale domicilium, ſecundarium in Aquario, regnat in Libra, perdit regnum in Ariete. adſcribitur natura dies ſabbati 1. hora oriente Sole, ex quibus collige ſequentes planetas. Hic planeta curſum ſuum perficit, & peragrat orbem ſignorum ſecundum Plin. lib.2. cap. 8. ſpatio 32. annorum ſecundum Venetum de compoſit. mundi, cap. 4.29. annis 5. menſib.15. dieb. ſecundum Vitruuium lib.9. cap.4.29. annorum 5. menſib.10. diebus, & ſecundum exactum calculum 10747. diebus, horis 16. & 24. minut. Apparet orbi ſingulis annis, non minus quam 30. dieb. nec amplius quàm 40. Hygin. In aëris conſtitutione, ſi ſolus diſpoſitionis ſit dominus, infuit frigus maximum & glaciem, inſpiſſationem nebularum & nubium, vnde obſcurum, niues, ventorum flatus: hinc beſtiæ hominibus obnoxiæ naſcuntur, hyemalis aër, vnde & ſequitur naues ob maris iactationes & fluctuum, periclitaturas, aquarum inundationes, conſequenter ibi iacturas, inde raras piſcium capturas, fructuum detrimenta, & minutorum reptilium ob crebras pluuias ortum, vt locuſtarum, vermium, & ſimilium, aliaque plura quæ quis poteſt inde ratiocinari à cauſis, de quibus & Ptolom. 2. tractatu quadripertiti operis, c.8. & Iulius Firmicus, lib.2. Matheſeon. reliqua autem ex Schōneri tabulis poſtea percipies.

## *De Iouis ſtella.* CAP. XL.

HAec corpore magna, ſimilis Lyræ, color pulcher, clarus, lucidus & argenteus Hygin. in 4. & Venet. Complexionis temperatæ: quia mouetur inter Saturni frigiditatem, & Martis feruorem. Ptolom. 1. par. Almag. c.4. humectat, ſed magis calefacit: quamobrem ventos mouet ortui rerum commodos. Planeta humidus & calidus, aëreus conſequenter & ſanguineus, nam illa calida & humida. Et quia temperatus, ideo & quæ pacis & concordiæ, vbi quies, ei aſſignantur, & fortuna vt Ethnici dicebant, maior. Orientalis, addit caliditatem & humiditatem tempori: occidētalis humiditatem. Domus principalis



cipalis eius in Sagittario: ſecundaria in Piſcibus: regnum & vires habet maiores in Cancro: deponit in Capricorno. Curſum per ſigna zodiaci perficit ſecundum Plinium & Vitruuium annis 12. ſecundum Venetum annis 11. menſes 10. dieb. ferè 18. ſecundum exactum autem calculum ann.11. dieb.315. hor 17. minut.14. Secundum ſignorum ſeriem graditur ſingulis diebus 4. minut. & 59. ſecundum Fab. Stapul. lib.1. theorici aſtronomici cœleſt. corp. ca.14. Hic planeta apparet non minus quàm per dies 30. nec per plures quàm 40. hic ſolus conſtitutæ cœleſtis figuræ ſit dominus, quia temperatus auget, ſublimat homines, quia ſanguinis temperati & motus temperatos oſtendit futuros naturaliter & ideò quietos, ſecuros, & reges præmiaque largienda. Et quia temperies ineſt, & ſalubritas aëris, vtilia animalia, & fructus fore: ex corruptione aëris nata, interitura demonſtrat: nauigationes commodas, temperatas inundationes. Reliqua vt in Schonneri tabulis.

## *De Martis ſtella.* CAP. XLI.

EIus ſtella, non magni corporis, figura flammæ colore rubeo aeris inſtar, veluti intermixto ſanguine, dictus calidus ſiccuſque, igneus, virtutis aduſtiuæ. Planeta maſculinus, nocturnus, cholericus: Et quia depaſcit humiditatem radicalem, quam vocant medici vitæ, ideò eum dixerunt Ethnici, infortunæ minoris eſſe. Orientalis, addit caliditatem; occidentalis, ſiccitatem. Domum principalem habet in Scorpione, ſecundariam in Ariete: regnum habet in Capricorno, debilitatur in Cancro. Curſum exequitur per ſigna ſecundum Venetum, anno 1. menſib.10. dieb. ferè.22. ſecundum Plin. & Vitruuium dieb. 683. ſecundum exactiorem calculum diebus 686. hor.22. moment. 25. Si autem ſingulorum dierum velis noſſe gradationem, hæc diuide. Faber tribuit ſingulis diebus ad ſigniferi ſeriem 31. minut. Si ſolus in figuræ cœleſtis conſtitutione dominatur, denotat ob ſiccitatem, detrimenta: & quia commouetur & ebulit nimio ardore ſanguinis, non abs re ſignificat bella inter eos potiſſimum qui eius naturam habent, hoc eſt, qui ſunt calidi & ſicci: conſequenterq; quæ bella comitantur, vt prædationes, ſeruitutes, neces, viarum interceptiones, ægritudines ex febribus, & regum qui delicatiores ſunt, mortes feſtinas, & iuuenibus & c. minatur. Et quia pari modo concitatur & incenditur aer, fit is calidior, & ventus

generatur calidus: hinc per periſtaſim reſolutio corpo- rum, ſequuntur fulgura, pluuiarum raritas. & ex ventis & fulguribus, concitatio maris & fluminum, hincq; conſe- quenter ſubmerſiones, nauium pericula & tempeſtates. hinc & ex calore, exſiccationes aquarum, fructuum pau- citas, vel vredine, vel ſiccitate & ariditate, vel ex locuſta- rum vaſtatione. Reliqua conijce, vel vide apud Ptolom. 2. quadriper. c. 8. & apud Schonner. in Iſagoge.

## *De Sole.* CAP. XLII.

TRiplicem Solem quidam poſuerunt, diuinum, ange- licum, & cœleſtem: in primo lumen eſt intellectu ſu- perius: in intellectuale ſupra viſum: in tertio viſibile lumen de quo hic. Secundus appellatur à Platonicis pri- mi filius, tertius imago vtriuſque, eius color aureus, ſub- ſtantiæ accommodæ vitæ. Planeta calidus & ſiccus, ma- ſculinus, diurnus, cholericus cum temperamento. Dice- bant Ethnici fortunam eſſe in ſextili aſpectu & triangu- lari: infortunam autem, in oppoſitione, coniunctione, & quadrato lunæ. Hic ſemper per lineam eclipticam gradi- tur zodiaci, non declinat neque regreditur: peculiarique ſuo motu circa proprium centrum eccentrici, ſecundum ſucceſſionem ſignorum peragit per 59. minut. gradus v- nius, & ferè 8. ſecunda, 17. tertia, 13. quarta, 12. quinta, & 31. ſexta. Sic per annum, ſcilicet per 365. dies & quadrantem diei, totum percurrit zodiacum. Conuolutio autem 59. minutor. & aliarum particularum diem facit naturalem, ſeu ciuilem 24. horarum, in quo & nox ex altera terræ & oppoſita parte, quam Sol non reſpicit: eſt enim nox Plin. lib. 2. cap. 10. & phyſicis σκιὸς τῆς γῆς vmbra terræ, quæ in conum tum emittatur, non poteſt ad ſtellas pertingere, quare & noctu ſtellarum radij videntur, vtpote ad quos non perueniat vmbra terræ, eſtq; cœlum ἀνύχιον, ſine no- cte. Et dies artificialis eſt latio Solis ſuper horizontem, aer illuſtratus à Sole. Solis autem motus verus ſic à Be- da, lib. de natura rerum, c. 38. notatur. Sol percurrit,

| | *Sig.* | *gran.* | *min.* | 2. | 3. | 4. | 5. | 6. | 7. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| In hora | 0. | 0. | 2. | 27. | 50. | 49. | 3. | 10. | 4. |
| die | 0. | 0. | 59. | 8. | 19. | 37. | 19. | 13. | 56. |
| anno | 11. | 29. | 45. | 39. | 22. | 1. | 59. | 45. | 40. |
| anno & horis 6. | 12. | 0. | 0. | 26. | 26. | 56. | 19. | 34. | 4. |

Conſtituit Sol quatuor anni partes, quas Hebræi vo- cant



cant תקופות tekuphot, id eſt, reuolutiones, vt notat Rab. Aben Ezra, in cap. 12. Exodi. Addit namque Sol in ſigno Arietis, Tauri, & Geminorum, caliditatem & humidita- tem, vnde Ver. In Cancro, Leone, Virgine, caliditatem & ſiccitatem, vnde Aeſtas. In Libra, Scorpio, & Sagittario, ſiccitatem & frigiditatem, vnde Autumnus. In Capricor- no, Aquario, Piſcibus, frigiditatem & humiditatem, vnde Hyems. Hinc fiunt temporis numerationes per annos, menſes, hebdomadas, dies, quadrantes, horas.

## *De Anno, & ciclo Solari, & indictione.*

## CAP. XLIII.

ANnus in ſua per veſtigia labitur, & ab annulo for- ſan, quando Sol à puncto eundem locum vnde ori- tur, repetit. Annus ſolaris dicit, peragratis 12. ſignis, quibus ſingulis 30. gradus ſunt. Serpẽtis ideo figura cau- dam circulari modo complectentis, ab Oro in Hierogly- phicis Aegyptiacis depictus. Sic annus planetæ cuiuſque diuerſus, prout citiùs vel tardiùs redit ad punctum vnde incipit viam & annus magnus mundi, quando vniuerſa, que curſum inſtituerunt, redierint ad proprium locum ſi- mul in quo erant quando creata ſunt. Conſtat, vt dictum, conuolutio anni ſolaris communis, 365. diebus naturali- bus, 6. horis, ſi biſſextilis vno ampliùs addito, ſingulos poſt quatuor annos, in die diui Matthiæ, menſe Martij. Dies naturalis 24. horar. & quorundam minuto. ſemper æqualis, continens diem & noctem, differt à die artificia- li, qui incipit ab ortu Solis & occaſu terminatur, vnde di- uerſa per conſequẽs horarum ſupputatio pro modo ac- ceſſionis vel receſſus Solis. Diuiduntur iſti dies naturales 365. & ſex horæ anni in 12. menſes, qui ſi æqualiter diui- dantur, vnuſquiſque habebit 30. dies, 10. horas, 29. minu- ta, 36. ſecunda. Cæterùm menſium nomina, initia, nume- rus dierum & anni principia, diuerſæ ſunt nomenclaturæ & formulæ. Romulus decem tantũ in anno poſuit men- ſes. Ouid. in 1. Faſtor. ibi,

*Tempora digereret, cùm conditor Vrbis, &c.*

Numa poſtea annum in 12. partes diuiſit. Florus lib. 1. in Numa. Arcadum annus trimeſtris, Plinius lib. 7. cap. 48. Aegyptij Lunæ ſenio terminabant annum, vel vt Be- da tomo de Tempore, lib. de Natur. rer. cap. 3. 4. menſium, quod & placet Plin. lib. 7. cap. 48. At Xenophon agens de æquiuocis temporũ, tradit Aegyptios quandoque men- ſtruo, ſæpe bimeſtri, non raro trimeſtri anno vſos, item

quadrimeſtri & ſolari. Iberos quadrimeſtri vt plurimùm, rariſſimè ſolari. Chaldæos in antiquitatem diſciplinarum ſuarum menſtruo. in cæteris ſolaris, Hebræorum annus 12. habebat coniunctiones lunares cum Sole Acarnanum 6. menſ. Beda vbi ſupra Lauinorum 13. menſium, Beda. vide alia quædam apud Alex. ab Alex. lib. 3. Genial. capite 24. Incipiebant annum Hebræi priſci à congreſſu Solis & Lunæ vicino æquinoctio vernali. Qui ſucceſſerunt, & priorem morem in faſtis & hiſtorijs reſeruarunt; at in contractibus & Iubileo ſabbatico, incipiebant annum à coniunctione Solis & Lunæ, quæ proximior anteiret vel ſequeretur autumni æquinoctium. Rabin. Eleazar, Beutherus 1. Faſtor. in principio. Inter Chriſtianos, aliqui anni initium à natiuitate Domini, alij à conceptionis Domini die. Beutherus libro 2. Faſtor. in Aprili. vulgaris & mos Gallorum erat, in epiſtolis & publicis inſtrumentis, annum nouum incipere à feſto Paſchæ. Beutherus lib. 2. Faſtor. in Martio. Hebræorum Rabini à creatione mundi incipiendum volunt, ſed parum ſibi in eo conſentiunt: Rabinus quippe Eliezer, in Sanedrin cap. 1. reſchaſchana vt vult creatum mundum in menſe Tiſti, id eſt Septembri, quo fructus erant maturi. Alij ex extrauagante Sanedrin putant 25. Elul, id eſt, Aprilis, vt ſcribitur in libro inſcripto, Sepher lematzat maledot, in tract. Eiomeniarum, quem vertit è regione Hebraica Munſterus. Annus communis & biſſextilis, poſt luſtrum vno die exuberans, ſicut Hebræis ſumitur bifariam: vnus dictus, שנה פשוטה ſcana peſcuta, annus ſimplex, planus, communis. Alius שנה מגברת ſcana meguberet, annus habens tranſitum, qui tranſcendit vel ſuperat communem vno menſe; primus duodecim menſibus conſtat, hic tredecim: vt legitur in libro Hebræorum Seder gnolam. Varietas omnis quæ in via Solis & anni oritur, in biſſextili calculo, ex litera dominicali, & concurrentibus, redit ad propria poſt 28. annos, vnde dictum Ciclus ſolaris, hoc ſpatium; cuius numerus in natiuitate Domini, erat 9. annorum, quos ſi addideris tempori excurſo à natiuitate Domini, & ſubductionem poſteà per 28. feceris, qui ſupererunt ſine hoc numero, tot dabunt annos ſicli. Fit & ex annis 5. Indictio, cuius numerus tempore natiuitatis Domini 3. currebat, quos ſi annis addideris elapſis à natiuitate, & illos per ſubtractionem 15. euacuaueris, tot quot ſupererunt poſteà, erunt indictionis currentis.

De Men-



## *De Menſibus, Hebdomadibus, Diebus, & Horis, & de Sole alia.* CAP. XLIIII.

MEnſes ſolares vſuales, lunaréſve ſunt ſolaris, quandiu Sol in vno ſigno moratur. Lunaris eſt, propè poſt receſſum Lunæ à Sole, ad Solis locum reuerſio. vſualis, prout in Calendarijs noſtris diſponitur. Et hoc modo diuerſi ſunt menſes nationum, de quibus in Alphonſinis tabulis in fine 1. & apud Albategnium & Theod. Gazam proprio libro. Alex. ab Alex. Genial. lib. 3. cap 25. Butherum & Eberum. Et de Hebræorū menſibus Eucherius lib. de Nom. Hebraic. interpr. cap. 6. Voluit aliquando ſuperbiens Commodus Cæſar menſes ſuis cognominibꝰ appellare, antiquis relictis, vt ait Herodianus lib. 1. Menſes vſuales vt plerunque habent hebdomadas 4. & tres diſtinctiones Latinas, Calendas, Nonas, Idus: aliæ autem Græcis diſtinctiones. Hebdomas 7. dies habet. Dies naturalis 24. horas: ſed quomodo illæ numerentur, & vnde incipiat prima, mores varij ſunt. Apud Aegyptios & Athenienſes ab occaſu in occaſum numerantur. Perſæ, Babylonij ab ortu ad ortum vſque. Vmbri, Hetruſci à 6. hoc eſt à 12. diei ad aliam 6. Romani à media nocte vſque ad aliam mediam. Vulgus ab oriente luce diem dicit, vſque ad tenebras tantùm: in gene. cap. 1. à veſpera in veſperam. Dies diuiditur in 4. quadrātes: quadrans 6. horas habet. Hora 4. puncta cœli continet, 15. gradus, ſic 24. horæ æquatoris habent 360. gradus. Punctum decē momenta habet, vnum minutum horæ, habet 15. minut. gradus vnius. Momentum, vncias 12. vncia 47. atomos. Atomus, diuidi non poteſt. Ac de horis & diuiſione diei ſecundùm gentium varios ritus, fusè nos tractauimus lib. 4. præludiorum optimi Iuriſc. & magiſtratus, cap. 1. & 2. hos excuſos libros habes Tholoſæ, anno 1572. Ad horas cognoſcendas, plura genera horologiorum humana inuenit induſtria, & neceſſitas, clepſydras, conchas, hemiciclias, & alia hydraulica. Sciotetinq; ad vmbram ex Sole & Luna captam, ſunt plura quoque, vt orizontalia, quadrantes, muralia, plana, verticalia, truncalia, æquinoctialia, manualia, annularia, de quorum compoſitione & vſu extant libri, Orontij Finei de Solaribus horologijs, & horologiographia Munſteri. De horologio autem mobili Cardanus lib. 9. de Rerum var. cap. 47.

Solis viuifica eſt natura, accedenteque illo ad hemiſphærium noſtrum propiùs & punctum verticale, omnia

oriuntur, germinant, pubeſcunt: recedente tabeſcunt. Ariſtoteles 2. de Generat. Calor Solis areſacit, ratione proprietatis, Macrob. 7. Saturnal. cap. 16. hic naturæ temperamentum, cœli, temporum, & ſiderum rector, mens, animusque mundi, lumen ſideribus fœnerans, vt ait Plinius lib. 2. cap. 6. Dei eius vi, idem lib. 2. cap. 100. Eadem fermè Philo Iudæus, lib. de Mundi opificio. Hîc addes tabulam Solis, quæ eſt apud Schonnerum.

## *De Venere.* CAP. XLV.

HAec ſtella non amplius quàm 44. graduum, ſecundùm Venetum elongatur à Sole, & poſteà ad eum redit, ſecundùm Higinum in 4. nō plus quàm duobus ſignis ſubter circulum Solis locata, nec plus quàm toto menſe poteſt videri indeficiens: apparere noctu maximè ſolet, & tunc Veſper: dum autem Solis ortum præcedit, Phoſphorus. Exiſtimatur frigida & humida: fœminina, nocturna, minor, fortuna à Ptolomæo in 1. quadr. tract. cap. 4. temperata matutino exortu, Iulio Firmico libro 2. Mateſcon: rorem infundēs mortalibus genitalem, & animalibus, & plantis. Calefacit modicum, vt Iupiter, quia contra Solem: humectat vt Luna: ideo lucidior attrahens à terra vapores exhalatos. Sic Ptolomæus tract. 2. quadrip. op. cap. 8. eadem ei quæ Ioui tribuit, coniugia, ventos temperatos & humidos, ſerenitatem & pluuias aliquando plures, fluminum per conſequens impletionem, abundantiam fructuum, & alia quæ horoſcopi obſeruant, quæ tradit Iou. Pontanus lib. 4. de Rebus cœleſt. cap. 9. Si orientalis ſit, addit caliditatem & humiditatem: ſi occidentalis, humiditatem. Domus eius principalis in Libra: Secundaria, in Cancro: regnum habet in Piſcibus, perdit in Virgine. Abſoluit curſum, & redit in punctum orbe peragrato, ſecundùm Venetum anno vno: ſecundùm Plin. lib. 2. ca. 8. tricenis & duodequinquagenis diebus: ſecundùm Vitruuium lib. 9. cap. 4. diebus 85. ſecundùm ſignorum conſequētiam ſingulis diebus, quantum & Sol medio ſuo motu regulariter incedit.

## *De Mercurio.* CAP. XLVI.

EIus ſtella, acuto lumine tota, aſpectu magna, ſecundùm Hyginium, quæ non elongetur à Sole longiùs ſigno vno: ſecundùm Venetum, 20. gradibus, quòd & tradit Plin. lib. 2. cap. 8. Hic planeta dicitur ſiccus, verſatilis ad proximiorē naturam, melancholicus cum aduſtione. Orientalis addit caliditatem & ſiccitatem: occidentalis ſiccitatem. Habet domum principalem in Virgine, ſecundariam in Geminis. In Virgine regnum habet, in Geminis amittit. Complet curſum in orbe ſignorum, ſecundùm Vitruuium, anno vno, cum Sole eoſdem curſus efficiens, vt ait Hyginius in 4. & modò nocte prima, modò ante Solis exortus incipit apparere, nonnunquam perpetuò ſignis quatuor eſt cum Sole: rediens autem, cum Sole non ampliùs eſt, quàm per tertiam partem ſigni. Huius motus medius, ſecundùm conſequentiam ſignorum, ſeu in longum, quantum Solis medij motus linea regulariter incedit 59. minut. 8. ſecundis 19. tertijs, 37. quartis, 19. quintis, 13. ſextis, 56. ſeptimis. Hic ſi ſolus fuerit diſpoſitionis cœleſtis vel temporis Dominus, facilè naturis aliarum ſtellarum commiſcetur. Et quia ſiccus & verſatilis, afficit ſanguinem & mentes hominum: vnde ſequitur, vt dixerint eum ſignificare viarum interceptionem, latrocinia, deprædationes: & in mari, difficultates itineris, cum alijs infortunijs, addere morbos & ſiccas ægritudines, &c. Commouere in aëre fulgura, tonitrua, coruſcationes cœli, ventos, propter feſtinam in aëre retrogradationem. Ex ſiccitate apertiones terræ, inde ventis ibi incluſis, terræ motus conijcere licet: neque etiam conſequentia difficilis, detrimēta animalium, & lapſum ædificiorum. In eius ortu, aquarum eſt augmentatio, in occaſu diminutio.

## *De Luna.* CAP. XLVII.

HAec ſtella inferior eſt, & ideo poſt Solem maior, vt nobis vicinior videtur, cùm tamen omnium ſtellarum dicatur minima, vt ait Plin. lib. 2. c. 16. Solis fulgore, vt reliqua ſydera, Luna tegitur, vt & notat Plato in Cratylo: verùm & Lunæ nullus fermè proprius fulgor poteſt aſſignari: atque placuit Lunæ certum corpus eſſe, opacum ſua natura, quod per vices, pro interiecta intercapedine illuminatur à Sole, hauritq; lucem, vt ſpongia aquam, vt ait Iac. Milicius in cap. 9. lib. 2. Plinij. D. Auguſt. in expoſ. Pſal. 10. Beda lib. de Natur. rer. cap. 25. Alter Sol ideo, Ariſtoteles lib. 4. de Generat. animal. cap. 10. Illuminatur autem tantùm illa ſuperficies, quæ Soli aduerſa illius radium ex aduerſo recipit: vnde fit, vt in coniunctione, Luna non cernatur: non enim tanta eſt vis radij, vt totum corpus lunare transfire poſſit. Incidit autem in ſuperficiem, quæ tota eſt auerſa nobis: quemadmodum, in oppoſi-

oppoſitione, incidit in alteram ſuperficiem, quæ nobis obuerſa eſt. Quando Luna creſcit, Solem motu ſequitur, cùm verò decreſcit, eundem præcedit, & ſemper Luna eſt auerſis à Sole cornibus, ſi creſcat ortum ſpectantibus, ſi decreſcat occaſum. Plin. lib. 2. cap. 14. Recipit autem figurationes diuerſas pro modo luminis Solis, vt deſcribit D. Damaſcen. lib. 2. de orthodo. fid. cap. 7. prior Solis & Lunę coniunctio, cùm ea in parte eſt in qua Sol. ſecunda dicitur natiuitas, quando à Sole deſtitit partes 15. tertia cum oriens quando apparet. 4. menoides, falcata, corniculataq́;, bis ſcilicet, creſcendo & decreſcendo, cum partes ſexaginta diſtat. 5. duo dicotomi, id eſt, duæ dimidiatæ Lunæ, cum diſtat per partes 90. 6. Ampyicirti quanto bis Luna globōſa, quando diſtat partes viginti ſupra centum. 7. dum perfecta eſt, diſtans à Sole partes 180. Notandum autem in obſeruatione lucis Lunæ, primo, Quando creſcit, ſe vſq; ad mediā noctem oſtendit tantum, ſecūdo, Quando decreſcit, tantum mane lucet, à media tantum nocte. tertio, Si plena, per totam noctem lucet, diciturq́; eſſe tūc in oppoſitione ſolis. quarto, Quādo noua fit, caret ſplendore, & dicitur eſſe in coniunctione ſolis, tuncq́; vt plerūq;, per tres noctes ab hominibus nō conſpicitur; nempe prima nocte defectus, ſecunda quæ eſt coniunctionis, nec tertia quæ eſt prima innouationis: ſicuti etiam in plenilunio ferè eiuſdem videtur ſtatus: in vltima ſecundi ſui quadrati in propria pleni ſplendoris, & in prima tertij quadrati.

Lunæ planeta, per ſe frigidus & humidus exiſtimatur. Lumen eius humectat corpora, aquam parit, vbi lumen Solis deſiccat, deuoratq́;. Hinc arbores Luna plena vel creſcente exciſſæ, humore abundant, ineptæq́; fabricæ, vt moles, ex humore carici & vermibus obnoxiæ. Sicut animalibus creſcunt tunc mollia & medullæ & humores, aliaq́; accidunt, quæ refert Plin. lib. 2. cap. 41. Inflatur mare, potiſſimum ſi ea ſit in ſignis aereis quę inflant, vel aqueis quæ aquam augent. contrà, in his quæ ſunt ea decreſcente exciſſæ. Nam & humida vel concidunt vel ſiccantur, ideo quæ ſicca deſiderantur ſerenda deficiēte, vel colligenda: contra creſcente, quæ humida. Macrob. lib. 7. Saturnal. cap. 16. Sydus hoc fœmineum, nocturnum, maleficum in ſextili & triangulari aſpectu: in coniunctione, oppoſitione, & quadrato Solis aſpectu, phlegmaticum: & tradunt Lunam recedentem à coniūctione Solis, vſq; in quadratum primum, addere caliditatem & humiditatem: à quadrato



drato primo vſq; in oppoſitionem, addere caliditatem & ſiccitatem: ab oppoſitione vſq; ad quadratū ſecundum, addere frigiditatem & ſiccitatē: à quadrato ſecundo, vſq; ad coniunctionem, frigiditatem, & humiditatem. Motus Lunæ per conſequentiam ſignorum, ſic concipitur à Beda lib. de natu. rer. cap. 38. vt progrediatur.

| | *Sig.* | *gra.* | *mi.* | 2. | 3. | 4. | 5. | 6. | 7. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ſingul. horis | 0. | 0. | 32. | 56. | 27. | 33. | 7. | 57. | 41. |
| quolibet die | 0. | 13. | 10. | 35. | 1. | 15. | 11. | 4. | 35. |
| in 27. diebus | 12. | 0. | 9. | 17. | 14. | 15. | 2. | 45 | 13. |

& horis. 8.

Et hanc circumuolutionem integram Epicycli eius 12. ſignorum & graduum 9. &c. diuidūt Aſtrologi in 28. partes æquales, quas vocant manſiones, alij in 28. dies & aliquot horas, incipientes & deſinentes ab apparitione Lunæ, & quia Luna ad punctum ſuum vnde ex coniunctione ſolis digreditur, interdum inuenit motum Solem à loco & progreſſum, vbi accenſa prius & illuminata fuit per vnum ſigni ſpatium, eumq́; oporteat illam conſequi, ea conterit ſpatium in conſecutione antequā cum eo congrediatur, duorum dierum, 44. minuto. trium ſecundorū. Quamobrem illis partibus adduntur duo dies & particulæ, & ſæpius à neomenia vna, ad aliam congreſſum ſunt 30. dies. Huius facilioris cognitionis cauſa, aureus inuentus à Iulio Cæſare fertur numerus ſpacij 19. annorū: quo expleto, omnes Lunæ peragrationes variæ, ad primū redeunt punctū, de quo videndus Ioan. de Sacroboſco lib. de anni ratione. Sed & hic annotatus in omnibus calendarijs & ephemeridibus quorumcunq;. Adijciam, quod tradunt anno Domini 1574. Lunā fuiſſe in prima ſui manſione in 20. gradu, & 18. min. arietis, quæ eſt temperata, quę durauit per 12 grad. & 51. min. vt inde poſſis colligere per additionē ſemper 12. grad. & 51. min. alias eius ſequētes manſiones, vt dicunt. De Lunæ natura, Plin. lib. 2. cap. 6. & 99. & 10. 1. Galeot. Nartius lib. de doct. promiſ. c. 30.

## *De capite & cauda Draconis, & de eclipſibus ſeu deliquijs.* Cap. XLVIII.

ECcentricus & ecliptica Solis, interſecatur à concentrico circulo æquante Lunæ, verſus orientem & verſus occidentem. puncta autem illa & interſectiones vocantur nodi, caput & cauda draconis. caput, illa interſectio eſt quādo à meridie per eclipticam mouetur in ſeptentrionem Luna: cauda, interſectio qua à ſeptentrione mouetur

mouetur in meridiem. Sunt autem iſta puncta ſibi oppoſita, hinc eclipſes. Eclipſis Lunæ, eſt interpoſitio corporis terræ, inter Solem & Lunã per diametrũ in prędictis punctis Draconis Sole in cauda vel capite, & Luna in capite vel cauda exiſtente: obſcuratur tũc Luna, propter vmbram terræ, quę ex diametro impedit ne radij Solis ad eam perueniant. Eſt autem deliquium hoc Lunæ, vel generale vel ſpeciale: generale, quando tota Luna obſcuratur, quãdo Sol in altera parte Draconis, veluti in capite præciſè, Luna in altero in cauda ſcilicet præciſè. Particulare, cũ pars Lunæ obſcuratur, cùm illi planetæ nõ ſunt præciſè in dictis punctis oppoſiti, ſed propè: Luna namq; cũ à Sole lumen habeat, ex diametro oppoſita ob terrã lumine deſtituitur. Et quãuis fiat ſingulis menſibus Solis & Lunæ oppoſitio, nõ tamen fit eclipſis: eò quòd ex diametro nõ ſibi opponantur, & vmbra pyramidalis terræ nõ impediat lumẽ Solis. Eclipſis Solis, eſt defectus luminis Solis quoad nos, ex interpoſitione corporis Lunæ inter oculos noſtros & Solem: & fit ſub alterutro nodorũ Draconis, Sole vel Luna exiſtentibus in altero punctorum vel propè. De defectu Solis & Lunæ, tractat Plin. lib. 2. cap. 10. & cap. 13. vbi id ſingulare, Solis defectum ſcilicet naturalem, non niſi nouiſſima primàve fieri Luna, quod vocant coitum. Cõpoſuit opus inſigne de ſignificatione & conſideratione eclipſiũ, Cyprianus Leouicius inſcriptũ de eclipſibus, & Copernicus. Cauſas deliquij Solis etiam refert Dion Caſſius li. 60. hiſt. Rom. Hæcq; de naturali deliquio Solis dicta cenſeãtur. Nam eclipſis illa quæ in paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti facta fuit, præter naturam fuit, vt authorem naturæ teſtaretur: fuerũtq; ibi obſeruata tria præter naturam eclipſiũ miracula. primũ, quod eclipſis fuit in plenilunio paſchæ, cùm tamen non niſi in coniunctione naturaliter fiat. 2. quod orientalis Solis pars fuit prior obſcurata, & prior reſtituta lumini cum contrarium in naturali cõtingat. 3. quod Luna contra proprium motum ab oriente in occidentem progreſſa, cum ſoleat ab occidente in orientem incedere, vt ait Lucian. Antioch. martyr. Atq; qui vidit de his teſtatur D. Dion. Areopag. epiſtol. 7. ad Polycarpum, & 11. ad Apolophanem. Ignorabãt porrò antiquitus & Romani aliæq; nationes, eclipſium cauſas, ideo Luna in deliquio, laborantem exiſtimabant veneficijs, & ob id crepitu diſſono æris, & luminibus accenſis, ei ſe auxilium ferre arbitrabantur. Cuius & erroris fuit Pindarus & Steſichorus, vt ait Plin. lib. 2. cap. 12. Plu-

tarch.



tarch. in vita Aemilij, Ouid. 4. Metamorph. meminit.

*Aut ſub candore rubenti,*
*Cum fruſtra reſonant æra, auxiliaria Luna.*

Et Iuuenal. de garrula loquens muliere.

*Verborum tanta cadit vis,*
*Tot pariter pelues, vt tintinnabula dicas*
*Pulſari: iam nemo tubas atq; æra fatiget,*
*Vna laboranti poterit ſuccurrere Lunæ.*

Tradit & Liuius lib. 26.

## *Prognoſtica tempeſtatum ex ſtellis.*

## CAP. XLIX.

EX ſtellis qui prognoſtica noſſe deſiderauerit, conſulat Plin. lib. 18. cap. 35. Tradit etiam Plin. lib. 18. cap. 25. digeſtionem ſiderum per dies & noctes anni, quidve operis facere oporteat pro temporum conuenientia. Notauit & Ptolom. inerrantiũ ſtellarũ ſignificationes, quas Nicolaus Leonicus latinos fecit, & adiecit Ouid. faſt.

## *De Cometis.* CAP. L.

EXpectabat forſan lector me hic dicturum quoq; de cometis, ſed non exiſtimaui aeris impreſſiones, ſtellarum tractationi miſcendas, ideo de illis ſuo loco alibi dicemus Deo iuuante, ſcilicet in elementis. Interim autem ſufficiet Plinij pertractatio lib. 2. cap. 25. & Senec. lib. 7. de natur. quæſt.

## *Qui primi ſtellas vel perfectius obſeruarunt.*

## CAP. LI.

IVpiter Belus à Plin. lib. 6. p. 26. dicitur inuentor ſideralis ſcientiæ, tamen lib. 5. cap. 12. artem ſiderum Phœnicibus tribuit, & cap. 12. lib. 2. refert quæ quis inuenerit in obſeruatione cœleſti. Diod. Siculus lib. 3. cap. 8. bibliothec. hiſt. tribuit eximiam eius peritiam apud Babylonios Chaldeis ſacerdotibus. Sicut & Philo Iudæ. lib. de migratione Abrahami. Ioſephus 1. antiquit. tribuit inuentionem liberis Seth nepotibus Adami, & Beroſus lib. 1. de temporibus ante diluuium. Noachum & alios ante eum dixi inſignes aſtrologos. Philo Iudæ. lib. biblica. antiquit. ſcribit, tempore quo Tharam filia Nachor genuit Loth, incolas terræ cœpiſſe aſtra inſpicere & ex his diuinare. Lucianus lib. de aſtrologia notat hãc Aſtrolog. Aethiopes primos mortalibus tradidiſſe, & Aegyptijs cõmunicaſſe imperfectam. Dehinc autem Libyes hanc aggreſ-

ſos

ſos, calluiſſe & Babylonios. Aegypti * ſemper in medendi
di libris, ſtellarum ſcientiam prognoſticis coniunxerunt.
Ptol. lib. quadrip. ope. 1. ca. 3. traditq; Herodot. in 2. eos ex-
cogitaſſe cuius Deorum eſſet menſis diesq;, & quo quis
die genitus qualia ſortiretur quam mortem obiret qua-
lis foret.

## *De Aſtrologia & Aſtronomia.* CAP. LII.

COgnitio ex aſtrorum obſeruatione, & ratiocinatio-
ne nata, aſtrologia dicitur, atq; ideo ſubiectũ eius
ſcientiæ corpora ſunt cœleſtia: huius duæ partes,
Theorica & practica. Theorica quæ & ſpeculatiua, verſa-
tur in cõtẽplatione quę obſeruat naturas, motus, orbes,
circulos & reliqua aſtrorũ accidentia, quã tractat abun-
dè Prolom. in almag. Practica ea eſt, quę conſiderat eadẽ,
ſed non abſolutè, ſed quatenus res inferiores reſpiciunt,
hoc eſt; quatenus explicãt vires ſuas vel influũt in res in-
feriores: quæ traditur à Ptolom. in opere quadrip. Alij vt
Alphraga. corpus cœleſte cõſiderant trib. modis: 1. penes
ſubſtantiã, ſicuti conſideratur in ſphærę tractatione: 2. pe-
nes motus, & ita conſideratur in theoricis planetarũ: 3. vt
vim ſuã exercent penes res inferiores, qua ratione conſi-
derantur in iudicijs aſtrorũ. Corpora elementata patiun-
tur & agunt, & vias interdũ ſpirituum animaliũ, per ele-
mentorũ motus obſident: aliquando inſtrumenta & or-
gana partis rationalis impediunt, vel violant: alioquin e-
nim nõ agunt in viuendi rationem corpora cœleſtia, quę
ipſa ratione & anima, ſunt minora, & ob hominis ſalutẽ
& vſum, nõ in perniciẽ creata, neq; vt dominantia. Falsò
enim Mars furorem, Saturnus ſtuporẽ adducere creduntur.
tur. Nam ſi demas nimiũ bilis exceſſum, vel atræ bilis co-
piam, neq; Martis aſpectus furibundũ, aut Saturni ſtupi-
dum vel pauidum faciet: & ſic de ſimilib. Aſtronomi iudi-
cia colligũt ex aſtris vaniſſimè & temerariè interdum, ali-
quando cõmodè circa aeris diſpoſitionẽ & tempeſtates,
fertilitates & ſterilitates anni, ex effectibus pendentibus
ex cauſis, quæ fuit prima obſeruandorũ ſyderũ ratio. Sed
ea naturę humanę pręſumptio & temeritas eſt, vt ſaluber-
rimis orta initijs, ferè omnia verterit in nimiũ. Nec opus
eſt me camerinã mouere, & Pici & aliorũ piorũ hominũ
in curioſam Aſtronomiã & eius iudicia, referre cenſuras,
improbationemq; diuinationũ de cogitatione quærен-
tis, de natiuitatibus & alijs nugaciſſimis temerarijsq; diſ-
quiſitionibus, de quibus integrũ & ſatis magnum coegit
opus



opus Haly. Ptolo. Ponta. Firmicus, & alij eiuſdẽ vanitatis
aſſeclę, vt Iaphar aſtrologus dictus Albumazar, qui octo
edidit tract. de magnis coniunctionib. Monebo vnicè in
iudicijs aſtrorũ conſiderari primũ orbis partes; in quibus
inuenitur, vnde natæ 12. regiones, quas vocant domos A-
ſtron. vbi planetarũ & ſtellarũ locum notat & obſeruant,
directionẽ, retrogradationẽ, ſtationẽ, aſpectus, coniũctio-
nes, & oppoſitiones, prohibitionẽ ab aſpectu: nũ planeta
ſit vnitus Soli vel in cazimi ſit, nũ cõbuſtus, nũ oppreſſus,
nũ apparens vel latens: nũ in ſuo hayz vel ſimilitudine, id
eſt, nũ diurnus die appareat, vel ſub terrã die ſit, & noctur-
nus noctu appareat, nũ maſculinus, in maſcul. ſigno: fœ-
mininus, in fœminino: nũ obſeſſus, nũ peregrinus, nũ fe-
ralis, nũ eius vis ab alio abſumatur, vel donetur, vel debi-
litetur: nũ in dignitate ſua, vel regno, domicilio, & quot
cõſpirent ad eandẽ naturã aſtra in themate cœli. De qui-
bus in proprio 2. lib. Iſago. latè Schonner. Cyprianus.

De vſu ephemeridũ. In ephemeridibus, & Mizaldus, &
Orontius in explicatione quoq; ephemeridũ, Ptolom. in
Almag. Franc. Saizoſius, Iouia. Ponta. duob. li. de reb. cœl.
Cleomedes in 2. & allj. Scio tamẽ pertinaces quampluri-
mos, & vaniſſimos huius artis profeſſores, peſtes & per-
niciẽ ingeniorũ & animarũ, qui diuinatricẽ illã excolunt,
laudãt & defendũt Aſtronomiã, ſemper diſcentes & nun-
quã ad rei veritatẽ peruenietes in fata illa gẽtilitia explo-
ſa à fide Chriſtiana, miſerè relapſos. Verùm hic nõ datur
locus latius ſpatiãdi, ſed vela cõtraho, precatus Deum, vt
magiſtratuũ aliquando velit animos excitare, qui iſtis vel
ſilentiũ vel pœnã imperet, antequã in idololatriã fœdius
Chriſtianũ nomen collabatur: Deus bone non enim pro-
pter ſtellas hominẽ, ſed propter hominẽ ſtellas & reliqua
ad eius vtilitatẽ, nec ad mali cauſam, creaſti: ſed in ſigna
& tẽpora, Geneſ. 1. & in lib. tuo omnes ſcribẽtur, dies for-
mabũtur, & nemo in eis. pſal. 138. neq; ſtellarũ vis cauſam
neceſſariò hominibus, ſcilicet animæ adijcit, ſed pericula
ex tẽperamento corporis ſignat, niſi pręcaueantur, nõ ſe-
cus ac lex ipſa demõſtrat, peccatũ, & pœnam peccati ſta-
tuit, niſi peccatũ præcaueamus: idcirco ſigna aſtra dicta.
Quamobrem & fames, & peſtes, & aeris motus corrupti,
bella ſi quæ ex ſiccitate cerebri & ſanguinis calore ingru-
ant, caueri poſſunt triplici remedio. 1. precibus ad Deũ fu-
ſis, vt peſtis ceſſauit tẽpore Greg. 9. Romæ ſupplicationi-
bus, aliaq; alijs temporibus pericula terræ motuũ, incen-
diorũ, bellorũ, &c. Deinceps 2. optimo rationis & proui-
ti

dentiæ hominibus cõceſſæ vſu.3.rerum naturaliũ premu.
nitione,vt in peſte, optimis antidotis, aeris emendatione,
optima cura: in ſumma nõ pericula ex cœli configuratio.
ne,nõ vita, ſcelera, & impietates, ſed ex noſtra malitia &
ſocordia, & contemptu Dei naſcũtur. Itaq; nõ neceſſitate
ſtellas docuit Alcinous de doct. Plat. c.11. & eximiè Ptolo.
lib.1.ope.quad.cap.3.tract.1. & Apollo dæmonũ oraculis,
faſſus quoq; vitari poſſe effectus hos etiã magicos, vt au.
tor Porphyr. & Euſeb. lib.6. de præpar. Euang.cap.3. per.
ſtringit & damnat acerrimè iſtos genethliacos & diuina.
tores per aſtra Deus, per Eſaiã cap.47. Sic ab Eccleſia ca.
tholica Priſcillaniſtas hæreticos, quod factũ acciperẽt ab
influente neceſſitate aſtri, ſub quo nati eſſent & ſimiles il.
lis, vt notat D. Aug.5. de Ciuit. cap.1. Greg. in homil. de die
epipha. Improbarũt hãc diuinatricẽ Aſtrologiã Bardaſſa.
nes Syrus, Euſeb.lib.6.præp. Euang.cap.6.7.8.9. Orig. ſu.
per geneſ. D.Baſil. examer.hom.6. Augu. de doctr. Chriſt.
Interdicit inanis ſtellarũ diuinatio, & in electionibus ob.
ſeruatio, cõſilio Mart.papæ, can. nõ liceat.26.q.5. in decr.
Grat. Hiere. Cap.10. & 27. Improbat D.Paul. ad Gal.4.ob.
ſeruatis dies & tẽpora &c. Meminit Suidas in verbo βλα.
κεννόμιον fuiſſe tributũ ſtultorũ, quod Alexandriæ pende.
bant Aſtrologi, eo quòd ab ſtultis cõſulerentur. Probatur
aũt illa ab omnibus quę terminos naturæ nõ transgredi.
tur, & à Phil. Iudæ. lib. de mũdi opif. Quãuis nec iſta quo.
que planè certa, ob ſyderum nõ plenè cognitũ locum vel
motũ, vel ob celerem rotationẽ orbis, vnde & citius effe.
ctus quàm prædixerint Aſtrologi, vel tardius accidunt, il.
lud prochemaſim, iſtud epichemaſim dicentes.

Sequuntur nunc tabulæ, de quibus in hoc libro ſupe.
rius mentio habita eſt, ad quas reiecimus lectorẽ, excer.
ptæ ex iſagogica aſtrologia, & ex inſtructione ephemeri.
dum Ioannis Schonneri.

### *Planetarum atq; ſtellarum fixarũ loca figuræ cœli ma-giſtraliter inſerere. ex Canone* XX. *inſtructionis Ephemeridum.* CAP. LIII.

PEr præcedentẽ erige figurã duodecim domiciliorum
cœli, aut per aliquẽ aliũ modũ. deinde diligẽter cõſi-
dera, an locus planetæ ex ephemeride ſumptus, ſit de
ſignis & gradibus intermedijs duarũ proximarũ cuſpidũ
domorũ, vel nẽ: nã ſi fuerit de illis, locũ eius in hanc ean-
dem domũ tuæ figuræ impone. Sic eodẽ modo vide etiã
in alijs domibus, planetã in hanc domũ intrudendo, quę
ſcilicet



ſcilicet domus gradũ planetę cõprehendit. Si aũt planeta
habuerit latitudinẽ, fueritq; prope cuſpidem alicuius do-
mus, continget eundẽ interdũ cadere in domũ ſequentẽ,
& interdũ in pręcedentẽ, iuxta magnitudinem latitudinis
ac partẽ eius. Sed quia res iſta laborioſa incipientibus vi-
debitur, miſſam in præſentiarũ eam faciamus: qui verò
curioſius & exactius hæc rimari voluerit, tabulas dire-
ctionũ doctiſſimi M. Ioannis de mõte regio cõſulet, pro-
blemate 21. Hic etiam ſummè notandũ venit, quòd apud
Aſtronomos dies æquales vſurpentur tantũ pro motuũ
inquiſitione confictæ neceſſariò, & ideo omnis motus
diebus æqualibus quæritur, & nõ inæqualibus. Eam etiã
ob rem omnes coniunctiones, oppoſitiones, & quadra-
turæ ex tabulis calculatæ, ſunt æqualiũ dierũ, ſicut & eo-
rum motus. Sed vt etiã in æqualibus fierent diebus, addi-
ta eſt eis æquatio dierũ. Nam etiam iuxta tempus hoc in
æqualiũ dierum ſumitur aſcendens. Eſt enim tempus ho-
rarũ inæqualiũ dierum, ſiue naturaliũ, ſiue differentium,
ſiue realiũ, quod vbiq; apud omnes in rerũ natura eſt, &
numeratur. Hoc tempus aptũ minimè pro motuũ inqui-
ſitione. Quare ſi motum cupis pro dato tempore, ſubduc
æquationẽ dierum à tempore dato, vt fiat æqualiũ dierũ
pro motuũ collectione aptũ. Quare etiã tabella Lunæ in-
fra poſita, ſubtrahit à loco Lunæ minuta, quæ conueniũt
æquationi dierum, vt locus Lunæ ad dies inæquales fiat.
Quare ſi locũ Lunæ themati coniũctionis, oppoſitionis,
aut quadraturæ imponere cupis, quære primo locũ Solis
illius diei in tabula Lunæ ſequenti, ſignũ in fronte, gradũ
aũt, aut viciniorem in latere ſiniſtro, & in angulo cõmuni
offendes minuta ex lunari motu ad quoduis tẽpus ſup-
putato demanda, propter æquationem dierum. Eſt etiam
aliud aduertendũ in lunari motu propter diuerſitatẽ me-
ridianorũ contingens. Nam ephemerides ad vnum certũ
meridianũ ſupputatæ ſunt. Quare alia inſignia loca, quæ
ſub alio atq; alio meridiano ſita ſunt, qui his laboribus
æq; vti deſiderauerint, motui Lunę vt ſupra verificato, mi
nuta in tabella inſigniũ ciuitatũ, ſub charactere, ☽ è re-
gione ciuitatis, reperta, adimat, vel abijciat, prout literæ
A vel M. ijſdem minutis fuerint adiectæ. Planetæ autem
cæteri ob tarditatem motus eorum, hac ſarciendi formu-
la non egent. *Vide fol.44.*

### Coniunctiones & aſpectus luminarium, planetarumq́; ſecundùm affectionem ſtellarum fixarum, prope quas contingunt, alios atque alios effectus inducere, ex Can. 21. inſtructionis Ephemeridum.

### CAP. LIV.

QVod hoc in loco proponitur, Ariſtoteles tertio problemate, primæ particulæ, Plinius quoque 2. libro ſuæ naturalis hiſtoriæ, capite trigeſimo nono confirmant. Pernoſcenda ſunt igitur ſtellarum fixarum vera loca, habitudineſque. Nam ſyderum ortus, Orionis, Arcturi, Vergiliarum, Caniculæ, flatus imbreſque excitant, & ſerenitates, frigora, teporéſve ſolent afferre. Neque meantium modo ſyderum, vt plerique exiſtimant, hæc vis eſt, ſed multorum etiam adſerentium cœlo, quoties errantium acceſſu impulſa, aut coniectu radiorum extimulata ſunt, qualiter in ſuculis ſentimus accidere, quas Græci ob id pluuio nomine ὑάδας appellant, qualiter etiam in hominum genituris experimur, ſtellas fixas grandes atque admirabiles donare fœlicitates. Ad eam itaque nouam tabulam quarundam inſignium ſtellarum fixarum anneximus, qua & ortus, occaſus, atque vtriuſque cœli meditationes ad oculum patebunt, pro meridiano ac poli eleuatione 49. cum dimidio. Vt exemplo,

Venter ceti oritur cum grad. 5. min. 47. ♊. quare cùm Sol fuerit in grad. 5. min. 49. ♊. oritur cum ventre ceti. Eadem etiam ſtella occidit cum grad. 4. min. 48. ♈ in quo grad. & min. huius ſigni, ſi Sol fuerit, eo die occidit cum tali ſtella, &c. Ad habendum autem coortus planetarum, qui habent latitudinem ab ecliptica, conſule tabul. direct. Magiſtri Ioan. de Monte regio. Vide etiam angulos figuræ natiuitatis, vel alterius principij. Nam ſi horoſcopus illius figuræ quadrat cum ſigno, gradu, & min. ortus alicuius ſtellæ ibidem poſitæ, ſcias eandem ſtellam directè eſſe ſitam in gradu aſcendentis, ſic vide etiam de reliquis angulis.

*Tabella motus Lunæ.*

| G. | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 0 | 4 | 9 | 10 | 8 | 6 | 8 | 13 | 16 | 15 | 8 | 2 | 0 |
| 2 | 4 | 9 | 10 | 8 | 6 | 8 | 13 | 16 | 14 | 8 | 1 | 0 |
| 4 | 5 | 9 | 10 | 8 | 6 | 8 | 13 | 16 | 14 | 7 | 1 | 0 |
| 6 | 5 | 9 | 10 | 8 | 6 | 9 | 13 | 16 | 14 | 7 | 1 | 1 |
| 8 | 5 | 10 | 10 | 7 | 6 | 9 | 14 | 16 | 13 | 6 | 1 | 1 |
| 10 | 6 | 10 | 10 | 7 | 6 | 9 | 14 | 16 | 13 | 6 | 0 | 1 |
| 12 | 6 | 10 | 10 | 7 | 6 | 9 | 14 | 16 | 13 | 5 | 0 | 1 |
| 14 | 6 | 10 | 10 | 7 | 6 | 10 | 15 | 16 | 12 | 5 | 0 | 1 |
| 16 | 7 | 10 | 10 | 7 | 6 | 10 | 15 | 16 | 12 | 4 | 0 | 2 |
| 18 | 7 | 10 | 9 | 6 | 6 | 10 | 15 | 16 | 11 | 4 | 0 | 2 |
| 20 | 7 | 10 | 9 | 6 | 7 | 10 | 15 | 16 | 11 | 3 | 0 | 2 |
| 22 | 8 | 10 | 9 | 6 | 7 | 11 | 16 | 16 | 10 | 3 | 0 | 3 |
| 24 | 8 | 10 | 9 | 6 | 7 | 11 | 16 | 16 | 10 | 3 | 0 | 3 |
| 26 | 8 | 10 | 9 | 6 | 7 | 12 | 16 | 15 | 9 | 2 | 0 | 3 |
| 28 | 8 | 10 | 8 | 6 | 7 | 12 | 16 | 15 | 9 | 2 | 0 | 4 |
| 30 | 9 | 10 | 8 | 6 | 8 | 13 | 16 | 15 | 8 | 2 | 0 | 3 |

## *Tabula ſtellarum fixarum cum ortu, occaſu, ac cœli mediatione rectificata, ad annum Chriſti* DCXL. *completum.* CAP. LV.

| | Longitudo. | | | latitud. | | latit. | Magnit. | Oritur. | | | Occidit. | | | M. cœl. | | | Natur. ſtellarum. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | S. | g. | m. | g. | m. | | | S. | g. | m. | S. | g. | m. | S. | g. | m. | |
| Venter ceti. | ♈ | 15 | 5 | 20 | 0 | M | 3 | ♊ | 5 | 47 | ♈ | 4 | 48 | ♈ | 23 | 26 | ♄ |
| Cornua ♈. | ♈ | 26 | 45 | 7 | 20 | M | 3 | ♈ | 1 | 53 | ♉ | 1 | 6 | ♈ | 23 | 49 | ♂ & ♄ |
| Caput Algol. | ♉ | 19 | 45 | 23 | 0 | S | 2 | ♑ | 24 | 2 | ♊ | 25 | 30 | ♉ | 11 | 50 | ♄ pa. ♀ |
| Media Pleiadum. | ♉ | 27 | 35 | 4 | 40 | S | 5 | ♉ | 9 | 19 | ♉ | 26 | 33 | ♉ | 21 | 19 | ☾ & ♂ |
| Hyades. | ♊ | 0 | 25 | 4 | 35 | M | 3 | ♊ | 9 | 44 | ♉ | 26 | 33 | ♊ | 1 | 24 | ♄ pa. [illegible] |
| Oculus ♉ Aldeba | ♊ | 2 | 45 | 5 | 10 | M | 1 | ♊ | 12 | 47 | ♉ | 28 | 15 | ♊ | 3 | 44 | ♂ |
| Pes ſi. Orion. Rig. | ♊ | 9 | 15 | 31 | 30 | M | 1 | ♋ | 19 | 48 | ♉ | 13 | 59 | ♊ | 13 | 35 | ♄ |
| Humer. ſig. orion. | ♊ | 10 | 25 | 17 | 30 | M | 2 | ♋ | 5 | 38 | ♉ | 25 | 16 | ♊ | 12 | 46 | ♂ & ☿ |
| Hircus agitator. | ♊ | 15 | 15 | 22 | 30 | S | 1 | Non occidit. | | | | | | ♊ | 2 | 6 | ♂ & ☿ |
| Orionis nebuloſa. | ♊ | 17 | 5 | 18 | 50 | M | 1 | ♋ | 11 | 42 | ♉ | 29 | 27 | ♊ | 18 | 45 | ♃ pa. ♂ |
| Humer. dex. orio. | ♊ | 22 | 5 | 17 | 0 | M | 1 | ♋ | 13 | 22 | ♊ | 4 | 51 | ♊ | 23 | 3 | ♂ & ☿ |
| Canis maior Al. | ♋ | 7 | 45 | 39 | 10 | M | 1 | ♌ | 13 | 46 | ♉ | 25 | 14 | ♋ | 5 | 42 | ♃ pa. ♂ |
| Caput ♊ antec. | ♋ | 13 | 25 | 9 | 40 | S | 2 | ♊ | 28 | 22 | ♌ | 8 | 48 | ♋ | 14 | 27 | ☿ |
| Caput ♊ ſequ. | ♋ | 16 | 45 | 6 | 15 | S | 2 | ♋ | 8 | 37 | ♌ | 1 | 34 | ♋ | 17 | 33 | ♂ |
| Canis minor Al. | ♋ | 19 | 15 | 16 | 10 | M | 1 | ♌ | 3 | 27 | ♊ | 25 | 69 | ♋ | 17 | 7 | ☿ pa. ♂ |
| Præſepe. | ♌ | 0 | 25 | 0 | 40 | S | 1 | ♋ | 29 | 49 | ♌ | 2 | 1 | ♌ | 0 | 34 | ☾ & ♂ |
| Dorſ. vrſ. ante E. | ♌ | 7 | 45 | 49 | 0 | S | 2 | Non occidit. | | | | | | ♍ | 4 | 37 | ♂ |
| Alphardhy (dub. | ♌ | 20 | 5 | 20 | 30 | M | 2 | ♍ | 2 | 22 | ♋ | 9 | 42 | ♌ | 13 | 38 | ♄ & ♀ |
| Cor ♌ Rex. | ♌ | 22 | 35 | 0 | 10 | S | 1 | ♌ | 22 | 31 | ♌ | 22 | 53 | ♌ | 22 | 37 | ♂ & ♃ |
| Dorſum ♌. | ♍ | 4 | 15 | 13 | 40 | S | 2 | ♌ | 25 | 39 | ♎ | 23 | 14 | ♏ | 9 | 57 | ♄ & ♀ |
| Cauda ♌. | ♍ | 14 | 35 | 11 | 50 | S | 1 | ♍ | 8 | 7 | ♏ | 24 | 41 | ♍ | 19 | 43 | ♄ & ♀ |
| Preuindemiatrix. | ♌ | 2 | 15 | 15 | 10 | S | 3 | ♍ | 24 | 36 | ♎ | 17 | 28 | ♎ | 8 | 57 | ♄ & ☿ |
| Spica ♍ Vindem. | ♎ | 16 | 45 | 2 | 0 | M | 1 | ♎ | 17 | 49 | ♎ | 10 | 16 | ♎ | 15 | 56 | ♀ pa. ♂ |
| Arcturus Bootic. | ♎ | 17 | 5 | 31 | 30 | S | 1 | ♍ | 29 | 42 | ♐ | 27 | 43 | ♏ | 0 | 23 | ♂ & ♃ |
| Luci. Coron. Alfe. | ♏ | 4 | 45 | 44 | 30 | S | 2 | ♎ | 5 | 51 | ♑ | 23 | 51 | ♏ | 20 | 30 | ♀ & ☿ |
| Alte. lanx Libra. | ♏ | 8 | 5 | 0 | 40 | S | 2 | ♏ | 7 | 39 | ♏ | 9 | 55 | ♏ | 8 | 18 | ♃ & ☿ |
| Frons Scorpionis. | ♏ | 26 | 25 | 1 | 20 | S | 3 | ♏ | 25 | 19 | ♏ | 29 | 31 | ♏ | 26 | 6 | ♂ |
| Si. pes Serpētarij. | ♏ | 25 | 5 | 17 | 0 | S | 3 | ♏ | 12 | 55 | ♐ | 24 | 34 | ♏ | 29 | 1 | ♄ pa. ♀ |
| Cor ♏. | ♐ | 2 | 45 | 4 | 0 | M | 2 | ♐ | 6 | 46 | ♏ | 22 | 46 | ♐ | 1 | 55 | ♂ pa. ♃ |
| Lyra. | ♑ | 7 | 25 | 12 | 0 | S | 1 | ♎ | 18 | 13 | ♓ | 18 | 12 | ♑ | 4 | 5 | ♀ & ☿ |
| Aquila. | ♑ | 23 | 55 | 29 | 10 | S | 2 | ♐ | 14 | 23 | ♒ | 16 | 39 | ♑ | 19 | 19 | ♂ & ♃ |
| Cauda ♑. | ♒ | 16 | 25 | 2 | 0 | M | 3 | ♒ | 21 | 42 | ♒ | 14 | 47 | ♒ | 16 | 47 | ♃ & ♄ |
| Poſtrema faſ. Fo. | ♒ | 20 | 5 | 23 | 0 | M | 1 | ♉ | 28 | 21 | ♑ | 26 | 10 | ♒ | 29 | 11 | ♄ pa. ♃ |
| Cygnus. | ♒ | 29 | 15 | 60 | 0 | S | 2 | Non occidit. | | | | | | ♒ | 4 | 13 | ♀ & [illegible] |
| Crus ♒. | ♓ | 1 | 45 | 7 | 30 | M | 3 | ♓ | 27 | 15 | ♒ | 27 | 11 | ♓ | 4 | 43 | ☿ pa. [illegible] |
| Humerus equi. | ♓ | 16 | 45 | 19 | 40 | S | 2 | ♑ | 26 | 17 | ♓ | 27 | 3 | ♓ | 8 | 47 | ♂ & [illegible] |

## *Aeris mutationem prænoſcere, ex Canone* XXII. *eiuſdem inſtructionis.* CAP. LVI.

AD prænoſcendum aëris mutationem, Ptolomæus artis illius monarcha, ad minutum coniunctionis luminarium figuram cœleſtem erigere iubet, & iuxta naturam dominatoris aëris etiam qualitas & diſpoſitio prænoſcetur: potiſſimùm autem ſi dominator ipſe hora interlunii cardinem obtinuerit. Neoterici deinde non modò ad coniunctionis minutum, ſed & circa quadraturæ cuiuſque, atque oppoſitionis minutias id fieri præcipiunt. Ad hæc Luna (elementari regioni viciniſſima, atque contigua) haud parum cooperatur: fit enim non raro, vt pro qualitate ſigni & manſionis, quæ peragrat, proque natura aſpectuum, quos cum Sole & planetis habeat, aura ipſa diſponatur. Adde aſpectus planetarum inter ſe, & ad Solem, qui ad ſenſum aëris alterationem inducunt, quemadmodum ex ſubſequenti tabula cernere dabitur. Apertionibus etiam portarum nonnulli ſcriptores magnam in ea re vim tribuerunt. Quantum verò authoritatis Ortus, Occaſuſque, ac cœli mediationes ſtellarum fixarum hoc loco teneant, ex Ariſtotele, Columella, Plinio, & cæteris pleriſque viris vndecunque doctiſſimis, clarum eſt. Præterea regreſſiones, ſtationes, habitudineſque planetarum ad auges, appoſitaque augium in eccentricis ſuis, & cætera, ſecundùm Alkindi, & quorundam aliorum recentiorum traditionem obſeruare, & animaduertere conueniet. Vt autem ea, quæ iam ſcripta ſunt, lucida faciliaque fiant, ſciendum eſt, dominatorem figuræ ad minutum coniunctionis, oppoſitionis aut quadraturæ luminarium conſtitutæ, ſiue erectæ, eum eſſe, qui in loco Lunæ, & aſcendente, maiores fortitudines ſibi vendicauerit. Apertio portarum (vt Alkabitius inquit) dicitur, quando inferior iungitur ſuperiori, & cum hoc domus eorum fuerint oppoſitæ. De apertione autem magnarum valuarum Ioannes Hiſpalenſis in hæc verba ſcribit: Quando Luna ſeparatur à coniunctione alicuius planetæ, vel ab eius aſpectu, & coniungitur alteri planetæ, & ſunt illorum planetarum domus oppoſitæ, hoc eſt apertio magnarum valuarum, in qua contingit venire ventos & pluuias, vt eſt ex natura illorum planetarum. Et hæ portarum, magnarumque valuarum apertiones, per ſubſcriptam tabellam planè omnes exponuntur. Porrò ſtellarum fixarum inſigniorum nomina, vera loca, magnitudines, naturæque ex tabula propria præmiſſa patebunt. Inde etiam ortus & occaſus, cœlique mediationes earundem ad poli altitudinem 49. graduum cum dimidio ſeſe offerunt. Qui autem ad aliam poli altitudinem eadem deſiderauerit, conſulet problema 57. tabularum primi mobilis, vel 13. tabularum directionum doctiſſimi Ioannis de Monte regio.

## *Tabula aſpectuum inter ſe, & ad Lunam pro aeris mutatione.* CAPVT LVII.

☌ ☍ □.

| | ☾ | ☿ | ♀ | ☉ | ♂ | ♃ | Tempe |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♄ | Turb.humid. Nub.re calor. Nebul. pruin. Nubil.nix. | Vent.pluu. Vent.imber, Vent.nub. Vent.niuoſ. | Pluu.frig. Imbrem, pluu. Frig.niuem. | Pluuia, frig. Grand.ton. Pluuia, frig. Neb.vel nix. | Pluu.turb. Tonit.gran. Pluu.turb. Re frigor. turbul. | Turb.hum. Grand.ton. & tempeſt. Vent.pluu. Turbul.vel nebul. | Veris. Aeſtatis. Autumni. Hyemis. |
| ♃ | Aeris temperiem. | Ventos magnos. | Temperiem. | Ventos, Tonit.fulm. Ventos, Re frigor. | Turb.vent. Ton.temp. Turb.vent. Re frigor. | Veris. Aeſtatis. Autumni. Hyemis. | |
| ♂ | Minuit frigid. & hum. In ſigno calid. ton. ful. in æſtate. | Vent. aliquãdo nubiſ. In æſtate tonitrua. | Pluuiam, Imbrem, Pluuiam, Re frigor. & nix. | Vent. ſicc. Tonit.fulm. Vent.ſicc. Re frigor. | Veris. Aeſtatis. Autumni. Hyemis. | | |
| ☉ | Alterat aerem ꝑ natura temporis, ☍ in ♒ humid. in hyeme caſum niuis. | Ventus aliquando cũ hum. præſertim in ventoſo. In ſigno aquatico pluu. | Pluuiam, Ton. imbr. Pluuiam, Humid. | Veris. Aeſtatis. Autumui. Hyemis. | | | |
| ♀ | Humid. vel nubil. Re calor. Neb. turb. Turb. vel nix. | Ventos humidos, vel ſaltem nebul. | Veris. Aeſtatis. Autumni. Hyemis. | | | | |
| ☿ | Aliquãdo ventos nub. Corpore aut aſpectu de ♏ plu. | Veris. Aeſtatis. Autumni. Hyemis. | | | | | |



### *Apertiones portarum.*

☌ ☍ □ { ☾ ☉ ♄ ♂ } & { ♄ ♄ ☿ ♀ }

### *Apertiones valuarum magnarum.*

Luna ☌ □ ☍ { ☉ ♃ ♂ } recedens ſi feratur ad { ♄ ☿ ♀ } vel contra.

Nam planeta, cui Luna primò iungitur,, dicitur aperire portam ſuper illum, cui ſecundò iungitur, & hæc dicitur apertio valuarum magnarum. Et in illis fit magna & notabilis aeris mutatio in vento, aeris humidi, & aeris turbatione. Nam

apertio { ♀ ♂ ☿ ☉ } ſuper { ♂ ♀ ♃ ♄ } denotat {
Aeris humiditatẽ, pluuias, fulgura & tonitrua in æſtate. In hyeme niues.
Ventos merid.
Curſum & flatum ventorum, maximè ſeptentr.
Tenebras aeris, nubium groſſi. & inde pluu. & humid. In aquatico ſigno frigus, vtroque vel altero exiſtente. }

Mercurius ſi aſpicit planetas, quorum vnus aperit ſuper alium, facit aeris inquietudinem & inſtabilitatem, & ventorum flatum.



*Tabulæ duodecim ſignorum Zodiaci, quibus in promptu potes eorum naturales proprietates manifeſtare, ex Can. 1. Iſagogicæ Aſtrologiæ Schonneri.*

## CAP. LVIII.

HAec eadem ſequens area copioſiſſimè exponit. Si introïtum facis cum ſigno ad la[...]poſito, quia ibidem oculariter ea ſeſe offerunt, &c.

| | Naturæ. | Membra & infirmitates. | Regiones. | Electiones. |
|---|---|---|---|---|
| 1 Primum Zodiaci ſignū Aries. character eius. ♈ | Domus ſecūdaria ♂. Igne. calid. ſicc. choler. maſc. diur ſept. triplic. orient. mobil. obliquū, amarum, domeſt. beſt. quadrup. vocale, paucorum filiorum, luxur. infirm. vitioſum membrorum inciſſorū, iracundum, imperans, tortuoſum, principiū groſſum & forte, finis macrum & debile. | Caput, faciem, oculos, aures, illorum etiam infirmitates. Puſtulas, leprā, maculas rubeas, prurigines, impetigines, ſurditatem, balbutiem, caluitiem, paucā barbam, dolorem dentium, epilepſiam, febres ex ſangnine | Angliam, Franciam, Germaniam, Baſtarniam, Syriam cauam, Britanniam. | Cum principibus & diuitibus ſermonem habeas, quod citò vis fieri incipias. Minutio valet phlegmaticis. |
| 2 Secundū ſignū Zodiaci Taurus. character eius. ♉ | Domus ſecūdaria ♀. terreſt. frig. ſicc. melan. fœm. noct. ſept. triplic. merum, fixum, obliq. acrum, domeſtic. beſt. quadrup. vocale, pauc. filior. luxurioſ. ægrum, vitioſ. membr. inciſ. ruptum, imperf. tortuoſ. principium groſſum & forte, finis macrum & debile. Honeſt. religioſum, & ꝓbas mulieres. | Collum, ceruicem, guttur, ſcrofulas, botium, & illorū infirmitates. Choleram nigram, ſed temperatam. | Parthiam, Mediam, Perſidem, Ciclades, Cyprum, Aſiam minorem in maritimis. | Si quid firmū fore deſideras, incipe, ædifica, loquere mulieri, lætitiæ operam des, boues eme. |
| 3 Signum Zodiaci. character eius. ♊ | Domus ſecūdaria ☿. Aere. calid. hum. ſang. maſc. diur. Sept. triplic. occid. commune vel bicorpor. obliq. alatum, humanum vel ration. vocale, ſterile, pulcrū imperans, dulce, princ. macrum, debile, finis groſſum & forte. | Humeros, brachia, manus, ſpatulas, ægritudines illorum membrorum ex ſanguine. | Armeniam, Hircaniam, Margianam, Cyrenem, Marmaricam, Aegyptum interiorem. | Pueros ad literas diſcendas tradeā ventoſis & apertione venarum caue. |
| 4 Zodiaci ſignum. character eius. ♋ | Domus ☽. Aqueum, frigidum, humidum, phlegmaticum, fœmi. noctur. Septen. triplic. ſeptent. mobile, rectū, reptile, mutum, paruū, ægrum, multorum filiorum, vitioſum, tortuoſum, imperfectum, falſum. | Pulmonē, tota pectoral. hepar, coſtas, ſplenem, mammillas, illarum partium infirmitates. Puſtulas, lepram, vt ſuprà in ♈. per totum. impedimenta oculorum, tuſſim, phtiſim, pleureſim, dominatur phlegmati ſalſo. | Numidiam, Africam minorem, Bithyniam, Phrygiam, Colchiden. | Migrationem facito, Electuaria commodè accipias. Minutio valet Cholericis. |



| Naturæ. | Membra & infirmitates. | Regiones. | Electiones. | |
|---|---|---|---|---|
| Domus ☉. Ign. calid. ſicc. Choler. maſc. diur. ſept. tripl. orient. ruptū. fixum, rectum, magnū, quadrup. vocale, ſterile, luxurio. forte, vitioſum, membr. inciſorū, iracund. imper. beſt. ſylueſtr. callidum, principium groſſum, & forte, finis macrum, debile. Honeſtum, religioſ. & probas mulieres. | Cor, ſtomachum, dorſum, latera, pectus, diafragma, coſtas, infimarum illarum partium, auguſt. & triſti. febres ex ſanguine, puſtulas, apoſtemata, icteritiā, febres peſtilentiales. | Italiam omnem, Alpes, Siciliam, Pheniciam, Chaldæam, Orcheniam. | Quod ratum eſſe volueris inchoa, veſtimenta noua ne incide, vel induas, vomitum euites. | 5 Zodiaci ſignum. character eius. ♌ |
| Domus principal. ☿. Tereſt. frig. ſicc. Melanchol. fœm. noct. Sept. tripl. merid. commune, rectum, alat. humid. vocale, ſterile, pulchrum, imperfectum, acrum, mag. ruptum, æqualis, ac bonę proportionis. | Ventrem, inteſtina, diafragma, & illorum ægritudines. Omnes infirmitates, quarum radices ex melancholia procedunt. | Meſopotamiam, Babyloniam, Partem Græciæ, Hellas dictam, Achaiam, Cretam. | Pueros literis trade, amores puellarum quære, vxorem ne ducas. | 6 Zodiaci ſignum. character eius. ♍ |
| Domus principal. ♀. Aereum, calid. humid. ſang. maſc. diur. merid. triplic. occid. morb. rectum, dulc. human. vocale, paucor. filiorum, pulch. obed. tenebr. æqualis, & bonę proportionis, medietas ſecunda ♎. & prima ♏. via combuſta ab antiquis vocatur. | Lumbos, vmbilicum, renes, femora, nates, veſicam, inferiora ventris, & ægritudines illarum partium, diſſenteriam, ſpinæ dorſi dolores, tenebr. viſus, retentionem vrinæ, egeſtionis, fluxum ſanguinis per inferiora. | Bactrianam, Caſperiam, Sericam, ſecundùm aliquos terrā Romanorum, & Aethiopiam. | Iter facito, venerem ne exerceas, eme, vende, minutio valet melancholicis. | 7 Zodiaci ſignum. character eius. ♎ |
| Domus principal. ♂. Aque. frig. hum. phleg. fœm. noct. merid. tripl. Sept. fix. rect. reptil. mutū, ægr. mult. fil. vitioſ. tortuoſ. turpe, medioc. pulch. fort. iracūd. falſ. obed. diuerſæ proport. corporis, princ. macrū. debile, finis groſſ. fort. | Pudenda, teſticulos, veſicam, anum, & eorum infirmitates, dominatur phlegma. ſalſo, puſtul. lepr. vt in ♈, &c. Cancrum, fiſtulas, emorrhoides, calculū, ab 21. in 24. gradum, oculorum impedimēta. | Mauritaniam, Metagoniticam, Getuliam, Syriam, Comagenam, Cappadociam, ſecundùm aliquos Arabiam, & Coroſaim. | Nihil boni prorſus incipias: quia ſignum eſt falſitatis & mendacij. Sume pharmacū in potionibus. | 8 Zodiaci ſignum. character eius. ♏ |
| Domus principal. ♃. Ign. cal. ſicc. choler. maſcul. diur. merid. triplic. orient. commune rect. mag. hum. priore parte pulch. altera beſt. quadrup. dom. vocal. pauc. fil. debile, amar. ingen. callidum, inobediens. | Coxas, nates & ſuccedentia, femora, & illarum infirmitates. Febres ex ſanguine, & puſtulas, caſum ab alto, à 15. in 18. grad. oculorū impedimenta. | Hetruriam, Hiſpaniam, Celticam, Galliam Narbonenſem, Liguriam, & Ciliciam. | Artem ſagittandi exerceas, cum muliere lude, cum iureperit. ſit tibi cōuerſatio negot. faciend. minutio valet phlegmaticis. | 9 Zodiaci ſignum. character eius. ♐ |

| | Naturæ. | Membra & infirmitates. | Regiones. | Electiones. |
|---|---|---|---|---|
| 10 Zodiaci ſignum charaſter eius. ♑ | Domus princ. ♄ Tereſtr. frig. ſicc. Melanc. fœm. noct. merid. tripl. merid. mobil. obliq. acrum domeſt. beſt. ſylueſtr. quadrup. vocale, pauc. fil. luxur. ægrum, vitioſ. tenebr. ruptum, obed. paruum, tortuoſum, mediocris puchritudinis. | Genua & illius partis ægritudines, puſtul. lepram, vt in ♈, &c. Scabiem, amiſſionem loquelæ, ſurdiratem, caliginem oculorum, febres, fluxum ſanguinis per inferiora, à 22. in 25. grad. oculorum impedimenta. | Indiam, Adrianam, Gedroſiam, Illyricum, Macedoniam, Thraciam. | Sis cum ſenibus agrum, vineas, & hortulos cole. |
| 11 Zodiaci ſignum. character eius. ♒ | Domus ſecunda ♄ Aëre calid. humid. ſanguin. maſcul. diurnum, merid. tripl. occiſ. fixū, obliq. rational. vocale, paucorum filiorū, pulchrum, obed. dulce, forte, honeſtū, religioſ. & probas mulieres. | Tibias, & harum infirmitates, Icteritiam nigram, venarū inciſiones: à 20. in 25. gradū, oculorum dolores. | Sauromantiam, Oxianam, Sogdianam, Arabiam deſertam, & petroſam, Azaniam, Mediam, Aethiopiam. | Ciuitatum, domorum & ædificiorū fundamenta iacito, arbores & vineas plantato. Minutio valet melancholicis. |
| 12 Zodiaci ſignum. character eius. ♓ | Domus ſecunda ♃. Aqueū, frigid. humid. phlegmat. fœm. noct. merid. triplic. Septent. commune, obliquum, falſ. alat. vitioſum, turpe, tortuoſum, mutū, multorum filiorum, luxurioſum, morboſum, reptile, paruum, ruptū, inciſorum membrorū, mediocre, pulchrum, obediens, diuerſæ corporis proportionis. | Pedes, talos, cauillas, partium harū ægritudines, dominatur phlegmati, ſalſo, puſtul. lepram, vt in ♈, &c. Paralyſim, podagram, ſcabiem. | Phaſaniam, Garamantes, Naſamonicam, Lydiam, Ciliciam, Pamphiliam. | Retia, piſcatoria exercentur, pharmacum in pillulis ſume. Minutio valet cholericis. |

Signa longarum aſcenſionum, ſunt ♋, ♌, ♍, ♎, ♏, ♐, Breuium ♑, ♒, ♓, ♈, ♉, ♊.

*Septem planetarum qualitates atque conditiones agnoſcere, ex Can. 11. eiuſdem iſagogicæ aſtronomiæ.*

## CAP. XIX.

HVius vtilitatis enodationem, ſubſcripta tabula perpulchrè explicat. Si à læua per characterem planetæ, & ſub capite tui propoſiti introſpexeris.





| Natura & complexio. | Mēbra & infirmitates. | Conditiones & homines. | Dona & magiſteria. | Colores. | Lapides pcioſi. | Metalla. | Sapores. | Regiones. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Frigid. ſiccus, terren⁹, maſcu. diurn⁹, infort. maior, maleficentiſſimus. Melancholicus. | Aurem dextr. ſplen, veſicā, oſſa, & harū infirmitates, quartanam, omnes morbos frigidos & ſiccos, lepram, morpheam, elephantiā, cancrum, atram bilem, reumata, tabem, ethicam, iliacam, tenaſmon, icteritiam nigram, tremorē, choleram nigrā, paralyſim, ventris ſolutionem. | Iudæos, Mauros, agricolas, lapicidas, cemētarios, figulos, coriarios, cloacarios, & ſentina hominū. Pertinaces, laborioſos, auaros, inuidos, macros, imberbes, ſolitarios, luctuoſos, taciturnos, voraces, deceptores, theſaurarios. | Culturam terræ, artē fullonum, coriariorū opera, hæreditatum, poſſeſſionum, ædificiorū, carcerum. | Nigrum, Liuidum, Plumbeū, Puluerulentum. | Bruces, nigros lapid. obſcuros. | Plumbum. | Stipticum, Acetoſum. | Clima primum, Dextrum orientis, Baioariam, Saxoniam, Siriam, Romandiolā, Rauēnam, Conſtantiam, Ingolſtadium. | Saturnus ♄ |
| Calid. humid. æreus, Maſcul. diurn⁹, fortuna maior, Sanguine⁹. | Pulmonē, coſtas, cartilaginē, hepar, pulſum ſemē, arterias autem ſiniſtr. & infir. harum, Peripneumoniam, apoplexiam, pleurit. ſanguin. morbos, ventoſit. anginam, conuulſionē, cardiacam, ſtuporem. | Iuriſperitos, epiſcopos, prælatos, nobiles, pbos, iudices, iuſtos, honeſtos, veros, beneuolos, liberales, fideles, māſuetos, pios, verecūdos, magnanimes, religioſos. | Dignitates, officia in ſpiritualibus iuris prudentia & iudicū prælatura, regū principatus. | Fuſcū Purpureum, Flauum, Cineritiū, Viridem. | Smaragdum, Saphirum, Ametiſtū. | Stannum. | Dulcem, Bonū odorem. | Clima ſecundum, Septētrionem, Babyloniā, Perſidem, Hungariā, Hiſpanias, Coloniam Agrippinā. | Iupiter ♃ |

| | Natura & complexio. | Mẽbra & infirmitates. | Conditiones & homines. | Dona & magiſteria. | Colores. | Lapides pretioſi | Metalla. | Sapores. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Mars ♂ | Calidus, ſiccus, igneus, maſcul. noct. infort. minor, cholericus. | Aerem, ſi fel, renes, venas, & earum ægritudines. Febres acutas, tertianam, aſſid. febres, peſtil. diſſenteriam, apoſ. calida, hicteritiam, ethic, vlcera, rubram bilem, cauſo. diabroſin, Theſmocaſmũ, maniam, ſpecies ſanguinei excreatus, eriſipel. mentagram, puſtul. carbũcul. tubercula, podagr. minaces & atroces in cute valetud. caſum ab alto, antracem, morph. rubr. vulnera, periculum ex quadrup. tormẽta per vim illata, vt mors crudelis per ferrum, vel ignem, empimam, hemicraneam. | Bellicoſos omnes, rixoſos, contumelioſos, coniuratores, ſeditioſos, vinoſos, prędones, lictores, quorũ magiſteria in igne & ferro exercentur, medicos, chirurgicos, Turcos, iracundos, crudeles, violentos, audaces, inuerecundos, ꝓteruos, cõuitiatores, rapaces. | Tyrãnidem, duces exercitus, chirurgicã, operarios igne & ferro. | Rubeũ. | Iaſpidem, Hematitem. | Ferrum. | Amarum, felleũ, acutum. | Clima tertium, Septẽtrionem, Sauromatas, Getulos, Longobardos, Gothos, Cracouiã, Patauium, Ferrariam. |
| Sol. ☉ | Calid⁹, ſiccus, maſcul. diurnus, fortuna p ✱ & △ infortun. p ♂ △ ♉ Cholericus cum temperamento. | Viſum, neru. cor, dextr. lat. oculum dext. infir. illatum partiũ, ophthalm. ſpaſm. cordiacã, ſyncopin, chol. rub. oris ægritud. reumata, flux. ocul. catarrh. comeſt. carn. in ore, frig. ſtoma. & hepat. fiſt. puſtul. matric. & part. inferior. | Magnanimos, induſtrioſos, ꝓuidos, pulchros, ambitioſos, reges, principes, potentatus, laboratores auri. | Imperium, regnũ, principatũ, prefecturam, Magiſtratus ciuiũ poteſtatẽ. | Aureũ, croceũ, ſubruſum, ſcarletum, ſecundũ aliquos album. | Hyacinthum. | Aurum | Acutũ, acrum, pungitiuum, odorem bonũ, non exceſſiuũ. | Clima 4. Orientem. |





| Natur. & complexio. | Membra & infirmitates. | Conditiones & homines. | Dona & magiſteria. | Colores. | Lapides ꝓtioſi. | Metalla. | Sapores | Regiones. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Frigidã, humidã, fœm. Noctur. fortuna minor, phlegm. verſus temperamẽtum. | Matricem, genitalia, mammillę, guttur, lũbos, nates, pinguedinem, ſperma, hepar, gomorrheã, priapiſ. diabetem, paſſionem matr. diarrh. lienteriã, morbos ſtomachi & hepatis, genital. à cauſa frigida & humida, fiſtulæ, molles egeſtiones ſangu. frig. ſtomach. | Mãſuetos, delitiarum amatores, ſociales, comptos, ſaltatores, miſericordes, appetentes, mulieroſos cãtores, iuuẽculas, muſicos, omnia ornamenta diligentes, laboratores lapidũ precioſorum. | Muſicã, artem textoriam, aromatoriam exercẽtes. | Album, ſecundùm aliquos viridem. | Vnionem, Margaritas, Saphirim, Carbunculum, omnes pulchros lapides, ad ornatũ ſpectantes. | Cuprum, ſpecula omnis generis. | Vnctuoſum, & pinguẽ, dulcẽ, aromaticum. | Clima 5. Auſtriam, Arabiam, Campaniam, Viennam, Auguſtam Vindel. Poloniam maiorẽ, Senas, Heluetios, Thuregũ. | Venus. ♀ |
| Siccus, verſatilis ad naturã, cui complectitur indifferens Melãcholicus cũ aduſtione. | Memoriã, phantaſiã, linguam, man. & digit. partem in fell. os, crura, cerebrum, ner. maniam, lethargi. paſſio, ling. omnes ſpec. Melancholiam, præter eã, quæ à rhoid. dicitur, opil. fellis, raucedinem, vomitũ, febrem quotidianam, phthiſim, epilep. tuſſim, abũd. ſputæ, omnes infirm. ex ignota ſiccit. prouenientes. | Ingenioſos, ſagaces, vafros, proteruos, impetuoſos, non rarò doloſos, inconſtantes, mẽdaces, ſuꝑbos, ſcriptores arithmeticos, mathematicos, poëtas, mercatores, ſubtilium artiũ inuẽtores. | Mathematicam, rhetoricã, philoſophiã, negotiationes, curioſitatẽ, ſcribendi artem, magiſterium artium, diuinatricẽ, nouas artes. | Celeſtinum & varium, griſeum. | Alectoriũ, omnes lapides imaginib⁹ magicis ſculpti, & qui magicis artibus ſeruiunt. | Mercurium. | Variũ & mirum. | Clima 6. Aegptum, Græciam, Angliam, Flandriam, Sileſiam, Pariſium, Vratiſlauiam, Effordiã, Viennam Auſtriæ. | Mercurius. ☿ |

| | Natura & complexio. | Membra & infirmitates. | Cõditiones & homines. | Dona & magiſter. | Colores. | Lapides p̃tioſi. | Metalla. | Sapores. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Luna ☾ | Frigid. humid. fœmin. noct. aquea beneſica, p ⚹ & △ maleſica p ♂ □ & ☍ phlegmatica. | Cerebrũ, ocul. ſi. viri, dex. mul. ſtomachũ, ventrem, latus ſin. inteſtina, veſicam, membrũ generat. in muliere, hepar, guſt. pect. & illarum partium ægrit. catar. paralyſ. epilep. colicam, mẽſtrua, diarream, lienteriam, hydropem, apoſtem. phlegmat. obliquitas vultus, ægrit. ex neru. opilationibus procedentes. | Cogitabundos, inſtabiles, vagabundos, timid. puſillan. futiles, ſuſurratores, rerum nouarũ ſparſores, prodigos, nunt. naut. reginas, dominas imperantes, plebeios, molitores, piſcatores, omnes q in aquis laborant. | Seruitiũ, nuntiũ, ſtudiũ hiſtor. ambulationẽ, nauigationem aquarũ, opera plantationũ, ſeminationũ. | Albũ viridẽ cineritium, ceruleum, croceum. | Criſtallũ. | Argentum, vitra. | Salſũ, mediocris odoris inter bonũ & malum. | Climaſe primum, Flãdriã, Holandiam, Zelandiam, Nurimbergam. |

Caput drac. ☊ { Maleficum, / Beneficum, } cum { malis. / bonis.

Cauda drac. ☋ { Malefica, / Bona } cum { bonis. / malis.





*Ægritudines planetarum in 12. ſignis Zodiaci, ſecundùm membra hominis determinare, ex Canon. III. eiuſdem Aſtrologiæ Iſagogicæ.*

CAP. LX.

FAc introitum cum ſigno Zodiaci à parte ſiniſtra, & cum charactere planetæ in capite tabulæ, & in angulo communi offertur ægritudo, &c.

| | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☾ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | Pectus, | Ventrem, | Caput, | Femora, | Pedes, | Crura, | Caput, Genua. |
| ♉ | Ventrem, | Dorſum, | Collum, | Genua, | Caput, | Pedes, | Collum, Crura. |
| ♊ | Ventrem, | Verecunda & ſucceſ. | Pectus & ſucceſ. | Crura, Talos, Cauil. | Collum, | Caput, | Brachia, Humera, Femora. |
| ♋ | Virilia & ſecret. | Femora, | Pectus, | Pedes, | Brachia, Humeros, | Oculos, Guttur, | Caput, Pectus, Stomach. |
| ♌ | Verenda & ſucceſ. | Genua, Femora, | Ventrem, | Caput, | Cor, | Guttur, Humeros, | Collum, Cor, Stomach. |
| ♍ | Pedes, | Genua & ſucceſ. | Ventrem, | Collum, | Ventrem, Stomach. | Cor, | Humeros, Diafragma. |
| ♎ | Genua & ſucceſ. | Caput, Oculos, | Verenda & ſucceſ. | Humeros, | Caput, | Ventrem, | Cor, Ilia, Nates. |
| ♏ | Cauillas & ſucceſ. | Pedes, | Caput, Brachia, Femora, | Cor, | Verẽda & ſucceſs. | Dorſum, | Ventrem, Verenda. |
| ♐ | Pedes, | Caput, Crura, | Manus, Pedes, | Ventrem, | Brachia, Femora, | Cor, Verenda, | Dorſum, Femora. |
| ♑ | Caput, Pedes, | Oculos, Genua, | Humeros, Crura, | Dorſum, | Cor, Femora, | Verẽda & ſucceſs. | Femora, Genua. |
| ♒ | Caput, Collum, | Humeri, Pectus, Pedes, | Cor, Cauillas, | Verenda & ſucceſ. | Genua & ſucceſs. | Cor, Femora, | Verenda, Tibias. |
| ♓ | Collum, Humeros, Brachia, | Caput, Cor, | Ventrem, Cauillas, | Femora & ſucceſ. | Collum, Dorſum, | Verenda, Crura, | Femora, Pedes. |

## Liber VIII. 

Sed hactenus de mundo in vniuerſum dicta ſint: ſequitur nunc vt de homine dicamus, ſecundùm præſcriptum ordinem lib.2.Syntax. cap.1. num.8. reiecta tractatione elementorum in alium gradum deſignatum in ſpeculo artis in proximè citato, cap.1.num.10.

SYNTA

*Hic typus ventorum inſerendus eſt pag.404.Syntax.art.mirab.*



# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER IX.

## Vbi agitur de Homine.

### *Homo quid.* CAP. I.

QVIA homo ad vniuerſi orbis habitum inſtitutus eſt vt ait Ariſtot. 1. de hiſtor. mal. cap. 15. poſtquã de magno hoc mundo cœleſti diximus, de paruo, de homine videlicet, dicendum. Magnũ quippe quid eſt homo, reſpectu artificis Dei, paruum aũt quippiam ratione pulueris vnde ſumptus eſt, vt ait D. Baſil. Magnus lib. examer. homil. 11. homo epitomã omniũ rerum, ideo paruus mundus, particulam vndiq; diſſectã habens, vt ait Horat. 1. carm. od. 6. Imago, & omnium ſuperiorum donum, teſte Heſiodo in 1. oper. & dier. ſub nomine Pandoræ; ineſt illi à Deo inſufflata anima immortalis quam cum Angelis participat & intelligit, vt ſentiat cũ reliquis animalibus, vegetatur, & creſcit vt plantæ, viuere illud cõmune cum illis habet, & eſſe cũ reliquis, vt ait Ariſtot. 1. de moribus ad Nicom. c. 7. Dicitur & mens hominis cum ſyderibus eſſe communis, prout explicat Macrob. lib. 1. in ſom. Scip. c. 14. Quamobrem & rectè Protagoras dicebat hominem rerum omnium eſſe menſuram, etſi aliter poſſit ſententia intelligi apud Plato. in Craty. & Theæteto, homo ab humo dicitur, hoc eſt, à terra: non ab homine humus, vt falsò ſibi perſuaſit Varro in 4. de ling. lat. Nam, vt ait Cic. 2. de natur. Deor. Deus homines humo excitatos, celſos, & erectos conſtituit, &c. & 1. Tuſcula. humari homo, tegi dixit. Retinet conſenſus ferè omnium gentium, vt à parte, à qua quis ortum habuerit, familiæ ſaltem nomen ferat: coactus autem ex limo terræ homo, vt ait Horat. od. 6. lib. 1. Car. Et Heſiod. per Prometheum, ſcilicet prouidentiam diuinam, per Deum ipſum, vt ait Moſes Geneſ. cap. 1. Quamobrem & nomen matris & originis retinuit, apud Hebræos quoq; dictus אדם Adam, quia terram ex qua ſumptus, אדמה adama vocant, & Græci ἄνδρας ἐπιχθονίους, homines terrenos, vt Homerus Iliad. α. & alibi.





Quamuis & alijs omnibus dicatur illis homo, vt ἀνὴρ, ἄνθρωπος, βροτὸς, φώς, &c. homo autem eſt animal ratione præditum, conſtans anima & corpore conueniente ſibi. Hebræi docuerunt primi, duplici natura hominem fuiſſe cõſtitutum, cuius altera pars, cùm incorporea & immortalis ſit, verus homo exiſtit, ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei non fortuna & caſu, ſed à Deo ipſo creatus, vt ab eo diuina ſua maieſtas laudaretur. Quod autem circumiacet ſibi terrenum corpus, & opus etiam ipſius Dei eſt, de terra ſumptum, & in terram rediens, vt ſcribit Euſeb. Pamphil. lib. 7. de præpar. Euangel. c. 7. quod docetur in cap. 1. Gen. Porrò ad ſimilitudinẽ Dei & imaginẽ creatus à Deo homo, prout explicat D. Ambro. tom. 4. in ſi. hexamer. & lib. de dignit. homi. c. 2. & in Pſal. 118. ſermo. 10. D. Bernard. in prin. meditatio. D. Baſil. hexamer. homil. 10. D. Athan. in refutatio, contra hypocri. Meletij & Pauli Samoſatenſis, & quæſt. 8. lib. de diuerſ. quæſtio. Cyrill. Alexand. lib. 4. Theſauri contra hæret. c. 1. & lib. 13. cap. 3. Euſebius lib. 7. de præpar. Euang. c. 4. Quint. Septi. Tertullia. lib. 2. contra Marcionem, Rabini in vaitzra raba in Leuit. c. 4. Galat. in Iudæos lib. 2. cap. 8. Philo Iudæus lib. quod deterius potiori inſidiari ſoleat, & li. de mũdi opific. Theophyl. Theolog. lib. 2. contra Anatolium, D. Fauſtus lib. 2. de gratia & liber. arbit. c. 7. Leuinius Lemnius lib. 1. de occult. naturæ mirac. c. 2. & 14. Diuinitatis participem quoq; hominem, & ideo in tractatione animalium præponendum ait, & Ariſtot. lib. 2. de part. animal. c. 10. Et factum eſſe hominẽ rationis ſolum participem, animal ſolum rationale, propriè Ariſtot. 1. Ethicor. c. 7. & problema. ſectio 29. q. 11. Macrob. in 1. in ſom. Scipio. c. 14. Claudius Aelianus in prologo hiſtor. animal. docuerunt. At conſtare anima & corpore ſimul, & ex duobus fieri hominem, probat Plutarc. lib. de virtu. mor. Philiſcus cùm conſolatur Cicer. exulantem apud Dionem lib. 38. hiſtor. Roma. Macrob. lib. 1. in ſomn. Scip. c. 11. Cyrillus Hieroſolymit. cathacheſi 4. illuminato Gregor. Nazianz. orat. de pauperib. amandis, & alij. Itaq; mortuus homo, quanquam figuræ formam habeat eandem, tamen homo non eſt niſi hominis communione, quia fungi ſuo officio nõ poteſt, vt ait Ariſt. lib. 1. de part. animal. cap. 1. moritur animal cùm anima diſcedit, hinc corpus δέμας hoc eſt vinculum, & σῶμα quaſi σῆμα animæ ſepulchrum & carcer, apud Plato. in Gorg. & Craty. docet & eadem Macrob. 2. in ſom. Scip. cap. 12.

## *Quot Species hominum.*

## CAP. II.

VNum genus hominum eſt, vnus homo à Deo primum creatus: Dehinc ex eius latere, fœmina producta, ſexuq; diſtinctus: vna ſubſtantia humana adiutorium ſimile, Geneſ.1. vt non mirum ſit ſi hominis appellatio vtrunq; contineat ſexum, vt Iuriſconſult. norunt. Quod negauit tamen aliquis in ſynodo Matiſconenſi, donec à patribus illi ex ſacra apertum eſt pagina, teſte Greg. Turon. lib.8. hiſtor. Franco. c.20. de ijs latius, ſi Deus velit, in noſtra iuris epitome proſequemur. Sexu itaque alij maſculi, alij fœminę, & tertium genus quoddam compoſitum, androgynum, aliudq; quartum corpus Eunuchorum qui neutrius generis ſunt. Rurſum Theophraſtus Paracel. in philoſophia magna tractat.1. & 2. lib. de homuncul. homines diuidit in Adamicos, quales nos, & non Adamicos, qui propagationem non habent ab Adamo, quorum poſtremorum alios in aquis, alios in aere, alios in montibus, alios in igne degere ait: primos vocans Vndenas, ſeu Nymphas, qui in terra Pygmæos & Sylphas: mōtium Gnomos: morantes in igne Salamandras, quæ omnia nos in dicta Epitome interpretamur, & improba viſa expungimus: & de Trytonibus, deq; monſtris explicamus quædam non iniucunda. Poſſemus & hic diſtinctiones hominū propè infinitas adijcere ex ſecunda parte ſpeculi artis noſtræ, à bonitate, magnitudine, &c. vt alij ſint meliores, mali alij, alij boni, magni, parui, macrobij cito ſublati, &c. verum hæc ad compendium & Syntaxim non faciunt.

## *De primo ortu hominis.* CAP. III.

AMbigere videtur Plato 6. de legibus de hominis principio, dum ait, Hominum generatio vel nunquam incœpit, aut inæſtimabili ante nos initio cœpit. Sic reliqui qui ingenitum dixerunt mundum & incorruptibilem, pari modo ſine origine eſſe rati ſunt humanū genus, & ab æterno, vt Pythagoras Samius, Archytas Tarent. Ariſtoteles Stagir. Xenocrates, & alij, teſte Cenſorino, & obijcit Ariſtoteli Iuſtinus Martyr lib. de euerſione falſor. eius dogmatum, dum expugnat primum de auditu naturali, quod ignorauerit primam plantam & primum animal. Aegyptij ab orbis initio primos homines apud ſe creatos aiunt, cùm bonitate fœlicitateq; ſoli,





tum propter Nilum, qui multa generat, & ſuapte natura aquæ genuit, facillimè nutrit. Sicut & limo terræ à Sole arefacto animalia perfecta naſcuntur, vt ait Diodor. Sicul. lib.1. cap.2. Macrobius poſt longam cum Euangelo diſputationem, ouum ne prius fuerit, an gallina, tandem cap.16. lib.7. Saturn. generalem conſtituit regulam: in primo rerum ortu, animantes quæ ſolo ſemine generantur, opifice natura prius extitiſſe perfectas, at quomodo non explicat. Ouid.1. Metamorph. cum Heſiod. in 1. oper. & dierum, & Horat. in 6. ode 1. lib. carm. tradunt, à Prometheo filio, vt diximus, Iapeti, hominem vel eius imaginem ex luto fabricatam, & igne cœleſti animatam: inſulsè quidem, cum non animaduertant, hominem ſe dicere à filio Iapeti, & ita ab homine factum primum: debuerāt enim oſtendere vnde primus homo ille Iapetus, & eius maiores. M. Cato in fragmentis de originibus refert opinionem eorum, qui dicunt elementa coeuntia, ſenſim in ſua loca homines produxiſſe. At Chriſtiana veraque eſt fides, hominem primum à Deo ex limo terræ vel puluere formatum, & inſpiratione Dei viuificatum, Euamque ei ſimilem ex latere erutam in adiutorium Geneſ. cap.1. Inſpiratio autem Dei in faciem hominis, traditio eſt animæ rationalis, vt ait Albinus in quæſtio. in Geneſ. Lapſi ſunt autem Rabini Hebræorum in explicatione cap.1. Geneſ. dum non nouerant ſanctiſſimam vnius eſſentiæ trinitatem, dum ait Deus, faciamus hominem ad imaginem, &c. rati ad ſtellas & Angelos Deum loqui, eoſque fuiſſe coadiutores formationis Adami: cum tamen ſequatur, & fecit Deus hominem, vt ſcribit Philo Iudæus, lib. de profugis. Traditque Cyrillus Alexand. lib.2. contra Iulian. illud faciamus, quaſi conſilium, hyperbolicum eſſe ſermonem, vt rem magnam facturum ſe deſignaret. Lapſi pariter ſtolidiſſimè Seueriani hæretici, qui hominis dimidiam partem dixerunt eſſe diaboli, aliam dimidiam Dei, quæ infrà vmbilicum diaboli, quod tollit Epiphanius tom.3. lib.1. aduerſus hæreſes, hæreſi 45.

## *Dicendorum de homine paraſceue.*

## CAP. IV.

QVia diximus in cellula hominis, in ſpeculo artis, ibi locum, & fontem rationum, & argumentorum, quæ ab inuentis ab homine ſunt: in tractatu hoc de homine non ſeparatim de corpore eius, & eius partibus, & membris dicemus, nam de his tractabitur cum de ani-

malibus, ſeu vita ſenſuali agemus: non etiam de hominis alia parte inſigniori, de anima: ſcorſum enim de ea poſtea, ſed de homine prout conſtat anima, & corpore, atque ita eius tantùm inuenta, & artes percurremus. Itaque explicabo ordine diuiſionem rationalis cognitionis, quam præſcripſimus libro 4. Syntaxeon, capite 5. vbi ſcientiam partiti ſumus in ſpeculatiuam, & practicã: ſpeculatiuam rurſum, in realem, & rationalem. Realem autem in metaphyſicam, phyſicam, & mathematicam. Rationales ſpeculatiuas, in grãmaticam, dialecticam, rhetoricam, poeticam, hiſtoriam. Practicã iterum, in actiuam & factiuam; & illam in politicam, ethicam, œconomicam: hanc autem factiuam in mechanicas, quæ plures ſunt.

## *De triplici vita & contemplatiua.*

## CAP. V.

TRiplex modus viuendi, vnde vitæ tres ſpecies, contemplatiua, actiua, & effectiua. Contemplatiua ſeu ſpeculatiua, duos gradus habet: ſpeculatio quippe, diuinorum & ſcientiarum: ſumma vita Dei contemplatio: infima, effectiua: inter vtramque media, actiua. Contemplantur itaque qui ſcientijs & ſapientiæ inſiſtunt. Agunt, qui prudentiam moraleſque virtutes excolunt. Efficiunt, qui aliqua arte mechanica, ſibi victum comparant, de quibus Ariſtot. 1. Ethic. cap. 5. Proximè accedit Philo Iudæus lib. Quis rerum diuinarũ ſit hæres: verum is ad Deum contemplatiuæ vitæ finem refert, & optimè. Nec incommodè, vt opinor, hæc viuendi genera, ad duo contrahemus, cum Cic. 4. epiſt. ad Attic. epiſt. 31. in πρακτικὸν βίον, καὶ θεωρητικὸν in practicum ſeu actiuum, & theoriticum ſeu contemplatiuum. Contemplatiuum ſpirituale eſt, aliud circa corporalia verſatur, vnde quanto ſpiritalia præſtantiora corporalibus, & anima corpore, tanto theoritica ſeu ſpeculatio, præſtantior actiua vita erit: non oportet tamen arbitrari contemplatiuam omnino actione liberam: caret enim extranea actione, cæterum ſuam ſpiritualẽ habet, vt ait Plato in Philebo, alioquin vt trunci arborum & pondus inutile terræ contemplantes nominati eſſent à ſocietate hominum explodendi. Qua diſtinctione componitur illa celeberrima controuerſia agitata apud Ariſtot. 7. polit. cap. 2. & 3. de præſtantia potiori vitæ actiuæ & contemplatiuæ. Agunt quippe ſed ſubiecto meliori animæ inquam contemplantes. Ideò ſcribit Philo Iudæ. lib. de vita contemplatiua, ſolitarios

illos



illos contemplatiuos, Eccleſiæ catholicæ primos dictos therapeutas, id eſt, curatores ſeu medicos, quod profiterentur medicinam, iſta vulgari præſtantiorem, per oppida omnia. Hæc enim medicina vulgi, ſolis corporibus medetur: illa autem liberat animas morbis grauibus, quos inflixerunt voluptates, concupiſcentiæ, dolores, timores, auaritia, & cæteræ perturbationes, vitiorumque agmina, idque Dei virtute. Sic & D. Paulus ad Philipp. 3. ſcribebat quidem, noſtra conuerſatio eſt in cœlis; ſed tamen, quanta ipſe egerit, quis non videt? dum ait ſe in multa pericula incidiſſe, ob actionem prædicationis verbi Dei. Liquetque ex Actibus Apoſtol. ipſum, & reliquos Apoſtolos peregrinationes inſtituiſſe ad curandas animas. Docet & Abdias Babylonicus, & ipſamet ſacroſancta Euangelia, in quibus Deus ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus laborauerit & certauerit vſque ad mortem. Nec in illis prætermittitur, quod ibat & ipſe per ciuitates, & caſtella euangelizare, Matth. 13. vtque defeſſus in via iuxta puteum cum Samaritana conſtiterit. Dixitque diſcipulis apud D. Ioannem, cap. 15. in hoc clarificatus eſt Pater meus, vt fructum plurimum adferatis, & efficiamini mei diſcipuli, & poſtea, poſui vos, vt eatis, & fructum adferatis, & fructus veſter maneat. Noluit & otioſos ſtare in plateis homines, bonus paterfamilias, ſed illos conduxit vt irent in vineam ſuam & operarentur. Matth. 20. & D. Paul. qui noluerit operari non manducet, 2. Theſſ. 3. laborarũt omnes quotquot viri patres, cœleſte regnum promeruerunt. Non quidem omnes illa vitę actione corporali, ſed ſpiritualia ſeminantes, & colentes, proque illis vigilantes. vt & Angeli apud D. Dionyſ. Areopag. in cœleſti hierarchia, ſunt in contemplatiua vita conſtituti, at non otioſi; ſed alij in laudibus Dei aſſidui & orationibus, alij in hierarchijs inſtruendis deputati, alij miniſterio proprio hominum, & rerum omnium, prout Deo videtur, aſſignati. Solitarius D. Hieron. aliquando, ſed non ſemper, & fuerunt Helias, Eliſeus, & Ioan. Baptiſta in deſertis & montanis habitantes, at nec illi otioſi, non inutiles, ſed prædicationibus & in erudiendis hominibus aſſidui. Hanc vitam contemplatiuam omnes homines vt proprium ſequi deberent: quia homo natus non eſt, vt hæc vilia, & fæces terræ ſibi peregrinanti condat: non vt inſtar brutorum, & porcorum voluptatib. fœdis & ſpurciſſimis ſeſe volutet, ſed vt Deum cognoſcat, veneretur, & colat, vtque ad nutum, veluti domini, ſic in talentis ab

illo datis negotiatus, cum eius mandata recedendi ab hoc hoſpitiolo, & carcere corporis acceperit, liber ab omni pondere iſto terreſtri ad eum perueniat. Turbantur certè erga plurima homines, & laborant in ſuperfluis, & inutilibus, vel potius nociuis: cum tantùm vnum ſit neceſſarium, vt Dominus dixit ad Martham. vnum autem illud eſt, Deus, & ex eius mandatis, & voluntate vitã componet, ſeruire Deo, quod opus vnum debet eſſe omnium Chriſtianorum, ad hunc quæcunque agunt ad illius gloriam referre, alioquin perperam & ſuo malo turbantur erga plurima. Hanc contemplationem in Theologia nemo non videt habere materiam. Quamobrem cùm de ea dictum ſit lib. 6. Syntax. non vltra immorabimur. Sed ad alias ſpeculatiuas ſcientias tranſgrediemur, & poſtea de actiuis, & factitijs agemus ſcientijs & artibus. Verum primum de metaphyſica, quæ Ariſtoteles tradidit audiamus. Et quid de tranſcendentibus nobis magis placuit explicemus.

---

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER X.

## In quo agitur de Metaphyſica.

### *Finis Metaphyſices, Dei cognitio.* CAP. I.

Metaphyſicæ illa ſunt, quę poſt cognitas naturales cauſas, animum rationis participem & intellectus, ad altiorem perducunt conſiderationem, vt cognoſcat, quoad fieri & conſequi poterit, opificem illum ſupremũ, vnum, & illud quod eſt ſemper, quod nunquam fuit aliud, nec futurum eſt quam ſolũ eſt, quodq́; nihil aliud eſt, quàm Deus vnus, qui ſine principio omnium principium, ſine medio & fine omnium: Finis, à quo, per quem, & propter quem, & ad quem omnia. Sic Auicen. 1. ſuæ Metaphyſ. c. 3. ſcopum vltimum indagationis Metaphyſices eſſe fatetur cognitionem Dei altiſſimi, & angelorum ſpiritaliũ. Non enim



enim poteſt anima quieſcere in naturalibus & viſibilibus, dum videt omnia mutuò colligata, niſi ad vnam primamque cauſam ſine principio conſcenderit. Et dum à concatenatione rerum viſibilium peruenit ad inuiſibilia, tunc pari ratione ab inuiſibilibus, ad inuiſibilia alia maiora & præſtantiora tranſiens, ob infirmitatem animi, & rationis, & præſtantiam diuinitatis quam perquirit, luctatur cum intelligentijs: quas ſi ordine rectè ad vnum direxerit, optatum conſequitur finem. Quandiu autem per illas rerum varietates & typos, vt in labyrintho animum exercet, tandiu in metaphyſicis angitur & torquetur: quæ difficiliora eo magis, quanto quis longius à via cognoſcendi Deum verum, aberrat. Vt mirum non ſit tot anfractus, tot ſcopulos, Ariſtotelem, & alios Ethnicos offendiſſe, totq́; labores paſſos in metaphyſicis, dum lumẽ rationis tantum ſequerẽtur, nec veram de Deo haberent rationem, quibus hodie muliercula quæuis, vel ruſticus, fideli Symbolo catholico informatus iurè præire poſſet. Cùm nobis via compẽdiaria, & certiſſima, qui filius Dei eſt, veruſq́; cum Deo Deus vnus, incognita prorſus myſteria reuelauerit, & per Spiritum ſanctum omnem docuerit veritatem. Quamobrem Chriſtiani ibi incipiunt ſcientiam & ſciendi initium, vbi Philoſophorum anchoram figebat ſuprema cognitio: olim ab elementis mundi orſi & phyſicis, hodie à Dei ſummi vera & certiſſima cognitione, quæ in epitomen, & familiarem, & neceſſariam reducta, Credo in Deum, &c.

---

# MATERIA METAPHYSICES.

### *Vnum, ens, ſubſtantia, accidens, potentia, actus, neceſſarium, contingens, dependens, independens, finitum, infinitum.* CAP. II.

Conſiderat autem Metaphyſica, vniuerſalia quãtùm vniuerſaliter poteſt, & quantum cõſequi poteſt genera generaliſſima: vt poſſit hos rerum humanarũ, & exiſtentium diſperſos riuulos, ad quaſdam origines, & fontes reducere, & poſtea illa generaliſſima ad vnum cõtrahere, & vnum illud cognoſcere. Ideo eius materia, ens vnum quod mente tantum comprehenſibile, diuiſum in alia duo, in ſubſtantiam & accidens: quæ poſtea per modos

modos eſſendi in abſtracto, hoc eſt, generaliter, ſine concreto indiuiduo cui hærent, conſiderat. In ente accidentis conſiderat nouem modos, quos prædicamenta dicit, quantitatem, qualitatem, relationē, paſſionem, &c. prout explicauimus lib. 1. Synt. cap. 4. & 5. & explicaturi latiùs, ſi Deus voluerit, proprijs commentarijs, quos paratos de his habemus. Conſiderat & Metaphyſicus alia abſtracta vniuerſalia, potentiam, vt materiam: actum, vt formam: neceſſarium, contingens, dependens, independens, finitum in eo eſſe, & infinitum in eſſe. Conſiderat & potiſſimùm tranſcendentia. Quæ omnia nos in noſtra methodo in Syntaxi propoſuimus, cū omnis demonſtratio maximè à communibus, & poſteà ex proprijs pendeat. Ens itaque in vniuerſali contemplatione, ſubiectum eſt metaphyſices: in concreto autem & particulari ratione, pro modo concretionis, eſt ſingularium doctrinarū. Sic Phyſicus tractat de ente mobili: Mathematicus de ente quanto. Hinc fit, vt Ariſtoteles ſummoperè in 1. Metaph. & alibi laboret, circa vniuerſale principium rerum omnium, quod ab exordio Moſes Geneſis mundi, cap. 1. explicat: In principio creauit Deus cœlum & terram. Et D. Ioannes cap. 1. Euang. In principio erat Verbum, & Deus erat Verbum, omnia per ipſum facta ſunt, &c.

## *Veritas aliud ſubiectum Metaphyſices.*
## CAP. III.

SEcundo libro in veritatis ſpeculatione Ariſtoteles anhelat, cùm tamen Deus ipſe ſit veritas, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui nobis veritatis lumen effulſit, plenus gratiæ & veritatis. D. Ioan. cap. 1. 5. 8. 14. 16. 17. & ſine hac veritate nunquam certè finis ille Metaphyſices, q omnē humanæ naturæ ſuperat intellectū, nempe Deus, nobis innotuiſſet. Non enim poteſt apprehendi quod infinitum eſt, & increatum, à tam exigua creatura ab anima dico finita, cùm nec naturaliter minus poſſit continere quod maius eſt, vnde oportuit ens illud reuelari, & fide credi, non per cauſas indagare; cum infinitis gradibus, cauſæ rerum & res ſint Deo minores. Et ita cùm ex generalioribus cognitio pendeat effectuum. Deus cùm quid ſupra ſe non habeat, & omnia ſine comparatione aliqua perfectionis, infinitè illo ſint inferiora, non potuit declarari perfectè per res aliquas, nec repræſentari. Nec veritatis inquiſitio ad eum noſtra imbecillitate pertingere, nec ex puteo. Democriti prodire veritas ſine diuino ductu.

Duobus



Duobus etiam veritatem nobis intercipientibus vltrà in-
quiſiti altitudinem, & ſublimitatem, nempe conſuetudi-
ne & natura ipſa. Conſuetudo quippe viuendi, ſi leges
diuinas nō ſequaris, tantùm valuit, vt falſa pro veris ſua-
deat, & aciem animi retundat. Quod enim apud nos iu-
ſtum, alia in prouincia, imò in eadē paulò pòſt iniuſtum
& impium videtur: & natura hominis, animus in hoc ſe-
pulchro animę viuens, contagione corporis & erroribus
ſenſuum, & tyrannis imaginationis ſimulacris, tot erro-
ribus inuoluitur, vt maxima ſui parte à ſuo intellectu pu-
rō deciderit. Ita craſſis conſpurcatus nebulis, vt diuini-
tatis & veritatis radios nō concipiat. Quibus mederi cu-
pientes Metaphyſici, probis argumentationibus conſue-
tudinem emendandam eſſe ſtatuerunt; naturæ autem te-
nebras, opinione, vt homo in ſingulis ſcientijs certitudi-
nem tantùm conuenientem ſtabiliat. Sed neque Ariſtote-
les tales docuit argumentationes, nec conuenientes il-
las certitudines veras eſſe oſtendit. Sunt etenim & in ar-
gumentationibus & ſcientijs varia, & quidem diuerſo-
rum Philoſophorum inſignis authoritatis apud ſuos, ſtu-
dia & axiomata, vt poſtquam quiſq; ſua rationibus pro-
pè firmata exiſtimauerit, ſtatim videamus columnas ra-
tionum eorum deijci probabilioribus, vt veritatem certè
nunquam cognouerint, nec ad illius vmbram peruene-
rint: neque ſuis argumentis & diſputationibus potue-
rint vnquam verè demonſtrare, quid, & vbi ſummum il-
lud ens bonumq;, quies, & rerum omnium principium.
Sed omnes quotquot iter ad id inquirendum pernaui-
gare tentarunt, in ipſo portu naufragium fecerunt, vel
defecerunt, intercepti ab inſtituto curſu ab ijs, quæ ſpe-
ciem quidem boni habeant, ſed ſummum non erant. Alij
à voluptate, alij à virtute, alij à pulchritudine, alij à diui-
tijs, alij à ſimilibus propè infinitis irretiti: donec veritas
ipſa dixit, Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum
Patrem, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ioannis 17. cap.
3. ad Rom. 6.

## *De Quæſtionibus quæ præmittunt Metaphyſici.* CAP. IV.

QVocirca Ariſtoteles, cùm quò ſe verteret certum nō haberet, iam inuolutus ſuis axiomatibus & fluctuens, p totū lib. 3. Metaph. iactatur, nunc hac, nūc illac circa quæſtiunculas occupatus, quas præcedere debere arbitrabatur, cùm tamen certum ſignum ignorātiæ

docentis

docentis videatur in omnem lapidem impingere, & in uolutè rem pertractare: atque ludit ordinem in eo.

1. An vnius ſcientiæ tantùm, an multarum ſit cauſas ſpeculari? Hanc nõn reſoluit Ariſtoteles, ſed Iauellus ſol. uit lib.3.Metaph. cap.2.

2. Num ſolius Metaphyſices, ſubſtantię principia conſiderare? Reſoluit affirmatiuè 4.Metaph.tex.7.&8.

3. Num vnius ſcientiæ ſimul de omnibus ſubſtantijs dicere, vel ſi diuerſæ de diuerſis? Reſoluit cum diſtinctione in lib.4.Metaph.tex.2.

4. Num etiam Metaphyſices tractare de ſubſtantijs & accidentibus, & vnius eſſe ſcientiæ? Reſoluit lib.4.Metaphyſ.tex.4.

5. Num principia rerum ſint genera, & an illa communiſſima: vt ens, vnum, magnum, paruum? Non reſoluit, ſed Iauellus ſoluit, cap.7.lib.3.Metaph.

6. Vtrum preter ſingulare ſenſibile detur aliquod ens magis vniuerſale, quam ſeparatum, quod ſit compoſitum, vel materia, vel forma? Negat Ariſtoteles 7.libro Metaphyſ.

7. Vtrum omnium indiuiduorum vnius ſpeciei, vt omnium hominum, ſit vna quiditas, ſiue vna forma? Negat Ariſtoteles lib.7.Metaph.tex.20.

8. Vtrúmne omnium rerum ſint eadem principia numero, vel eadem ſpecie & diuerſa numero? Reſoluit cum diſtinctione Ariſtoteles 12.Metaph.tex.19.vſque 29.

9. Num eadem principia corruptibilium & incorruptibilium? Huius reſolut. ex Ariſtotel.12.Metaphyſ.tex.34. 8.Phyſic.tex.48. & ex 2.de Gener.tex.55.

10. Vtrum vnum & ens ſit ſubſtantia rerum, vel non? Determinat partim in 4. & 10. & 12.Metaph.

11. Num numeri, & corpora, & ſuperficies, & lineæ, dicant ſubſtantiam rerum ſenſibilium? Determinat in 14 Metaphyſ.

12. Num præter res ſingulares ſenſibiles, & præter magnitudines mathematicas, quæ non ſunt ſubſtantia rerum ſenſibilium, nec principia ſubſtantialia, neceſſarium ſit ponere formas, id eſt, ideas ſeparatas? Negat Ariſtoteles lib.7.

13. Sintne principia rerum in actu, vel in potentia? Determinat cum diſtinct.lib.12.Metaph.text.30. & 31. & libro 9. text 13.

14. Et num prima rerum principia ſint vniuerſalia, vel ſingularia? Soluit lib.7.tex.46.47.48.

15. Num



15. Num præter ſubſtantias ſenſibiles ſingulares, dentur aliæ ſubſtantiæ ſeparatæ à materia, quas Platonici dicunt ideas, ſeu ſpecies, vt homo per ſe, leo per ſe. Negat ideas Ethic.2. & 2.de Phyſ.aud.tex.19. lib.de Gener.1.7. & lib.12.Metaph.

## *De ſpeculatione Metaphyſices circa ſubſtantiam, accidens, vnum, ſimile, æquale.*

### CAP. V.

AC poſteà ſuperatis illis obicibus, in aliam deſilijt libro 4. diſputationem, de ſubſtantia: & abundè proſequitur Metaphyſicam verſari circa ens, & circa accidentia, quę per ſe conueniunt enti circa vnum ſimile & æquale, agitque de his & de primis principijs, quæ vocat dignitates Mathematicas: & mirum in modum digladiatur pro probatione & defenſione primi principij, quod tamen quia Deum verum non nouerat, non tradidit.

## *Quid 5.lib.Metaphyſices tractet Ariſtoteles.*

### CAP. VI.

ITerumq; in quinto, cùm ſibi non ſatisfeciſſet explicat quid ſentiat, & quomodo diſtinguat principium, cauſam, elementum, naturam, neceſſarium, vnum, ens ſubſtantiam, idem, oppoſita, contraria, priora & poſteriora, potẽtiam, quantum, quale, ad aliquid, perfectum, terminum, ſecundùm quod diſpoſitionem, habitum, paſſionẽ, priuationem, habere, ex aliquo eſſe, partem, totum, mutilum, genus, falſum, accidens, & alia, quorum hoc accipe ſchema, quod colligit Iodochus Clichtoneus Neoportnenſis in commentarijs in Fabri Stapul. introductionem in Metaph.cap.5. Cuius prior numerus, ordinem terminorum, alter quot habeant acceptiones explicat.

| *Ordo.* | *Acceptiones.* | | *Ordo.* | *Acceptiones.* | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1. | Principium. | 7 | 11. | Idem. | 8 |
| 2. | Cauſa. | 4 | 12. | Diuerſum. | 8 |
| 3. | Elementum. | 4 | 13. | Differens. | 2 |
| 4. | Natura. | 6 | 14. | Simile. | 5 |
| 5. | Neceſſarium. | 5 | 15. | Diſſimile. | 5 |
| 6. | Vnum. | 8 | 16. | Oppoſitum. | 5 |
| 7. | Multa. | 8 | 17. | Contrarium. | 5 |
| 8. | Ens. | 14 | 18. | Prius. | 8 |
| 9. | Ens per accidens. | 3 | 19. | Poſterius. | 8 |
| 10. | Subſtantia. | 4 | 20. | Poteſtas. | 4 |

21. Poſſi-

| | | | |
|---|---|---|---|
| 21. Poſſibile. | 4 | 32. Paſſio. | 4 |
| 22. Impotentia. | 4 | 33. Priuatio. | 8 |
| 23. Inpoſſibile. | 4 | 34. Habere. | 4 |
| 24. Quantum. | 4 | 35. Ex quo. | 6 |
| 25. Quale. | 4 | 36. Pars. | 5 |
| 26. Ad aliquid. | 4 | 37. Totum. | 3 |
| 27. Perfectum. | 4 | 38. Colobus. | 7 |
| 28. Terminus. | 9 | 39. Genus. | 4 |
| 29. Secundùm quod. | 5 | 40. Diuerſa genere. | 2 |
| 30. Secundùm ſe. | 5 | 41. Falſum. | 4 |
| 31. Habitus. | 4 | 42. Accidens. | 4 |

## *Quale ens Metaphyſici.* CAP. VII.

RElabitur in ſexto in ens, vt diſtinguat & doceat quale illud quod à Metaphyſico pertractatur. Nam omnes ferè ſcientiæ particulares conſiderant determinatum genus entis, principia & cauſas ſui ſubjecti: vt, Medicina, cauſas ſanitatis: Geometria, principia magnitudinis, nempe punctum principium lineæ, lineam ſuperficiei, &c. Arithmetica, principia & cauſas numeri, diuiſionem continui: Phyſica, principia & cauſas eius mobilis, nempe materiam & formam efficientē: Moralis ſcientia principia quoque ſua, cauſas & habitus, puta agens liberū arbitrium, & actus conſequutos ſimiles. Aedificatoria, principia & cauſas ædificij, puta materiam hāc vel illlam, hunc finem, hanc figuram, hoc agens. Sed ita non debere conſiderari ens à Metaphyſico, vt ab illis, ſed vniuerſaliter ens per ſe, non ens verum vel accidens, hoc eſt, quatenus verè eſt in aliquo, hoc eſt, in concreto, ſic enim explico, ſed vniuerſaliter. Neque tamen vt non ens conſiderat, quia ad illud non ens, eſt ens falſum, vt tractat: neque vt ens in anima, hoc eſt, prout comprehēditur abſtractè à re aliqua ab anima: quia illud ens eſt ad aliquid, non vniuerſaliter ens ſolum per ſe, quod extra animam eſt diuiſum, poſtea in ens corporeum, ſeu materiale, & incorporeum per actum & potentiam, per vnum & multa, vt tractat in lib. 7. Metaph. de Materiali potiſſimùm: & in 8. de Actu & potētia: in 9. de Entibus autem incorporeis: in 10. Quæ ſint autem primæ & vniuerſales cauſæ entis incorporei, in 12.





## *De Ente corporali & eius ſubſtantiæ diuiſione: & quod formæ ſeparatæ ſeu ideæ non ſint.* CAP. VIII.

ET idcircò in 7. dum de ente corporali agit, tractat de ſubſtantia, vt de primo ente, poſteà accidentibus, & de eo quod quid eſt in ſubſtantia, & illam dicit per ſe abſolutè ens accidens autem, ens ſecundum quid, atque ſubſtantiam priorem, natura, tempore, & cognitione. Diuiditur ibi hæc ſubſtantia ſenſibilis compoſiti, in materiam & formam, ſeu figuram. Docet poſteà contra Platonem, ſingulares res ſenſibiles, non generari à formis ſeparatis, quas Plato vocat ideas, vel ſpecies: ſed vel ex virtute indita naturaliter rebus, per quam agunt, vel ab arte ex ratione ſine intelligentia mentis artificis & ex factione, vel à caſu, vel à fortuna: verùm ſi quæratur ab Ariſtotele, vnde vis naturæ, vnde caſus, certè neſciret reſpondere, vt Chriſtianus, in promptu, à prima cauſa, à Deo, qui omnia benedixit, iuſſitque creſcere & multiplicari, Geneſ. cap. 1. Et à prouidentia Dei, quæ per ſingula, cuncta diſponit, vt nec capillus ſine eius voluntate de capite cadat: non paſſer occidatur, quamuis operetur per media, aliquando per Solem, Lunam, ſtellas, hominis coniunctionem, artem, &c. Tractat deinceps contra Platonem, genera maximè vniuerſalia: de ente, de vno, de ideis, & non eſſe ſubſtantias abſolutè, quòd non ſint ſubſtantiæ à ſingularibus ſeparatæ: quòd ideæ Platonicæ non poſſunt definiri, nec demonſtrationem recipere, & ita vanæ.

## *De materia & forma in ſubſtantia compoſita.* CAP. IX.

PRoſequitur in 8. inſtitutum de materia & forma ſermonem, nempe quòd ea inſint ſubſtantiæ ſenſibili, vt principia intrinſeca conſtitutiua. Porrò materia per ſe & ſeorſum, non poteſt ſecundùm Philoſophos demonſtrari eſſe aliquid, quia conſtituunt eam in potentia, quæ per aduentum formæ fit aliquid actu. Fitque ex duobus ſubſtantia compoſita, vnde poſteà ſequitur, formam rei ſenſibilis nō eſſe totam rei eſſentiam, ſed partem, vel partem, vt dicunt, quiditatis. Dehinc ſecundo, formam eſſe aliquid præter partes materię, alioquin actus & potentia confunderentur: aliud nempe lapides & ligna, quibus

domus conſtat: aliud domus forma. Tertio nullam formam eſſe per ſe vel generabilem, vel corruptibilem, ſed tantùm per accidens ad generationem & corruptionem compoſiti. Quartò, ꝙ ſi forma accipiatur pro tota ſpecifica quiditate, & non pro parte, vt in homine humanitas, & in ſimilibus rerum corruptibilium diſtinguentibus formis, forma non eſt ſeparata à materia ſecundùm Ariſtotelem in 3. & 8. Phyſic. quod ſubuertit ideas Platonicas. Quintò, ſicut omnis numerus reſoluitur in vnitates, ſic omnis quiditas, ſiue rei cuiuſque definitio, reſoluitur in ſua ſtata principia, in primum genus & differentiam primam, ne in infinitum excurrens, in infinitum fiat peregrinatio. Rurſum, quod ad materiam pertinet, noua dubia reſoluuntur: primum ex duplici conſideratione materiæ corporũ, primæ inquam & propriæ, prima quæ quatuor complectitur elementa, ignem, aërem, aquam, terram, quæ eadem eſt omnium materia, ex qua omnia generentur, & componantur, & in eadem reſoluuntur. Cùm propria tamen omnium non ſit eadem materia, ſed diuerſorum diuerſa, vt materia flegmatis, cibus dulcis, craſſus, vnctuoſus: quia ea humida, & flegma humidum. Materia choleræ, amarus; quia amara ſicca & cholera, & à ſimili ſimile gignitur, vel immediatè, vel mediata aliorum alteratione, vt dum ex cibo per plura media, caro gignitur. Cur autem exiſtente vna prima materia tam diuerſa generentur, accidit certè ex voluntate primi artificis Dei, qui ita ſtatuit: ſicuti ex voluntate artificis hominis plures formæ ex ligno poſſunt fieri, ſtatua, cythara, lectus, &c. naſcunturque varia ex præſcripta forma diuerſis ſpeciebus, à quibus natura ſuo authori obediens non deficit. Obſeruat tamen Ariſtotel. diuerſam à generabilibus materiam, in corporibus æthereis, quæ vocat æterna, in quibus tantùm ponit materiam ſecundùm locum mobilem, aliquid exiſtens actu ſcilicet quoddam corpus. Sicut & ait accidentia priuatiua non habere materiam quę ſit ens in prima potẽtia, ex qua ſcilicet fiant, vt in ſomno & eclipſi oſtendit ſimpliciter, nec accidentia poſitiua, quæ aliquando ſunt, aliquando non ſunt, licèt non generentur per ſe, ſed ꝑ accidens: quemadmodum quantitates, qualitates, & formæ ſubſtantiales. At in metaphyſica illud quoque obſeruandum, in naturalibus formam coniungi materiæ, cùm ex potentia materia tranſit in actum ꝑ cauſam efficientẽ: vt dum fit ex metallo ſtatua per artificem, q educit actum è potentia, id eſt, q facit id quod inde fieri





eo modo poterat. Sic in mathematicis, in circuli forma, ſuperficies, quæ recipit circulum, formam accipit: vt materia potentiam habens, & in actum tunc deducta. Sic in reliquis figuris quod diuerſum in intelligibilibus, & ſubſtantijs ſimplicibus, quæ ex ſeipſis ſunt eos & vnum ſeu actus differentes in hoc à ſenſibilibus ſubſtantijs.

## *De potentia & actu, & num potentia actu prior.* CAP. X.

HAnc optimo ordine Ariſtot. in 9. Metaph. tractat de potentia & actu: potentiæ acceptiones proſequutus, in actiuam & paſſiuam diuidit. Potentiæ inueniuntur in omnibus inanimatis & animatis. Inanimata quippe ſuas habent potentias vt principia operandi, ſiue agendi: qualis calor in igne: frigiditas in aqua: virtutes in lapidibus. Suas & animata, quarum aliæ ſunt rationales, ſi de animalibus rationalibus agamus, vel irrationales, ſeu ſenſitiuæ, ſi de brutis, vel de partibus ſenſualibus quæramus. Rationales ſunt, veluti artes mechanicæ factiuæ: ſcientiæ practicæ actiuæ, vt morales. Sunt em̃ hæ verè principia agendi, & operandi in alio in quantum aliud, quia ordinantur ad opus. Sic de alijs potentijs vegetabilium & ſenſibiliũ colligere qs poterit propria: dummodò cum his conſideret eſſe potentias actiuas & paſſiuas. Cæterùm actus cũ potentia relationem facit, & ideo actu id eſt, qđ nõ eſt in potentia, & contrà. Sequitur autẽ potentiã actus, ſi ea ſit remota, poſt multas medias tranſmutationes: vt terra quæ in potentia remota lignum eſt, antequã ac actum perueniat, multa media percurrit. Sic cibus antequam caro, &c. Vnde quod fit ex aliquo ꝑ potentiam remotam, non habet nomen ex eo, non ſecus q̃ quod fit ex materia remota: contrà, ſi de potentia propinqua in actum veniat. Eſt autem ſemper actus potentia prior ratione & notitia. At paſſiua potentia prior & poſterior eſſe actu poteſt: prior, quantum ad idem numero: poſterior, quantum ad idem ſpecie: & agit vnumquodque, in quantum eſt actu, vnde eſſe aliquid in ſpecie actu præcedens neceſſarium eſt, à quo quod eſt in potentia reducatur ad actum. Quòd ſi de potentia actiua agamus, quia hæc & ingenita, & acquiſita exercitio eſſe poteſt: ingenita vt intellectus & ſenſus, ſenſus & aliæ potentiæ animæ, eſt prior actu: Acquiſititia autem, poſteriori actu, quia frequentati actus, ſunt potentię generatiui, vt cytharizando fit cytharœdus, fabricando faber: ita actus

prior potentia, vt cauſa prior effectu. Quòd ſi quædam ars præcedat vel diſpoſitio ad cytharizandum, vel fabricandum ante edoctam artem, eſt ille actus imperfectus, non potentia, ſed cauſatiuus, vel viam ſternens ad potentiam: & hæc maximè in generalibus & corruptibilibus. At in ſempiternis, ſeu æternis: omne ſempiternum eſt actus, & non eſt in potentia paſſiua. Actus quidem, quia ſemper eſt, nec quandoque non eſt, aliter non eſſet ſempiternum: potentia autem nec paſſiua, quia ſicut illa non poteſt non aliter eſſe, ſic in æternis, vel in corruptibilibus nec malum, nō peccatum, non corruptio, quod pertinet ad eorum ſubſtantiam: quamuis alia alijs ſint meliora. Porrò intelligimus vnumquodque in quantum actu eſt, non in quantum eſt in potentia. Atque ideo verum & falſum, circa actum non circa potentiam conſtituemus: ea enim conſiſtunt in compoſitis, compoſitione, & diuiſione intellectus, ex diſtinctione materiæ, vel naturalis, vel contingentis, vel remotæ. Et in ſubſtantijs ſimplicibus, non verum & falſum, ſed ſcientia, ſi ad eas cognoſcendas perueneriмus: & ignorantia, ſi à cognitione aberrauerimus, non ideò minus tamen ſubſtantia vera.

## *Quid vnum, & quot modis, & quid multa, quid idem ſimile, æquale, diuerſum, differentia, contrarium, medium.* CAP. XI.

SEd quia per tam variam rerum diſtinctionem pergimus ad illum ſupremum venandum, quod vnum verè dici poſſit, à quo alia: idcircò alia cura Ariſtoteles in 10. ad vnius conſiderationem diffunditur, vt diſtinguat modos, quibus vnum dici poſſit. Itaque explicat vnum dici, quæ continua ſunt natura, quod eſt vniforme, quod vnius rationis ſiue definitionis, & logicè vnum numero, vt ipſum ſingulare, vnum ſpecie, vnum genere, vnum ſuper ens, & vnum ens, vnum ſuper ens, ſeu tranſcendens quidem indiuiſibile, & vnum ens diuiſibile. Conueniunt autem vni eſſentialiter, primò vt ſit menſura, dehinc vt principium quantitatis diſcretæ, vt ab vno & numero oriatur menſura, ſeu quantitas continua, & per ſimilitudinem eius, non quantitatis menſura. Opponuntur vnum & multa, quod vnum proferat non diuiſum, multa diuiſionem. Ad vnum conſpirant, idem, ſimile, æquale: idem dicit vnitatem ſubſtantiæ: ſimile vnitatem in qualitate: æquale



quale vnitatem in quantitate. Idem dicuntur vel per accidens, vel per ſe. Per accidens quinque modis. 1. ſi inſunt eidem ſubiecto, vt in albo muſico, albedo & muſica. 2. quando accidens prædicatur de ſubiecto. 3. vel contrà. 4. quando ſimplex prædicatum prędicatur de compoſito ſubiecto. 5. vel contrà. Modi idem p ſe, vt ſi conueniant in ſubiecto, ſi in natura, ſubſtantia, ſpecie, genere. Similia autem poſſunt dici vel in fieri, cùm mouentur ad eandem qualitatem: quòd ſi ad diuerſas, in patientia & alteratione, non in modis qualitatum conſentientia, & propriè ſi conueniant. In aliqua qualitate actu, ſi conueniant in forma, figura, proportione æquali vel inæquali, vel gradu intentionis, remiſſionis, vnde ex gradu magis vel minùs ſimilia, indeque & diſſimilia per oppoſitionem cognoſci facilè poſſunt. Sed & hinc diuerſa dicere par eſt, quia non eſt ipſum, ſed aliud: quia nec materia, nec ratio vna eſt; & in mathematicis, quia alterius figuræ, vt curuum, rotundum, quadratū, &c. diuerſa quoque ſpecie, forma, ratione. Sic differentia, ſpecie, genere, materia, quę ſunt ſub diſtinctis prædicamentis. Quæcunque autem differunt, differunt in aliquo, & in aliquo conueniunt. Accedit autem ad differentiam contrariam, contraria quippe, quę ſub eodem genere differūt; & eſt contrarietas maxima differētia eorum, quæ nihilominus neceſſe eſt vt in aliquo conueniant, quia plura ſunt, nec ſibi quicquam contrarium. Ita enim catena, & continua via conſeruatur ad vnum, quod quærimus. Quamobrē media per conſequens eſſe quoque expedit, quæ componantur extremis contrarijs, etſi à contradictorijs & priuatiuis media expungantur, quæ non inueniuntur in contrarijs, quæ differunt, aut per differentias ſpecificas ſub eodem genere, non ſecus ac materia diuiditur per diuerſas formas, cùm & differentia ſit forma, aut ex diuerſis gradibus formæ alicuius naturæ, eadem ſemper retenta & numero: nec contraria ſumuntur à diuerſis ratione formæ genericæ, nec à diuerſis diſpoſitionibus materię particularis, ſed à potentia, & in potentia, & a diuerſitate materiæ non particularis, ſed ſimpliciter dictæ.

## *Ariſtotelis Anacephaleoſis in 11. librum.* CAP. XII.

HIs omnibus excurſis, libro 11. Ariſtoteles vtitur quadam anacephaleoſi eorum, quæ iam dixerat in Phyſi-

cis, & ſuperioribus metaphyſicis libris de ſcientia, num vna ſit generalis, an hæc circa principia elementorum verſetur, reliquaque, quæ non oportet hoc compendio retractare.

### *De triplici Subſtantia, corruptibili, incorruptibili mobili, inſenſibili & æterna.*

### CAP. XIII.

ET repetit Ariſtoteles rurſum libro duodecimo eadem & alia, quæ quinto libro tractauerat, quòd expediat Metaphyſico, qui de ente agit vniuerſali conſiderare præcipuè ſubſtantiam, vtpotè ens per ſe: id eſt, operæpretium, eum conſiderare cauſas vniuerſales ſubſtantiarum corruptibilium & incorruptibilium, & id fieri per diuiſionem ſubſtantiæ in ſua genera tria: nempe in ſubſtantiam corruptibilem ſenſibilem, vt planetarum & animalium. In ſubſtantiam incorruptibilem, mobilem tamẽ motu ſphærico, qualis cœlum: in inſenſibilem & immobilem, hoc eſt, non manifeſtam ſenſibus. Quarum duæ priores phyſicam habent tractationem, ſecundùm propriam rationẽ, poſtrema ad metaphyſices pertinet ſpeculationem. Et in hac vltima determinanda, quia facilè lubricus, vbi non planè videmus, eſt locus, laborarunt Philoſophorum ſcholæ. Plato, vt diximus, ſua vniuerſalia conſtituit abſtracta, & ideas ſeu ſpecies mente agitatas: Pythagoras ſua mathematica ſeparata: Ariſtoteles autem ſubſtantias dicit eſſe immateriatas, intellectuales, motrices orbium, & ſecundùm ſe immobiles, neque vltrà progreditur. Docetur autem pluribus, neceſſarium fuiſſe ad finem quendam conſtituendum inquiſitioni de eſſentijs rerum, inquirere aliquam ſubſtantiam immobilem, æternam, ſemper agentem, & mouentem, cuius ſubſtãtia ſit actus & immaterialis præter & vltra ſubſtantias ſenſibiles & corruptibiles. Et in hac parte non poſſumus conniuere inquiſitionem primi & vniuerſalis mouentis, eius quod ab alio non moueatur. Non enim ſolummodò quærimus mouens, nam inuenimus implexu cœlos ſe mutuo mouere & rapere, ſed quærimus id quod mouet, & nõ mouetur: hicque Deum eſſe fateantur, qui eò peruenerint cogitationis neceſſe eſt, à quo moueatur cœlum primum & omnia, virtute & voluntate, & lege ſua, cum qua & effectus & facultas: dixit enim, Fiant, & facta ſunt, mandauit & creata ſunt. Atque hæc



hæc vis, lex & voluntas Dei, & iuſſus, mens aliquando & anima mũdi à philoſophis & poetis nominatur, & intelligentia ab aliquibus, quamuis alijs aliud intelligentia. per ſe illud immobile primũ, ens & ſuprà ens, per ſe vnũ per ſe bonum. Sunt autẽ aliæ ſubſtantiæ poſtea mouentes re ipſa, aliæ ab eo vim habentes, incorruptibiles in regione illa ætherea, vt planetę de quibus in cœlo diximus. Sed primũ mouens diuiniſſimũ eſt, & diuinitas ipſa ſeipſum intelligens, omnipotens: & intelligere diuinũ, ſua ipſius incomprehenſibilis ſubſtãtia. Et ſicut Deus intelligit ſeipſum, quia potentiſſimũ quid, ita intelligit ſuũ intelligere, intelligens omnia, quia intellectus diuinus, ſimplex. Incompoſitus, ſimpliciſſima apprehenſio, ſine diuiſione, ſine cõpoſitione, ſine diſcurſu ſine tempore. Optimum vniuerſi, & vnde omnia bona: neq; quicquam eo præſtantius, non ſimplicius, non perfectius inueniri poteſt, vt non liceat nec poſſimus ad vlterius quid progredi, nullumq; tranſcendens, nullumq; ens eo antiquius vel præcipuum, dari poterit. In quo & Ariſtotelicæ metaphyſices cognitio finem accipit tractationis. Quanquam in 13. & 14. rurſum ad idearum improbationem reuertatur, & ſpecies ſenſibilibus conferre quippiam, cum eorum non ſint ſubſtantiæ, refellat, ſicut & Pythagoricorum numeros, ex quibus ſenſibiles ſubſtantias conſtare dicebant.

### *Ordinis tractationis huius, alia ratio.*

### CAP. XIV.

NOs in noſtra arte entis, hanc cognitionem vniuerſalem, & quæ eſt de Metaphyſicis, alio modo & alia methodo, quam Ariſtot. & reliqui philoſophi pertractauimus. Neq; tamẽ in ea quicquam omiſimus, quod vel Ariſtot. vel Plato, Theophraſt. alijq; pertractarint, quatenus ad propoſitam artem facere videbantur. Et idcirco in lib. 1. Syntax. tradidimus, cognoſcendi formulas, methodum & gradus, quibus cognitio perducitur ad intellectum & metaphyſices periodum, de cautionibus in ſermocinatione obſeruandis, dehinc de rerum conſideratione generali, & diuiſione in ſubſtantiam & accidens, de materia & forma. At in ſecũdo, epitomen rerum omnium vno ſpeculo exhibuimus, per ſeptem claſſes, in quibus nouenario ordine primis duabus, omnia genera exquirendi typos, quæſtionis, & explicãdi, diuidendi, & cõponendi per relationes omnibus communes docuimus.

In tertio de tranſcēdentibus, prout per ſe ſeorſum & prout in concreto ſunt. In 4. de omnibus accidentibus. In 5. de ſubſtantijs. In 6. & 7. de virtutibus, & vitijs ſeparatim vt vitam hominis & partis nobilioris officium, beneficio quodam ſingulari proſequeremur, & mentes ad cognoſcendum, & venerandum primum vnum, & ſine principio ens metaphyſices, & omnium rerum finem, principii & authorem diſponeremus.

# DE TRANSCENDENTIBVS.

### *Et cur principia tertiæ claßis ſpeculi, lib. 1. Syntax. cap. 1. tranſcendentia dicta ſunt.*

### CAP. XV.

SVnt in noſtra arte nouem capita, ad quæ, quæ ſunt, eſſéve poſſunt, referūtur: nēpe bonitas, magnitudo, duratio, &c. poteſtas, cognitio, voluntas, virtus, veritas, gloria. Quamobrem nec errabimus, ſi ea dicamus Tranſcendentia principia, nam extra omnes cōcretas eſſentias ſunt, & ipſis tamen nomina & naturas connotant & diſtingunt, comprehenſione primum vniuerſali per horum principiorū rationes, & veluti per chaos quoddam & cōfusè, paulatim autē per ſynonima, apertius ratione rudis cognitionis. Hæc porrò præcedere volumus, quòd ordo naturæ is ſit, vt à potentia in actum tendat: vt & intellectus à potentia in actum progreditur, & quodammodo rudi Minerua in principio cognoſcit, poſtea diſtinctiones determinat. Sic obiectū quodcunq; primū apprehendit vt quoddam diffinibile in confuſo, priuſquā penetret diſtinctè diffinitionem, & partes eius vt diffinientes: ipſum namq; vniuerſale totum eſſe quoddam, cùm multa complectatur, veluti partes, & ideo veluti vnū vniuerſale, ſenſu notius, ex vniuerſalib: ad ſingula proficiſcamur oportet, vt docet Ariſtot. 1. phyſ. c.2. quod in verborū & rerum notione commune eſſe docet, exemplo puerorū, qui in primis omnes homines patres nominãt, mulieres omnes matres. Sed & ego vniuerſalia prius diſcenda exiſtimo, quod his cognitis ſtatim cum ijs participātia, ſi quæ vniuerſalium naturæ accedant, cognoſcet aliquis: vt ſolent pictores, primis delineationibus imaginum locum, menſuram, & formam rudem demonſtrare, & penicillo ſigil-

latim



latim poſteà percurrere & emendare ab errore, & linearum priorum generalium ductu caput pedibus non miſcent, nec in inuentione partium reliquarum facilè errant, vt norunt qui artem pingendi callent. Sciendum autem eſt, nos nouem tranſcendentia poſuiſſe tantùm cum Lullio, qui ea vocat principia abſoluta. Etſi Henric. Cornel. Agrippa in comment. ad artem breuem Lullij, addat alia tria, eſſentiam, perfectionem, vnitatem. Quanquam etiam antiquorum plures, quatuor tantum tranſcendentia, hoc eſt, quatuor quædam generalia ſupra res omnes poſuerint. nempe ens, vnum, verum, bonum, vt ſcribit Ioan. Picus Mirandula, quibus recentiores, Auicennam ſequuti, duo alia addiderunt: nempe res, aliquid, vt ſcribit Iauellus Canapicius tracta.4. compen. logi. cap.10. Et Ioan. Murmelius lib. Iſagoges de decem prædicat. tit.10. & Scotus, & Beatus Thomas. Quorum nō ſequimur ſententiam, eo quod videantur mihi duplici modo errare: primum, quod nimium cōſtringant & coarctent hos fontes, vt confuſio omnino dicatur illa tranſcendentium poſitio potius, quàm vniuerſalis delineatio. Rurſum, quòd ea ipſa, tranſcendentia non ſint. Nam bonum, concretum quoddam bonitatis eſt, & verum veritatis, & vnum vnitatis, eſſentq; vnitas, bonitas potius & veritas tranſcendentia, quàm vnum, bonum, verum. Item res, & aliquid & ens habent concretionem, nec tranſcendunt. Siquidem & ſupra ens, & ſupra aliquid, & ſupra rem aliud eſt, nam hæc ſubſunt noſtris tranſcendentibus, vel bonitati, vel magnitudini, vel durationi, poteſtati, cognitioni, voluntati, virtuti, veritati, gloriæ, vel eorum oppoſitis, vt ſi ens eſt, ergo verum eſt eſſe, ſi non eſt re, ergo potentia, & ita eſt poteſtatis, quæ eſt ex tranſcendentibus: Sic de ſimilibus dici poteſt. Et ita eſſentia Agrippæ, ſub veritate & bonitate ordinanda, non ſeorſum. Quod autem pertinet ad alia duo addita ab eodem Agrippa, nempe ad vnitatem, & perfectionem: ea nec hic adijcimus, neque tamen eſſe inficiamur, ſed in Deo eſſe dicimus, qui perfectus ſolus perfectioq; eſt: in reliquis autem nihil perfectum omni ex parte, quia non niſi vnus Deus ita dictus, quia ſolus perfectio, & perfectus omni ex parte, & perficiens alia, à quo ſingula alia, quæ ſunt ſecundùm conceſſam determinationem receperunt conuenientem gradum, vt tamen rerum perfectio, perfectio propriè non dicatur, neque in abſtracto, neque in concreto extra Deum, qui talis abſolutè, quia abſoluta potentia in Dei eſt

ſola potentia, vt ſcribit Marſil. Ficinus in commentar. in conuiuium Plato. Oratio. 3. cap. 2. & omnia imperfecta verè ſunt, eius comparatione. Et ideo Dauid ait, imperfectum meum viderunt oculi tui, Domine, Pſal. 138. Extat & hac de re iſtius probatio apud Iuſtinian. Cæſarē in lib. 2. §. ſed quia diuinæ. de veter. iur. enucl. lib. 4. C. tit. 20. Sed, inquit, quia diuinæ res perfectiſſimæ ſunt, humani verò iuris conditio in infinitum decurrit, & nihil eſt in ea quod perpetuò ſtare poſſit, multas enim formas edere natura deproperat, non deſperamus quædam poſteà naſci poſſe negotia, quæ adhuc legum laqueis non ſunt innodata. Idcirco res humanæ perfectæ dicuntur cum adiunctio, & cum alio verbo Finis, nempe vt perfectio ſit finis conſtituti aſſecutio. Ita perfectio rerum in eſſentia, eſt optima cuiuſque rei conſtitutio, hoc eſt, gradatio & aſcenſio ad ſuum limitem à Deo poſitum, & ad ſuum finem, vt & nouit Galen. lib. 7. de decret. Hippo. & Plato. cùm loquitur de definitione ſubſtantiæ. In artificialibus quoq; perfectio, dum peruenitur ad finem determinatum: ſicuti domus perfecta eſt, cùm ædificata eſt, oratio perfecta, cùm ſuis numeris & partibus conſtat. Quamobrem & quippiam reſpectu ſui perfectum, reſpectu alterius imperfectum poteſt eſſe, eò quòd in re non ſit plena perfectio, ſed limitata, vt ouum perfectum quidem eſt, verùm reſpectu animalis quod ex eo oriri debet, imperfectum quid eſt, vt ſcribit Ariſtot. 2. de generatio. anim. c. 1. Nam cùm finis vltimorum quidpiam ſit, cùm ad eum res peruenerint, rectè eius tantum gratia, perfectæ dicuntur, vt & ad ſummum vitij perueniēs aliquis, metaphoricè perfectus in eo vitio; vt perfectus fur, dicetur, vt docet Ariſtot. 5. metaphyſ. cap. 16. Itaq; & locus de perfectionibus diſputandi, habebit propriam ſedem, vbi de fine agemus in relatiuis principij. His accedit Iuriſconſultorum autoritas, qui & diuerſis reſpectibus perfectum aliquid & imperfectum idem, dicunt. Cùm enim apud illos perfectum dicatur, quod omnibus ſuis partibus conſtat, vt notat Caius in l. 1. de orig. iur. lib. 1. ff. tit. 2. ita & perfectum dixerunt, quod impletum eſt, & imperfectum non impletum. Sic perfecta legatio apud Vlpianum lib. 2. §. legatis. verſiculo planè. de iudic. libro 5. ff. tit. 1. Item alibi, ſæpe perfecta emptio, perfectus contractus. Et ita de reliquis, etſi diuerſi ſint fines vnius rei, interdum ratione vnius, negotium perfectum, ratione alterius imperfectum, dici poteſt. Veluti in donatione cauſa mortis, quæ quidem ratione



tione ſuæ formæ & ſolennitatis, perfecta quidem eſt, ſed ante mortis diem eius qui donat, imperfecta dicitur, vt ſcribit Vlpian. in l. non videtur. lib. 33. de donatio. mort. cau. lib. 39. ff. tit. 6. Et communiter imperfecta ætas exiſtimatur ea, quæ impleuerit annos 25. Sunt tamen alia quæ maturiorem ætatem perfectamq; demonſtrant, vt venia conceſſa ætatis à principe, & alia determinatio expreſſa. Sicut ſcribit Cæſar Iuſtinian. in l. fin. de his qui ven. æta. impetr. libro 2. C. tit. 45. iuncto Vlpiano in l. ad Rempub. lib. 8. de muneribus & honor. libro 50. ff. tit. 4. Et variatum in alijs certis negotijs, in ætatis fine & perfectione. Nam & Iuſtinianus in presbyteris, perfectam deſiderabat 38. annnorum, in lectore 18. in diaconiſſis 40. vt ſcribitur in §. diaconiſſam. & §. presbyterum. de ſanctiſſi. Epiſcop. in authen. collat. 9. cōſtit. fin. Ex quibus, authentica presbyterum, & authent. diaconiſſam de epiſcopis & cler. lib. 1. C. tit. 6. De ſimilibus. plura ſunt exempla, ſed hęc ſufficiunt generaliter dicta, de prima claſſe principiorū, de quibus poſtea particulariter.

---

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER XI.

In quo agitur de Phyſica.

## *De nomine & finitione Phyſices.*

## CAP. I.

GRæcis φύω, gigno & produco eſt, vel neutraliter naſcor, vnde Phyſica: & φύσις natura, id eſt, natiuum ſeu productum, genitum, vel id quod in re naſci tale facit. Quare à principali parte geniti, natura dicitur ſubſtātia geniti, vt annotat Galen. in Hippoc. aphoriſmos, aphor. 2. lib. 3. vocat & naturā Galen. 3. de temper. vniuerſam ſubſtantiā, ac ipſam temperiē, quæ ex ipſis elementis conflatur, ſic vocat φύσιν, idem quod χρᾶσιν tot. lib. περὶ φύσεως ἀνθρώπου. de natur. hominum. Sed melius arbitror naturam cuiuſque dici, id quod cuique rei datū eſt in ortu: ſiue id ſit vis, ſiue temperamentū, ſiue ex certa tēperamentorū cōmixtione generica, vel ſpecifica, vel indiuidua proprietas, vel determinatio,

terminatio, à tota, vt dicunt, ſubſtantia : vt quod magnes trahat ferrum: ſuccinum, feſtucam, &c. Atque ſecundum D. Auguſt. de morib. Manichæorum, quod intelligitur in ſuo genere aliquid eſſe, natura eius eſt. Sic dicimus recte emendari arte naturam, vel mutari in aliquibus, non in omnibus vt in his quæ in noſtra poteſtate non ſunt, nam illam expellas furca licet vſque recurret. Quo fit, vt quia quoddam ens in vniuerſum cõſideratur mobile quatuor elementorum & corporum cœleſtium, quæ certas vires & ſubſtantias, & proprietates habent inditas communes & generales, & quas diſtribuunt elementatis compoſitis, & poſuerunt quoque & antiqui nomen quoddam generale naturæ ſeorſum ab elementatis conſideratum. Galen. lib. 17. de vſu par. illam φύσιν vniuerſi definit, eſſe mentem admirabili virtute præditam, quæ omnia peruadat, verum Chriſtiani dicerent Dei omnipotentis inditam rebus vim agendi & generandi, vel eſſentiam conceſſam. Sic forſan intellexit Plin. lib. 2. cap. 7. Naturæ potentiam eſſe quod Deum vocamus : & lib. 27. cap. 3. Epicurus, & poſt eum Lucret. in 3. de rebus natur. naturam rerum, diuina mente coortam. Verùm illa vis naturæ, etſi idem quod natura, tamen Deus non eſt. Sequeretur quippè Deum eſſe in mundo vt in ſuo corpore animam, & animatum mundum : quod falſum, etſi vis illa à Deo ſit, & impellatur. vt dum iacimus lapidem, vis quæ lapidem impellit, dum lapis mouetur, à vi manus proceſſit, ſed illa vis quæ defert lapidem ſeparata eſt : nec idem eſt quod manus. Et in ſumma, opus aliud quàm artifex. Neque quicquam natura aliud eſt, quàm inſtrumentum prouidentiæ diuinæ: non enim, vbi prouidè videtur agere, ducit ſeipſam, ſed ab ipſa prouidentia ducitur. Et Deus quidem in mundo & in omnibus, ſed non vt pars, vel vt anima eius, vt diximus dum ageremus de Dei & animæ ſimilitudine, in primis Commentarijs. Ariſtot. quoque, naturã à Deo diſtinguit, dum eam ſecundum Plutar. de placidis Philoſoph. c. 1. ſic definit, Natura eſt principium motus atq; quietis duntaxat, in quo primogeniè ineſt, non etiam per accidens : Siquidem omnia, quæ quidem nec à fortuna, neq; à neceſſitate, nec à diuino nomine, aut huiuſmodi cauſam habent, naturalia dicuntur, ſuamque ipſorum naturam habent, vtpotè quæ ante priora ſecula non fuerint, ſed ſuum ortum habeant. Natura quoque fiunt, quæ cauſam & ordinem in ſeipſis habent: nam aut ſemper, aut plurimum ſic eueniunt, vt dixit Ariſtot. lib. 1.

Rhetor.



Rhetor. ad Theod. cap. 10. Itaque vis illa, ſiue natura, erit tranſmutationum effectrix. Galen. quoque in Iſagogicis lib. de finitionibus medicis, naturam dixit ignem artificialem, qui via in generationem tendit: & ex Platone, artem diuinam, & ibi alia plura.

*De diuiſione Naturæ.* CAP. II.

PLotinus lib. 8. inſcripto de animæ deſcenſu, cap. 7. duplicem conſtituit naturam, alteram intelligibilem, alteram ſenſibilem. In intelligibili, animam viuere exiſtimat : & ſenſibilem in corpore hominis naturam participare. Omitto naturæ acceptiones, cùm non propriè diuidant, ſed aliquid natiuum demonſtrent, & principium motus : vt dum putant materiam primam in potentia ad formam recipiendam. Item formam rerum naturalium, vt animam in homine: generationis formam, vt naſci, gigni, &c. proprietatem cuiuſq; rei, eſſentiáq; alicuius rei, & Galen. lib. 2. de ſymptom. cauſa, cap. 1. tom. 3. naturæ nomen quoq; pro facultate, quæ animal ſiue voluntatis numtu, ſiue citra hanc, regit, intelligit. Quare & diuidit in ſimplicem & compoſitam, actiuam & paſſiuam : lib. 1. commentar. in lib. Hippocrat. de nat. human. in prin. tom. 1.

*Cognitio circa rerum naturam multiplex, & de gradibus naturæ.* CAP. III.

RES naturales vario modo inquiruntur: quamobrem, & variæ ſunt ſciendi fines in eodem naturalium rerum ſubiecto : Interdum naturam rerum perpendimus ſimpliciter & generaliter, vt ens mobile ſine aliqua particulari materia vel motu, hoc eſt, non peruenientes ad particularem tractationem motus : & hic propriè verus phyſici ſcopus, hic & finis, prout etiam Ariſtot. intra hos ſe continet, in tractat. 8. lib. Phyſic. Inde peruenimus ad motum quendam conſiderandum, ſcilicet localem, quem duplici genere abſoluit Ariſtot. lib. de Cœlo, circulari, qualis eſt corporum cœleſtium : & recto, qualis elementorum : & ita conſideratur ens ibi vt in loco, vel vbi, quod in phyſica conſiderabatur in natura. Sicuti tertius gradus poſteà conſiderationis rerum ſenſibilium, ratione ſuſceptionis formæ, vnde ex motu fit alia inquiſitio generationis & corruptionis, de quo in lib. de generat. & corrupt. Eſtq; perfectorum corporum & perfectè compoſitorum, inibi conſideratio generalis. At quia non ſemper corpora illa perfici, nec planè ex quatuor elementis

ad gene-

ad generandum temperatis contingit oriri, oportuit aliu̅m gradum quartum adijci cognitionis, de mixtis imperfectè: qualia ſunt, pluuia, nix, grando, & reliqua, de quibus in Meteoris. Deinceps poſt generalem illam perfectorum conſiderationem, & poſt imperfectorum ſingularem pertractationẽ, oportuit ad genera eorum, quæ perfecta dici poſſunt commixtione elementorum, animum intendere: cùm tamen ea ſint in quadruplici differentia, vt alia eſſe tantùm inanimata habeant, alia viuere, alia ſentire, alia intelligere: idcirco ad inanimata ſimpliciter primùm peruenit cogitatio, quæ Hebræi vocant דממים domemim, ſilentia. Cuiuſmodi ea dicunt eſſe, quæ plurimum habeat terræ: veluti aurum, æs, lapides, & ſimilia. quæ niſi intra gremium terræ vel ſupra terram contiguè, natura reſideant, ſicq; probatio à ſitu terræ incendatis quibuſq; ſatis terrena docet, ſicut & illud. quod ſtatis diebus vtantur, parum vel nihil de ſui quantitate amittant. De his & tractat Ariſt. in minoralib. Admonet & deinceps rerum naturalium ordo, quò quædam terræ annectuntur, hærentque, vltrò res contemplari alias: nempè eas quæ multum habent quidem ex terreſtri pondere, ſed & aliud quidpiam quod illarum rerum aliud genus conſtituat, illud eſt corpus quod dicunt Hebręi צמח tzomeach, id eſt, virens; nos vegetabile: cuius ſunt plantæ omnes, olera, herbæ, quæ vt etiam rudibus & analphabetis doceant ſe quippiam cum præcedentibus participare, & vltra aliud ſupra ſilẽtia illa & compoſita ſimplici mixtione corpora habere: figunt radices quidem in terra, verùm ſupra terrã capita exerunt, & monent ſe habere gradum alium perfectionis, vim, inquam, ſeu naturam productricem, facultatem alendi, creſcẽdi, & ſimile ſibi procreandi. dicta illa vis anima vegetans, altrix, qua alimentum attrahunt, retinent, ſuis partibus diſtribuunt, & aſſimilant. Anima autem hic ſimpliciter pro ſpiritu vitali aëreo, quo motus fit in diuerſas partes alimenti, & ſequitur incrementum. Sic enim & ψυχὴ Græcis, apud Plat. in Craty. & Plutarc. & נשמה neſchamach apud Hebræos anima & ſpiritus, vel halitus dicitur, & Græcum quoque anima nomen videtur, ἄνεμος, quod ventus eſt, ſi credamus Ariſtot. Is enim lib. de Mundo, τὰ δὲ ἐν ἀέρι πνέοντα πνεύματα, καλοῦμεν ἀνέμους flatus qui in aëre flant, vocamus anemus, ſcilicet ἐκ τῆς ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως ex ſicca exhalatione. Atque in plantis prædominari aëris elementum, quod terra leuius eſt, vt ſedes & ordinatio naturalis elementorum



mentorum oſtendit, non obſcurum eſt colligere, cùm ex eo quòd in aurem ſimilem ſe extollant, tùm quòd exciſſa ligna, vt plerunque, elemento aquæ ſupernatent, quæ leuior terra, ponderoſior autem aëre, tum etiam, quòd ſi comburantur, cinis qui eſt terra, reſolutis elemẽtis ligno antea contentis, non eſt vel vigeſima pars quantitatis prioris. Succedit huic alia tractatio nobilioris gradus, quę de animato aliter corpore agit, nobiliori facultatum maiorum virtute prædito, & præſtantioris compoſitionis, quæ ignis nobilitatem, & ita maiorem & leuiorem motum habet, animalium brutorum inquam: iſta participant compoſitione elementorum, cum ijs quæ eſſentiam tantum habent; cum plantis, quod viuunt. Non tamen cum ſilentibus natura, perpetuò iacent: non cum plantis radicibus terram exſugunt. ſed & mouentur propria naturali vi, nullo modo terræ vel aquæ affixa: ita vt præſtantiora animantia videas plantis, conſidera quo pacto ſentiunt, hoc eſt ſenſus habent, viſum, auditum, tactum, odoratum, innatam aduerſus nocẽtia cautionem, & ad iuuantia directionem. vide, vt plantas deuorent, vt exiſtimes eas præſtantioris cauſa creatas, animaduerte iumentorum, ſeuum, glandes & alia, porcorum, &c. & propter quod vnumquodque tale, & illud maius iſtis: itaque anima præſtantior plantarum, quæ ſenſibile vltra vitale, habeat: ideo à nobiliori actione ſentiẽte dicta perfectiſſima poſtea creaturarum terreſtrium homo, cognitionem altiorem ſubijcit, qui habet elementarem in corpore mixtionem, & eſt planta immortalis, inuerſa, contra plantarum aliarum ſedem: nam capilli, inſtar radicũ, cœlum verſus, vnde à diuina Dei natura paſcuntur, reſpiciunt, membra reliqua velut rami, terram intuentur. atque huius anima, vt à flatu diuino inſpirata & creata, & ſimul quod ineſt animæ plantæ & brutorum, habet & vltrà immortalem intellectum, & ratiocinationem, quibus brutis & reliquis vt inferiorib. corporibus, imperat & dominatur. Et de his omnibus Deo fauẽte dicemus, ſed diſtinctis tractationibus. primùm autem de primis, ſicuti è phyſica ſcientia in vniuerſum naturæ ſpeculatio conſideratur.

## *Quid tractet Phyſica.* CAP. IV.

PHyſicus tractat & conſiderat principia naturalia, de quibus Ariſtot. in 1. Phyſic. cauſas naturales, de quibus Ariſtot. in 2. Phyſic. de motu, de infinito, de quo in 3. Ariſtot. de loco, de vacuo, de tempore, de quibus Ariſtot.

Ariſtot. in 4. & de motus ſpeciebus, quales alteratio augmentum, &c. de quib. in 5. de tempore menſurante motum in 6. & inquirit in 7. primum motorem in 8.

## *De Principijs.* CAP. V.

MAgna controuerſia quidem de rerum principijs, quam videre licet explicatam apud Plutarc. lib. 1. de placidis Philoſoph. cap. 2. & 3. Ariſtot. in 1. Polidor. Vergil. 1. de inuentione rerum, cap. 2. Cicero academ. quæſt. 4. quam omittimus: obtinuit tamen apud Peripateticos, tria eſſe naturalium rerum principia, materiam, formam & priuationem. Omnia conſtant materia, & forma 2. Phyſic. Ariſtot. cap. 2. & initio 4. metaphyſ. Macrob. 1. in ſomn. Scipion. cap. 2. hæc in compoſitione prima, in reſolutione vltima: Nos plura de principijs tractauimus in ſecunda triplicitate comparationum vel relatiuorum lib. 3. ſyntax. cap. 4. & latius in eorum commentarijs Deo fauente dicemus.

## *De Materia.* CAP. VI.

MAteria quaſi mater, principium, quia receptaculum omnium, apud Plat. lib. 32. in Timæo, & Plutarc. 1. de plac. Philoſoph. c. 9. Græcis ὕλη & ὑπόθεσις hyle & fundamentum, Hebræis חומר chomer, id eſt, cumulus, vel crementum, ex quo quippiam fit. & in Rabinorum commentarijs, Græca appellatione חליי hilei à hyle. In ſumma id materia, ex quo aliquid fit. Nec enim quicquam phyſicum ſine materia, vt ait Cuius Iuriſconſ. in l. adeo. l. 7. §. cùm quis de acquirendo rerum dominio, lib. 41. ff. tit. 1. Ariſtot. 1. Phyſicorum, capitulo 9. materiam, inquit, dico, quod primum eſt vniuſcuiuſque ſubiectum, ex quo quippiam eo fit pacto, vt non per accidens inſit, nam etſi corrumpatur, ad hoc vltimum ſanè proficiſcetur: & ſubſtantiam, materiam quoque dixit rerum, idem ibid. & 7. metaphyſic. capitulo 3. & lib. 8. capitulo 1. Diuidunt in primam & ſecundam: Prima eſt principium naturale, apud Phyſicos: natura ſcilicet, quæ nata eſt præbere vnicuiq; tranſmutationi ſubiectum, omnium tantum paſſiua, nulla actione actiua, potentia & ſubiectum, nihil habens actus intrinſeci, vt explicat Plato in Timæo, Faber Stapul. in introduct. ad Phyſicam. Ferunt hanc materiam rerum omnium primam, inuiſibilem & informem per ſe, eò quòd illa ſit omnium formarum ſeu ſimulacrorum receptrix: vt Plato nititur docere exẽplo in Timæo,





eorum qui ſua violentia confecturi ſunt, qui humidam materiam quam odore imbuere volunt, ita præparant, vt nullum odorem proprium habeant, vtque qui imprimunt ceræ, in cera quæ ad ſigilli notam præparatur, nullam prorſus propriam figuram apparere patiuntur. Sed exactiſſima leuigatione priùs poliunt, ſubſcribit Ariſtot. 3. metaphyſic. capitulo 4. Alcin. de doctrina Platonica capitulo 8. qui & ſine qualitate propria eam eſſe vult. Primam quoque materiam inuiſibilem & ſine colore, probare nititur, Lucret. 6. rationibus, lib. 2. de rerum natura, incipit in eo verſu:

*Nullum corpus ineſt, materiei, &c.*

& idcirco putarunt eam neque corpoream neque incorpoream per ſe, ſed potentia corpus: quemadmodum æs eſt potentia ſtatua, eſſentialique mutatione manere inuariatam, & ſi mutetur accidentaliter ſecundum formas vel ſubſtantiales, quas recipit, dum compoſitio certam dat naturam, vel accidentales quæ ſine ſubſtantiarum mutatione vel alteratione accidunt. Et Galenus 1. de element. ingenerabilem dixit per omne æuum: cùm tamen Stoici rati ſint, omnem materiam & ipſam eſſe vertibilem, mutabilem, fluxamque omnino, teſte Plutarch. 1. de placidis Philoſoph. capitulo 9. Si quid tamen mea cenſura inter tot grauiſſimos philoſophos valeat, arbitror materiam primam immutabilem in ſe, etſi formas accipiat: non ſecus ac in ſecunda materia, ſubſtãtia aëris non mutatur, & ſi in formas diuerſas mutetur: nec quicquam enim minuitur, dũ ex aliquo aliquid fit, ſed ſemper quod vna parte interire videtur, alteri accreſcit. Neque materiam primam rerum corporalium, fuiſſe informem ſatis perſuaſum habeo, ſed exiſtimo illam cum propria forma fuiſſe creatam, quæ ad alias formas eſſet accipiendas diſpoſita: vt in ſecunda, videmus ceræ propriam materiam & formam, item & aëris, vt nihilominus tamen ad varias alias formas & figuras contrahi: Et exiſtimo Chimeræ & monſtri inſtar eſſe in naturalibus in potentia ſola, materiam conſtituere, niſi dicamus potentiam eſſe ex Dei virtute, rerum creatrice. Creauit Deus materiam primam mundi viſibilem & corporalem, dum Moſes ait: In principio creauit Deus Cœlum & terram, terra autem erat inanis & vacua, &c. Et cùm corpora ſint quæ ex materia hac fiunt, non poſſum nõ dicere, materiam primam eſſe corporalem poſt creationẽ, quia ante fruſtra de materia ſermo, ſi quidem ex nihilo Deus mundum creauit,

ſine vlla materia præiacente. Neque etiam poteſt materia ſeparari à corporibus, vt ait Ariſtot. 4. phyſic. cap. videtur & Plato conſentire in Timæo, formæ propedum ait, materiam primam, ex propria potentia nunquam diſcedere, ſuſcipere ſemper omnia, nec vllam vnquam formam ijs ſibi ſimilem contrahere: perpendo autem ibi verba, nullam formam ſibi ſimilem. Oſtendit & Heracliti dictum, qui teſte Plutarch. oration. conſolat. ad Apollo. dicebat, vt ex eodem luto poteſt quiſpiam animalia ſingens confundere, & rurſum fingere ac confundere, atque hoc viciſſim inceſſanter facere: ſic & natura ex eadem materia, iamdiu quidem noſtros edidit auos, & continuò poſt eos noſtros genuit parentes, mox nos, deinde alios ac alios circulari quodam modo producet: & hic naſcendi fluuius perpetuò fluens nunquam quieſcit: quod ſcribit Eccleſiaſtes, cap.1. Quid habet amplius homo de vniuerſo labore ſuo quo laboret ſub Sole? Generatio præterit & generatio aduenit: terra autem in æternum ſtat. Oritur Sol & occidit, & ad locum ſuum reuertitur: ibique renaſcens, gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem: luſtrans vniuerſa, in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. & paulò poſt: Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurum eſt. Quid eſt quod factum eſt? ipſum quod faciendum eſt. Nihil ſub Sole, &c. Neque quia materia potentiam habeat, aliaque ex ea fieri poſſunt, ideo ſolam fatebor potentiam, ſicuti lignum quidem potentia lectus eſt, ſed lignum non eſt in ſola potentia, ſed potentia eſt in aliqua materia, & potentia aliud. Sic exiſtimo & intellexiſſe Ariſtot. dum ait, 9. metaphyſ. capit.9. materiam potentiam eſſe, quia poſſet progredi ad ſpeciem. & dum lib.11. metaphyſ. cap. 2. ait, materia inſeparabilis eſt à corporibus, ſed hæc potentia quidem eſt, actu autem non eſt. ita forſan & Galen. ſenſit, dum lib. de ſemine ſcribit, in omni particula, materiæ vim opificem ineſſe. Et ſcribit Plato in Timæo, materiam à ſua potentia, nunquam ſeparari. ponitque ita materiam & ſuam potentiam. Cumque vniuſcuiuſque rei ratio, forma ſit & ſubſtantia, fieri non poteſt quòd omnibus modis materia vacet forma: atque ita primam materiam, formam habere defendit Iohan. Grammat. lib. de Mundi æternitate contra Proclum, cap.9. Materia ſecunda eſt quæ ex alia vlterius materia formam habente, tan-



te, tanquam ex parte eſſentiali, componitur: vt aurum ſtatuæ aureæ materia, quia in illud ſtatua reſoluitur. Et quia plures materiæ ſecundæ, ſic diuerſi actus & ſubſtantiæ: variaturque figura, ſitu, ordine, mixtura, compagine, ligamine, glutine, poſitione, tempore, loco, paſſionibus, & ſimilibus, de quibus Ariſtot. 8. metaphyſ. cap. 2. huic generaliter res ex qua aliud fit, vel fieri poteſt, materiam facti vel faciendi dici poteſt, ſic materia libri papyrum, atramentum, &c. dicimus, & materiam quoque rationis in parte rationali, ſicut Ariſtot. lib 7. metaphyſ. cap.7. Erit hæc ſecunda, propinqua ſeu immediata, vel remota. Propinqua ſine medio, ex quod quid proximo gradu fit: ſanguinis materia propinqua. Galen. 3. de temperam. ſtatuæ aureæ, aurum. Remota, quæ non niſi medio alio quippiam facit, vt cibus materia carnis remota, quia poſt eam chylus & alia: materia metallorum remota, argentum viuum, & ſulphur, ſic de ſimilibus. Tradidimus etiam lib.1. Syntax. cap.6. materiam quoque in ſenſibilem vel intelligibilem diuidi: ſenſibilis, ſenſibus comprehendi poteſt, viſu, auditu, tactu, &c. Intellectualis mente, vt hypotheſes iuriſconſultorum, tractationes aliæ. Porrò ſi de ſpiritibus agamus, materia nulla eſt, ex qua facti ſint, vel ex qua alij aliunde fieri poſſint: non enim Angelus ex materia angelica factus, nec anima ex anima: & ea ratione immateriales ſunt: ſic etiam Porphyr. lib. de occaſionibus, cap.15. ἡ ψυχὴ οὐσία ἀμεγέθης ἄυλος, ἄφθαρτος; ἐν ζωῇ παρ' ἑαυτῆς ἔχουσα τὸ ζῆν καὶ κεκτημένη τὸ εἶναι, id eſt, anima eſſentia inextenſa, immaterialis, incorruptibilis: in vita, habens à ſeipſa viuere: atque eſſe ſimiliter poſſidens, nec eſſe animas compoſitas ex materia ſpiritali vel corporali, docet D. Auguſt. 7. ſuper Geneſ. D. Thomas 2. contra Gentiles, cap.49. de Angelis, idem D. Ioan. Damaſcen. 2. de Orthodoxa fide, cap.3. vbi tamen non ratione compoſitionis, ſed ratione ſimplicitatis Dei, Angelos, eius comparatione, & materiales, hoc eſt craſſos eſſe, & videri tradit. Sunt enim ſpirituales ſubſtantiæ ſine mole corporea, quia creati ſine præiacente materia à Deo: illudque etiam defendit Beſſario Cardin. 3. contra calumniat. Plato cap.22. Et Ariſtot. 11. metaphyſ. probat ſtatui poſſe ſubſtantiam inſenſibilem, in qua nulla materia vel potentia præcedens: & Auerroes ſuper 12. metaphyſ. commentario 31. & 39. vnde apparet Platonicos ſummo cum errore tribuiſſe corpora cœleſtibus ſpiritibus: ſicuti & Pſellus lib. de Dæmonibus ſpiritus immun-

dos gladio pati & affici dixit. quod forſan verum eſſe, non ex propria eorum ſubſtantia, ſed ob contractam immunditiam participatione rerum terreſtrium, poſt lapſum à Cœlo. Sicuti anima ex dolore corporis quo circunducitur, afficitur: vel ſi concedamus propter patiendi pœnam illis ob proprium ſcelus impoſitam contingere, quod verius erit dicere, alioquin enim incorporei ſunt & illi ſpiritus: vt docet Bicardus, lib. 4. de Trinit. cap. 25. Qui voluerit alia præclara multa de materia ſcire, videat Plotinum, lib. de materia, qui eſt 4. Ennead. 2.

## *De Forma.* CAP. VII.

ALiud principium naturale forma quæ patet, vt mater materia rerum: cum ex compoſitione horum, vt matris & patris proles, & res determinata ſit. Per formã materia inſenſibilis, vt luce adueniente, res ſenſu vel intellectu diſtinguitur ab vniuerſali confuſione. Forma quippe omnis, materiæ eſt demonſtratiua: ſic Græci forma dicta μορφὴ ſpecies vel facies rerum, aut ὄψις vis conſpiciendi, quia per illam res ſenſibus aut oculis mentis ſubijcitur. Item θέαμα, id eſt, res viſa. Et Hebræis thoar, idem quod figuratio & ſpecies, vel adiectio diſtinguens dicunt & pro eodem צורת & התכונה tzorah & hathecονah, quaſi diſpoſitionem vel facturam vel ſtabilitum dixeris. Erit itaque forma, rerum vel materiæ diſtinctio: ſic forma vnum, id eſt, vnam ſpeciem determinans, apud Ariſtot. lib. 3. metaphyſic. cap. 4. & phyſic. cap. 5. Cicero in oratore formam proprium cuiuſq; vocat χαρακτῆρα. Diximus in 1. Syntax. cap. 6. formam eſſe & ſubſtantialem ſeu eſſentialem, & accidentalem, ſpiritalem, & corporalem, naturalem, artificialem. Eſſentialis dat eſſentiam rei, & ab alijs diſtinguit res: quæ non abeſt ſine illius formati interitu, vtpote conſtans ex tota rei compoſitione, etſi Alexan. Aphrodiſæus diuerſum ſentiat, à cuius tamen ſententia lubens diſcedo cum Ioan. Fernelio, lib. 1. de abditis rerum cauſis, cap. 3. & 4. illa autem procedit ex quadam lege præſcripta rerum ſpeciebus à Deo, quæ cum certo temperamento ſapientiæ Dei ſolius tantum cognito perficit, ſicuti in artificialibus, certa forma rebus deſignata, ſi non accidat, res imperfectas facit: ſi deſtruatur, reddit extinctas. Sicuti latè explicamus in iuris epitome, ideò dare rei eſſentiam formam ſubſtantialem traditum eſt, & formam potius quàm materiam inſpiciendam, vt ait Ariſtot. 1. de generat. animal. cap. fin. Accidentalis





talis forma aliundè quàm ex eſſentia accidit, mutabilis ſine interitu rei, aliquibus forma dicta ſuperueniens. Spiritualis forma, eſſentia immateriata dicitur, ideo inuariabilis: quia variatio formæ, oritur in his quæ materiam habent ex appetitibus imperfectis & vagis materiæ ad formam, vnde tot mutationes. Corporalis ſecundùm diuerſitatem corporum, conſiſtunt enim materia & forma, teſte Galen. lib. corpor. temperatur. ſequi animi mores. In homine forma corporis propria, ſed inquantum homo conſtat ex anima & corpore, vnde forma tertia hominis rationalis, non quòd anima ſit forma corporis hominis, vt ſit pars ſimilis corpori & corruptibilis, ſed quod ex his duobus ſubſtantijs iunctis, oriatur forma totius compoſiti hominis ſcilicet. Neque enim omnis forma componitur ex quatuor elementis, vt falsò ratus Galen. lib. 2. comment. in aphoriſ. Hippoc. cap. 34. dum reprehendit Ariſtotelem in hoc. Eſt autem corporalis etiam diuerſa pro modo corporum, vt alia cœleſtis elementaris, &c.

## *De Priuatione.* CAP. VIII.

ARiſtot. 1. Phyſic. cap. 9. priuationem dicit quoque principium per accidens, verum nunquam mihi placuit eius ſententia, tum quod ipſemet Ariſtot. 2. Phyſic. cap. 1. formam quoque dici priuationem & naturam velit, vt non fuerit neceſſarium addidiſſe priuationem ſeparatim principijs. Eritque potius vel finis prioris formæ, vel medium ad ſequentem 2. principium arguit eſſentiam eius quod fit, vt ita incipiat: priuatio autem nõ habet eſſentiam, nam nec eſt, quod ſublatum eſt, non medium ſubſiſtens: & cùm priuationem per ſe eſſe ſubſiſtentiam faſſus ſit Ariſtot. 1. Phyſic. cap. 9. non erit ita principium neque per accidens quoque: nam priuatio ſi adeſſe dicatur, non aderit ſine ſubiecti corruptione, nec aberit, vnde nec per accidens principium alicuius ſubſtantiæ. Dehinc tertiæ ſi principium priuatio ſit per accidens, dabit cauſam principio & ita ipſa priuatio principium non erit, ſed erit illa cauſa per priuationem, vt principium. vel ſi cauſa & illa priuatio principia duo ſint, erunt plura, quàm tria principia, materia, inquam, forma, priuatio, & cauſa principij. Et rurſus aliud principium ex cauſa ortum. cùm tamen ille tria admittat. Neq; quartò, priuatio dicitur reſpectu principiati, ſed præteriti. vnde potius finis dici mereretur, quàm principium. Atque Ariſtot. in

poëtica, principium potiſſimum primum dicit, quòd neceſſariò poſt aliud non eſt, aliter autem finem vel medium illud potius, quod non competit priuationi, quæ terminus, finis, & neceſſariò poſt aliud eſt, vnde principium non mihi videtur.

## *De Cauſis.* CAP. IX.

CAuſa eſt, à qua dependet effectus, prior tamen effectu & diſtincta eſſentialiter ab eodem, ſine cauſa cùm nihil ſit, vt ait Iob 5. cap. & naturales res cauſas habere non dubium erit. Porrò cauſæ naturales per ſe, cauſæ quatuor ſunt: materialis, formalis, efficiens, finalis. Sic materia & forma principia & cauſæ ſunt, forma cogit materiam ſubiectam, efficiens formam, finis efficientem, & talia ſunt συμπλέγματα ſeu colligationes cauſarum, vt ita poſſint cauſæ ſibi inuicem cauſæ eſſe. Cauſæ & vniuerſales & particulares: vniuerſales, vt Deus, Sol, &c. in generatione hominis: particulares, pater, mater, &c. ijs accidere cauſæ aliæ poſſunt, dictæ per accidens, caſus, fortuna, occaſio, quę non producunt cauſas determinatas, de quibus omnib. diximus, vt & de harum cauſarum ſubdiuiſionib. in 3. lib. Syntax. cap. 5. & latius Deo fauente in commentarijs in eam partem paratis, & deſine adhuc in cap. 7. eius lib. 3.

## *De Motu.* CAP. X.

QVidam motum negarunt, quod quomodo fieret ignorarent, vt ait Galen. lib. an ſanguis in arter. contineat, tom. 1. & lib. 2. de ſemine, c. 4. tomo 1. Alij omnia moueri exiſtimaſſe ſæpe teſtatur Plat. Ariſtot. autem lib. 7. Phyſic. c. 3. ait eorum quæ ſunt, alia ſemper eſſe immobilia, alia moueri ſemper, alia moueri & quieſcere poſſe, idem Metaphyſ. lib. 4. cap. fin. Quod & verius videtur, ſed quia diximus naturam eſſe principium motus & quietis, de motu agamus. Status quippè & ſpecies in rebus æternis, motus in temporalibus, Plotin. teſte, lib. 3. Ennead. 6. cap. fin. motus interdum pro actione immanente, quæ eſt in ipſo agente, vt in ſubiecto: quales ſunt actiones potentiarum, vt intelligere quod eſt intellectu, velle, appetere, & ſentire, &c. quæ motus ſpecies, non ad phyſici ſpeculationem, ſed ad metaphyſicam, & ad tractatum pertinent de anima. Talis enim motus etiam eſt in Deo, qui & intelligit. Interdum motus pro actione tranſeunte cauſata ab agente, quæ recipitur in patiente: vt calefactio, ab igne recepta in qua & hic modus proprię



prię communis ad mutationem, quæ eſt generatio & corruptio, eſtq́ue actus mobilis exiſtentis in potentia, ad vltimum terminum, prout poteſt aſſequi, acquirendum per motum. Plato in Theæt. duas motus ſpecies conſtituit, alterationem videlicet motumq́; localem: alterationem dicit, vt cùm quid eodem in loco permanens ſeneſcit, vel nigrum ex albo, vel ex molli durũ efficitur, aut alia quadam alteratione mutatur: Motum autem localem, quando quid locũ ex loco mutat, vel in eodem vertitur. Idem ferè Galen. lib. 9. de Decret. Hippoc. & Plato in principio, & lationem & alterationem eſſe duos motus ſimplices: auctionem & diminutionem, compoſitos. Tradit deinceps lib. 10. de Legib. Plato decem ſpecies motus eſſe, motumq́; tradit in circuitum, localem tranſitum, condenſationem, rarefactionem, augmentum, decrementum, generationem, corruptionẽ, mutationem ab alio in alium, mutationem ex ſe, tum in ſe, tum in alio factam. Galenus in Iſagog. & definit. medic. ad ſex ſpecies contrahit, & lib. 4. de Different. pulſ. dum agit de brachij definitione, tom. 4. operum. Localis motus Democrito, tantùm in obliquum, Epicuro per lineam & inflexum. Demebat ab illis quietem Heraclitus, vt mortuis tantùm conuenientem, & dabat æternum motum, æternis: interiturum interituris, teſte Plutarch. lib. 1. de Plac. Phil. c. 23. Gal. lib. 1. Meth. med. cap. 6. motum eſſe in ſumma prioris habitus mutationem, eumq́ue vel actiuum vel paſſiuum, Plotin. lib. de Generib. ent. lib. 3. Ennead. 6. cap. 24. differre motus locales ait oppoſitione graduum, vt aſcenſum & deſcenſum diſceſſum à reditu, vel per figuram progreſſionis, vt rectus à circulari differt, cui & differentia adijcitur velocitatis & tarditatis, aliæq́ue, quę tot adhiberi poſſunt, quot ſunt principia in claſſe tranſcendentium noſtrorum, & eam ſequentibus. Suntq́ue alij motus ſpontanei naturæ, vt in elementis ad ſuas ſedes & propria redeuntibus: alij voluntarij, in animalibus: alij contrà inuoluntarij coacti, de quibus Ariſtoteles lib. 4. Phyſic. cap. 8. & lib. 8. cap. 4. Sic quidam motus per ſe, quidam per accidens, Ariſtoteles 11. Metaph. cap. 10. alij itaque ab alio concitari, veluti à diuina cauſa cœleſti, humana aliáve externa: per ſe autem circularis ponitur, & continuus & perpetuus, apud Ariſtotelem lib. 8. Phyſic. cap. 1. 2. 3. etſi huic primi mouentis Dei inſit. Suum & externum motum dixit ex Platone, & Cicero 2. de Natur. deor. quanquam Ariſtoteles ratus ſit nihil moueri per ſe, quin ab alio moueatur, contra

ſectam Platonicam, niſi dicamus, aut vi aut natura moueri, & à cauſa quæ intra res latet, vt agitat Macrobius libro 2. in Somn. Scip. cap. 14. videndus Ariſtoteles lib. 3. de Cœlo, cap. 2. Et primò mouētur per ſe primordia rerum, inde ea quæ paruo ſunt corpora conciliatu, Lucretio de Rer. natur. In omni motu in ſumma conſiderandum, qd mouet, quod mouetur, tempus ſub quo mouetur, locus in quo, ex quo, & ad quem mouetur, & motui omni communem eſſe mutationem: quanquam non omnis mutatio motus ſit.

## *De Quiete.* CAP. XI.

QVies motui opponitur, eſtque eorum quæ moueri cùm poſſint, non tamen moueri contingat. Plotin. lib. 3. Ennead. 6. cap. fin. quietem in rebus temporalibus priuationē dicit quandam alicuius motus, vel motionem quandam valdè tardam. At quemadmodum motus bonum tam in corpore, quàm in anima, ſic contrarium otium & quies putrefacit, vt ait Plato in Theæteto. Quies tamen vt motus, vel ſecundùm naturam, vel vi fieri, eſſeq; dicitur à Platone 3. de Cœlo, cap. 2. Ariſtot. quoque Phyſ. lib. 5. cap. 6. Abſolutè, inquit, motus motui contrarius eſt, opponitur autem & quies: priuatio enim eſt. Idem 8. Phyſ. cap. 1. Eritq; contrariorū eadem intelligendi diſciplina ex negatione motus, iuxta contrariorū leges, vt ait Ariſtoteles in Prædicam. cap. 4.

## *De Finito & infinito.* CAP. XII.

INfinitum, quatuor modis: pro eo quod non poteſt terminari, quia nō eſt quantum: ſic punctum, vnitas, ens, incorporeum, ſubſtantiæ ſeparatæ, Deus, dicuntur infinita. 2. Infinitum, quod licet poſſit terminari, tamen difficulter terminetur. 3. Infinitum, quod nō poteſt pertranſiri propter impedimentum, vt profundum maris, & centrum terræ. 4. Infinitum, pro aliquo quanto continuo, vel diſcreto, quod eſt natum habere principium & finem, & non habet: vt linea interminata, & ſuperficies, & numerus interminatus: & de hoc tantùm infinito loquitur Ariſtoteles 3. Phyſic. cap. 6. potiſſimùm ſecundùm Iauellum in Epitome illius, tract. de Infinito, cap. 1. quod infinitum interdum ſecundùm quid dicitur. Infinitum verè id, in quo extremum non contingit eſſe partem: quod non habet aliquid extra, dixit Ariſtoteles 3. Phyſic. cap. 6. & 1. de Generat. animal. cap. 1. Infinitum, inquit, na

tura



tura vitare ſolet, quia ſemper finem quærit, infinitum autem fine caret. Porrò infinitum duplex, ſecundùm perfectionem, & ſecundùm quantitatem: perfectione infinitum id, quod continet omnes perfectiones in ſe, quæ ſunt, fuerunt, eſſéve poſſunt: eo modo, Deus infinitum: & hoc modo datur infinitum in 12. Metaphyſ. Secundùm quantitatem, infinitum duplex: in actu & in potentia: actu, quando non eſt pars extrema: potentia, in eo quod finitum quidem actu, ſed poteſt ex eo potentia procedi in infinitum, vel ſecundùm diuiſionem, vel per partium adiectionem. Nec datur tamen infinitū ſecundùm quantitatem actu, Ariſtoteles lib. 11. Metaphyſic. cap. 9. & lib. 3. Phyſic. cap. 8. Nec in ſphæra, globo, vel rotundo: quia & rotundum centrum habet & incuruum, vel repetitum, vt annulus in menſura repetit iterum partes, ſi quis veniat ad eas ſemel à quibus cœperit. Potentia tamen, continuum erit diuiſione infinitum, & per appoſitionem numerus habebit infinitum, vt ait Ariſtoteles libro 3. Phyſicorum, capite 6. Sic forſan potentiam, indefinitam materiam dixerit quis, cum Plotino libro de Materia 4. Enneadis 2. capite 15. vocat enim eam & infinitudinem, ſi ita loqui par ſit, vt & Plato in Philebo, quam dixit natam cum termino, id eſt, forma à bono, eaque mixta res genuiſſe. Qui voluerit controuerſias antiquorum de infinito cognoſcere, vtque Plato duo infinita poſuit, ſcilicet in Philebo, magnum & paruum, alij plura, videat Ariſtotelem lib. Phyſic. 3. cap. 4.

## *De Loco.* CAP. XIII.

DE loco multa diximus lib. 5. Syntax. cap. 6. & in commentarijs latiùs interpretabimur, quamobrem non vtemur longiori de eo ſermone.

## *De Vacuo, ſeu inani.* CAP. XIIII.

VAcuum dicunt ſuperficiem, vel ſpatium non repletum corpore locato, tamen aptum repleri. Vacuum eſſe & inane in rerum natura, pluribus adſtruit rationibus lib. 1. de Rerum natur. Lucretius, idemque ſenſiſſe Pythagoricos, Platonicos, Xenocraticos tradit Ariſtoteles libro de Inſecabilibus lineis, in principio, quo entia diſcernerentur: traditq; opiniones de vacuo libro 4. Phyſic. cap. 7. & 8. contrà Ariſtoteles in 4. tradit non dari vacuum in natura, quod ſit ſpatium diſtinctum à re locata, coniunctum autem cum re vbi motus concedit eſſe,

Minus conceditur, vacuum in ipſis corporibus, vt in lana, ſpongia, cinere, & ſimilibus: nam ibi aër replet, qui dum aliud ſuperuenit, cedit, & ſic de ſimilibus. Plutarchus libro 1. de Placit. Philoſoph. cap. 18. cùm opiniones de vacuo recenſet, ſcribit Ariſtotelem dixiſſe, extra mundum vacuum eſſe, vt mundus reſpirare poſſet: quod certè ridiculum eſt. Mundus quippe cùm corporalis, & eius eſſe quoque tales reſpirationes neceſſarium eſſet: vnde oporteret alium extra eſſe mundum, vel locum corporalem, quo corpus reciperetur: vel oporteret fateri abſurdum extra mundum quippiam eſſe, quod falſum eſt. Exſtimoque non egere reſpiratione mundum, cùm motui ſiūt, ſed dum mouetur aër, & tranſit res ab vno in alium locum, mutatur quoque aër, & aliud corpus ſuccedit, ita vt alius locus non deſideretur, quàm qui erat, & res mutuo ſine vacuo ſuccedant. Probabile tamen duco, poſſe vacuum dici quippiam nō abſolutè, ſed ſecundùm quid, vt vacuum à vino, oleo, aqua, & ſimilibus: ſic Geneſis 1. In principio creauit Deus cœlum & terram: terra autem erat inanis & vacua, ſcilicet ab ornatu, ab hominibus nondum habitata: quod & apertiùs paraphraſis ibi docet Hieroſolymitana, dum ait, מוכניא נשא ורקניא מכל בעיר יצרן id eſt, & vacua erat & hominibus & iumentis.

### *De Tempore.* CAP. XV.

DE hoc diximus, quando egimus de prædicamento quando lib. 5. Syntax. cap. 8. & latiùs in Commentarijs in accidentia, quæ proximè, ſi Deus voluerit, citò euulganda.

De elementis, generatione, corruptione, meteoris, in ſequentibus gradibus ſubſtantiæ, & in ſequentibus libris Deo fauente dicetur.

SYNTA.



# ΣΥΝΤΑΧΕΩΝ ARTIS MIRABILIS LIBER XII.

## In quo agitur de Muſica.

### *De Mathematicis diſciplinis in genere.* CAP. I.

CVM corpora naturalia ſuperficiem habeant, & ſolida, longitudines & puncta: in corpore cum Phyſico mathematica conſentit. Differt tamē conſideratione & alijs, quę tradit Ariſt. lib. 2. Phyſ. ca. 2. Eligit quippe ex corpore vniuerſo certam partem pertractandam, atque verſatur circa lineas, angulos, numeros, aut aliquid cæterorū quantorum. Ariſt. 11. Metaph. c. 3. Gell. lib. 1. c. 9. Geometriam, Gnomicam, Muſicam, alias item diſciplinas altiores, veteres Græcos μαθήματα appellaſſe tradit, indeque Mathematicos: vulgus autem quos gentilitio nomine Chaldæos, dicere oportet, Mathematicos dixiſſe. Mathematicę ſcientiæ quatuor præcipuæ ſunt ex conſenſu omnium, Aſtrologia, Muſica, Geometria, & Arithmetica, de quibus aliqua dicemus: iſtæ quippe ſpeculatiuæ ſunt diſciplinæ, ſicut Phyſica, teſte Ariſtot. lib. 6. Metaph. cap. 1. & lib. 11. cap. 6. & neceſſariæ ad rerum naturalium & aliarū cognitionem, vt ait Plato in Epinomide. Omittimus illas autem cognitiones, quæ vana iactitant, & abſque fundamento, prohibitas, qualis Cheiromantia, Pyromantia, & ſimiles, à verbo potiùs ματαίω dictæ, id eſt, vana iacto, & quarum authores & aſſertores olim vrbe Roma pulſi fuerunt, teſte Cornel. Tacito lib. 2. Annal.

### *De Aſtrologia.* CAP. II.

De hac diximus in libro de Cœlo.

## DE MVSICA.

### *Quid Muſica.* CAP. III.

MVſicam veteres inter diſciplinas collocauerunt, eò quòd natura quærit non ſolùm in negotio rectè, verùm etiam in otio laudabiliter poſſe viuere. Ariſtoteles libro 8. Polyt. cap. 3. Variæ autem ſunt nomi-

nis

nis muſices notationes: alijs ἀπὸ τῦ μῶσθαι, indagando, alijs à μέλω & dulcedine cantus, alijs aliter, vt notat Budæ. in commentar. ad ling. græ. Cælius Rhodig. lib. 11. cap. 10. Nobis placet vt dicamus muſicam eſſe ſonorum acutorum, grauium, & ex his miſtorum conuentionem, aptam proportionem, & commixtionem. Nam, vt ait Plutarch. in vita Homeri, ἐν αὐτῇ μουσικῇ φθόγγων, ὁ μὲν ἐστι βαρὺς, ὁ δὲ ὀξὺς, id eſt, in ipſa muſica, tonus alius acutus, alius grauis. grauis in voce, ex intimo ſpiritus trahitur: acutus ex ſuperficie oris emittitur, vt ait Martianus Capella lib. 9. Ex temperamento ſonorum & ictuum diuerſo, oritur ſymphonia & harmonia, quæ eſt κεκερασμένη ἐκ διαφόρων ἀρχῶν, temperata ex diuerſis principijs.

## *De Sono, ſubiecto Muſices.*

## CAP. IV.

OBiectum auditus eſſe ſonum, dicit Galenus, eumq́; aeris repercuſſionem li. 8. de vſu par. c. 6. & Ariſtot. 2. de animal. c. 8. & Plutarch. in principio de muſica, rurſum Ariſt. problem. ſectio. 11. q. 1. vocē audiēdi primordium ait, & ab eodē initio oriri, & ita cōmeare. Sonū habent apud Ariſtot. 2. animal. c. 8. alia actu, aut potentia, vel nullo modo quædā. namq; illi videntur nullū habere ſonū, vt lana, ſpongia & ſimilia, quæ exiſtimo tamē habere, ſed non ab auditu ſemper diſcerni. Quædā ſonū habent, vt æs & alia ſolida, actu, dum ſonāt: potentia, dum quieſcunt. Sonus fit actu alicuius ſemper in aliquo & ad aliquid, mediante ictu qui ſonū efficit ipſum. Duo corpora requiruntur itaq; ſaltē in ſono edendo; nec ſolū ſonum facit. Sonus porrò redditur ob aerē reſiſtentem & percuſſum, qui reſilit & cedit corpori, & ſi citius impellatur, acutius ſonat; quia citò nequit aer cedere, ſed propellitur: inde Echo, id eſt, ſonitus, qui poſt concuſſionē ſubſultat, & in pilæ vel ſphærulæ modū reſilit. Cùm enim aer impellitur contra locum præruptum vel concauum, qui illum diſſolui prohibuit, reſultat & alio retorquetur, & refrangitur, vt ait Ariſt. 2. de animal. c. 8. Themiſtius lib. 2. de anima c. 27. & Plinius lib. 2. cap. 4. 6. Columel. lib. 8. de re ruſti. cap. 5. De fabula Echo Ouidius 3. Metam. & Macrob. lib. 1. Saturnal. c. 3. Atq; ideo vibrationes ſphærularum & ſagittarum aerem impellentes, ſtrident, & illum violenter ſcindunt: & tunc aer, vt ait Themiſtius, duorum vice fungitur, & corporis quod percutitur, & vice medij, in quo percuſſio agitur. Nec tamen me latet, quanta fuerit controuerſia



trouerſia inter Ariſtotelem, Pythagorā, & Platonem, qui incorpoream Echo putarunt, nō enim dicunt eſſe aerem, ſed figuram aeri inhærentē: Et inter Stoicos, qui vocem corporeā eſſe contendūt, eò quòd agat & quòd repercutiatur, auribuſq́; ſentiatur, vt ait Plutar. lib. 4. de plac. philo. c. 20. & Gellius lib. 5. noct. attica. c. 15. ego namq; Stoicis ſubſcribo, & Lucret. qui ait.

*Tangere nec tangi, niſi corpus, nulla poteſt res.*

Item, quòd ſpiritus voce emiſſus, & in aquam reſoluitur, vt ſi ſpeculo recipiatur vox, dehinc & emiſſus ſæpe hyeme condenſatur. Plures & alias rationes adfert Lucretius lib. 4. de rer. natu. ibi,

*Haud igitur dubium eſt, quin voces, verbaq́; conſtent*
*Corporeis è principijs, vt lædere poßint, &c.*

Veruntamen non ideo credendū eſt fabulæ, quam refert lib. 2. Balthaſaris dictus, del cortegiano, qua narrat in finibus Moſcouiæ & Sarmatarū ſeu Poloniæ, mercatores ſub tempus hyemis, ad flumen Boriſthenem ex vtraq; ripa conueniſſe, collocutoſq́;, neq; mutuò ſe intellexiſſe, quòd cōgelata verba ob frigoris rigorem fuiſſent, vt nec in fluminis ripas perueniſſent gelu intercepta: poſteà autem cùm glacies ſolueretur, verborum ſonitum auditum fuiſſe pro modulo ſolutionis. Nam nos congelari quidem vocis ſpiritum dicimus, ſed dum ſoluitur murmur non edere, eò quòd non feratur aer impetu, ſed ſoluatur ſpontè. Diuiditur ſonus in acutum, & obtuſum: acutus, veluti pungit & breui tempore ſenſum mouet, & velox eſt: obtuſus tardus & longo tempore mouet, Themiſt. 2. de anima cap. 30. Ariſtot. in ſæpe citato 2. de anim. cap. 8. Accidit autem diuerſitas ex ictu, & diuerſa percuſſione aeris, Marob. 2. in ſomn. Scip. cap. 4. Plato in Timæo. Sonorum ſpecies vox & loquela: vox differt à ſonitu, quia ea tantum animalium, & eorum tantum, quæ ſanguinem habent, non autem inſectorum, etſi ex ijs quædam canere videntur, vt cicadæ, & alia. Siquidem id accidit illis vt canere membrana ſepto tranſuerſo ſubdita, ad quam ſpiritus in eo incluſus, atteritur. Nec vocem quoque habent, quæ integuntur: neq; piſces, etſi ſanguinei. Nam ſi qui ſint vt capri, & alij qui grunire videntur, id fit ex attritu branchiarum, non ore. Vox apud Vitruuium lib. 5. cap. 3. eſt ſpiritus fluens, ex aeris ictu, ſenſibilis auditui, qui mouetur circulorum rotundationibus infinitis, quales mouet iactus lapidis in aqua. Etenim vt rotationes in ſuperficie aquæ, ex ictu lapidis: ſic ex ictu vocis, rationi-

rationibus in aerem extollitur & in altitudinem vox peruenit per circuitum, quod etiam cum Vitruuio notat Seneca libro 2. natur. quæſt. cap.1. At quia non idem eſt vox & ſermo, vt ait Galenus lib.4. de loc. affect. cap.7. loquela eſt, eorum quæ ſermoni deputata ſunt, quorum lingua principatum obtinet, nec parum conferunt nares, labia, dentes, & iuuant vocis inſtrumenta, guttur, & muſculi ipſum mouentes, nerui qui à cerebro vim ipſis deferunt, de quorum anatome & ſpeculatione multa Galen. lib. de præcognitione ad Poſthumum: & de vocis affectibus & paſſionibus plura apud Ariſtot. tota ſect. 11. problemat.

### *De Muſices inuentione.* CAP. V.

MVſices inuentionem refert Ioſephus ad Tubal, nepotem Adami 1. antiquit. cap.1. Geb.5. alij ad Mercurium, vt Grego. Giraldus, de dijs gent. Syntagm. 9. in Mercur. Philoſtra. lib. de imagin. Mercuriū illum Orpheo dediſſe, hūc Amphioni. Alij Dionyſio tribuunt. Euſebius lib.2. de præpar. Euang. Quæ quiſq; in Muſica inuenerit tradit Plin. lib.7. c.36.

### *De diuiſione Muſices & de Cœleſti.* CAP. VI.

MVſicam diuidunt, in Theoricam ſeu ſpeculatiuam, & practicam. Theorica rurſum, authore Boetio, in 1. muſic. c.2. triplex: mundana, humana, inſtrumentis conſtans. Nos autem diuidimus muſicam, in naturalem & artificialem: Naturalem rurſum in cæleſtem & humanā. Artificialem poſtea ſubdiuidemus. Naturalis cœleſtis muſica, eſt quæ de harmonia totius & partiū mundi, conſiderat: Humana, quæ de proportionibus corporis & animæ, atq; harum inter ſe partium pertractat. Nam & rerum omniū motiones, & aſtrorum conuerſiones, Pythagoras, Plato, Archytas, atq; reliqui antiqui, exiſtimarunt nec fieri nec cōſiſtere poſſe ſine muſica, vt ait Plutar. in fine lib. de muſica, ideo Synopſi de Muſices ſtatim ab initio Pſellus ait, Μουσικὴν οἱ παλαιοὶ συνέχειν εἶπον, τὸ πᾶν· οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων συμμετρίας ἄτερ ἢ ἀναλογίας ἐστίν. id eſt, muſicam antiqui dixêre continere omniā: nihil enim rerum exiſtentium, ſine menſura & ratione eſt. Et Vitruuius lib. 5. architect. cap.3. ſcribit architectos, naturæ veſtigia proſequutos, & indagationibus vocis perfeciſſe theatrorum gradationes, & quæſiſſe per canonicam mathematicam

&



& muſicam rationem, vt quæcunq; vox eſſet in ſcena, clarior & ſuauior ad ſpectatorum perueniret aures, &c. Apud Athenæum lib.14. cap.13. Pythagoras Samius, tantum nominis non aliunde conſecutus in Philoſophia refertur, quàm quòd vniuerſi mundi machinam, ex muſicis rationibus eſſe demonſtraret.

### *De cœleſti Muſica.* CAP. VII.

COeleſtis eſt, quæ ex diſpoſito orbium & planetarū ordine, concordanti motu, & occurrente in ſpatio definito, fit. Sicut deſcribit Cic. in ſomnio Scipio. & Macrob. in eū lib.2. c.1. Sunt in elementis motus diuerſi, qui harmoniam in rerum natura demonſtrant, de quibus Plato in Timæo, & in eum Marſil. Ficinus, & Chalcidius. Explicat proportiones muſicales, & quomodo in motu cœleſtium & elementorum ſunt Boetius, & Angel. Politia. lib. panepiſtemon, ſed melius nuperrimè Pontus Tyarpæus in ſolitario 2. muſices.

### *De Muſica humana.* CAP. VIII.

EXiſtimarunt antiqui, ſymmetriam & proportiones hominis, reſpondere harmonię mundi maioris. proportiones illas explicauit nuperrimè inſignis iſtius ſeculi pictor proprio. lib. Albertus Durerus, Agrippa in occulta philoſophia. Verum in facultatibus & actionibus animæ, elementorum conuenientia in corpore, in virtutibus explorauit muſices harmoniam & ſyſtemata Tyardeus in præd. lib.2. muſices. Hieriphylus quoq; medicus, motus humanos & pulſus venarum, digeſſit in numeros muſicos.

### *De artificiali Muſica, eius diuiſione, & inſtrumentis muſicalibus, ſeu organis.* CAP. IX.

HAnc melodiam Plato 3. de repub. arbitratur ex tribus conſtare: oratione, harmonia, rhythmo. Sed omiſſis alijs, de artificiali harmonia agendum eſt. hanc diuidemus in theoricā & practicā: Theorica eſt quæ diuerſorū ſonorum proportionē, & toni diſparē ſiue inæqualem diuiſionem, ingenio & ratione, nō aure conſiderat, vt ait Boet. lib.5. muſices. c.1. Henricus Glareanus lib.1. Dodecachordon, c.1. hanc tractant prædicti duo authores, & Frāchinus Gaſſorus, Faber Stapul. & alij. Practica dicitur, quæ modulationem ipſam habet. hāc Plato, vt refert Diog. Laer. in 3. in eius vita, in tria genera ſecauit,

vt quæ-

vt quædam voce ſola conſtet, vt cantus: alia voce & manu, vt quando cum organo vox coniungitur: alia manu tantum, vt dum organū ſilente voce percutitur. Sed melius in inſtrumentalē, & vocalem diuidimus. Inſtrumentalis quæ concentum perficit, aut flatu & pulſu, aut pulſu ſolo. Flatu concentus redditur, per magiſtri flatū & pulſum, organo: vt tubis, ductilibus tibijs, quarū cantilenarum nomina hæc Athen. lib. 14. Dipnoſop. c. 5. refert, gingras, tetracomus, epiphalus, choreus, callinicus, bellicu, ſuauicomus, ſicynnoturba, thyrocopicum, cuiſmus, moton. Quæ omnia, cum ſaltatione & cantilena ad tibiam canebantur. Modulatio dehinc eodem flatu & pulſu, tubis alijs, cornu, fiſtulis, lituo, auena: erat & eius ordinis tympanum Hieronymi, tuba Hieronymi, organū, fiſtula, chorus eiuſdē, quæ depingit Ottomarus Luſcingius, lib. 1. Muſurgiæ: Pulſu aūt tripliciter perficitur ſonus, vel pulſu aeris, vel pulſu neruorū, vel chordarū intenſarum, aut pulſu baculi in membrana, vt in tympano militari, & ſimilibus aeratis corporibus: per incudes, & malleos, per cāpanarum vel nolarū proportionē. per cymbala, tympana, pelues, per crotala, quæ erant circuli ærei cum multis orbiculis æreis, qui pulſati edebāt ſonū Chordis tēſis conſtant, cithara, lutus, qui teſtudo, chelis, guithara, chorus, morrha Vaſconibus trium chordarum, viola, ſeu rebechum cum plectro. Sunt autem hæc organa lyræ ſpecies ſicut pandura, & barbito: Plato 3. de rep. inter inſtrumenta polychorda numerat trigona, pactidas, & Athenæus lib. 14. c. 14. ſambucam & magadin, de quibus ibi multa & cap. 15. tripoda Pythagoriæ Zacynthij quæ pede, manu, & plectro pulſabantur, chordis tenſis auricalchi, virginale ſiue manuchordium, clauicytherium, clauichordium, ſeu ſpineta, ſiſtrum conſtant. Qui voluerit plures ſpecies inſtrumentorum muſicorū enumeratas videre, conſulat Iulium Pollucem lib. 4. onomaſt. c. 8. 9. 10. 11. & ſeq. Cœlium Rhodig. lib. 5. lectio. antiq. cap. 23. 25. 26. Ottoma. Luſciniū lib. 1. Muſurgię. Ioan. Rauiſium Textorem in officina, c. de muſica. Et de inuentione & authoribus inſtrumentorum muſices latè Polyd. Verg. lib. 1. de inuentor. rer. cap. 15.

## *De vocali Muſica & eius diuiſione.*
## Cap. X.

VOcalis muſica, quæ ſuperioribus interdum iucundius iungitur, eſt quæ voce humana exprimitur, interdū cum ſono ſimplici, ſcilicet cū ſolmiſatione, vt vocant



vocant vel alio ſono inarticulato, interdum cum ſermone ſignificante. hæcq; duplex, irregularis & regularis: irregularis eſt ex modulatione triuiali, & vulgi vocant *bon-de ville*. Regularis, quæ conſtat certis regulis, hæc duplex, chorealis, vel figuralis. Chorealis, quæ & Gregoriana dicta, ſimplex. Figuralis & menſuralis alia noua, conſtans ratione poſitionis, diuerſitate ſonorum. Alio modo tamē Martianus Capella lib. 9. diuidit artificialem muſicam in tria genera, ἰδικὸν, ὑπεργαστικὸν, ἐξαντελτικὸν ἰδικὸν propriū, quod ex ſimilibus & perſeuerantibus conſonabat, ſono, numero, verbis: Quæ ad melos vel ſonum pertinet dicitur harmonica: quæ ad numeros, Rhythmica: quæ ad verba metrica ὑπεργαστικὸν, mutationes ſubtili ingenio facit, vt continuatio videatur. cuius tres partes, μελοποιΐα, λέξις, πλοκή, de quibus vide apud Capellam. Exanteltico genus tertium eſt, ac ſi dicas effuſorium quod per aliud reſonare poteſt, tripliciter ſcilicet, vel organum, vel propriam dulcedinem, vel per reſonantiam, vt in lyris.

## *De voce ſeu phthongo in artificiali muſica, & eius ſcala.* Cap. XI.

PHthongum ſonum digerunt, vnum & eundem tenentem tenorem, Phtolo. in muſica, & eius interpres Porphyrius. Bachius porrò dixit interuallorum minimū, Ariſtides & Quintilian. minimum electum per ſe: Ariſtoxenus, caſum vocis: ſuffragatur Papus, & Emanuel Briennius, muſici. Pſellus in Synopſi muſices ait Phthongum eſſe, vocis indiuiduæ concinnam intentionem.

Phthongi vel voces, apud omnes veteres Gręcos & latinos fuerunt 15.

1 προσλαμβανομένη, id eſt, aſſumpta vox, ſonus, chorda, practicis inferius ——— *A re*

2 ὑπάτη ὑπατῶν, id eſt, proxima principalium ——— *B mi*

3 παρυπάτη ὑπατῶν, id eſt, proxima principali principalium ——— *C fa vt*

4 λιχανὸς ὑπατῶν, index principalium, ——— *D ſol re*

5 ὑπάτη μεσῶν, principalis vel grauior inferior mediarū, vel νήτη ὑπατῶν, id eſt, grauium altior ——— *E la mi*

6 παρυπάτη μεσῶν, proximior principali mediarū — *F fa vt*

7 λιχανὸς μεσῶν, index mediarum ——— *G ſol re vt*

8 μέση, media,
νήτη μεσῶν, mediarum altior ——— *A la mi re*

9 παραμέση, id eſt, proxima mediæ ——— *B fa b mi*

10 τρίτη διεζευγμένων, tertia diſiunctarum ——— C ſol fa vt

11 παρανήτη διεζευγμένων, proxima altiori diſiunctarum ——— D la ſol re

12 νήτη διεζευγμένων, altior diſiunctarum ——— E la mi

13 τρίτη ὑπερβολαίων, tertia excellentiorum vel altiorum ——— F fa vt

14 παρανήτη ὑπερβολαίων, proximior altiori altiorum *G ſol re*

15 νήτη ὑπερβολαίων, altior excellentiorũ *A la mi re.* le haut

Iſtæ literis ſeptem notantur voces a.b.c.d.e.f.g. quibus adiecit Boetius alias ſeptem a.b.c.d.e.f.g. ſic fuerunt 14. poſteà Guido Aretinus adiecit alias, vſq; ad viginti: infra proslambanomenon a re, adiecit, c vt, in fine autem poſt neten hyperbolæon, adiecit bb. fa mi. cc ſol fa, dd la ſol, ee la. Gulielmus du Fay addidit ſub c vt, adhuc f fa vt, graue, quorum omnium hæc figura.

*Signa clauium & l.*

5 *Excellentes in acuto ſono*
- c c ——— *la*
- d d ——— *la ſol*
- c c ——— *ſol fa*
- b b ——— *fa mi*
- a a ——— *la mi re*

7 *Minutæ diuiſæ, in acutas & superacutas*
- g ——— *ſol re vt*
- f ——— *fa vt*
- e ——— *la mi*
- d ——— *la ſol re*
- c ——— *ſol fa vt*
- b ——— *fa mi*
- a ——— *la mi re*

*Capitales*

*Finales* 4
- g ——— *ſol re vt*
- f ——— *fa vt*
- e ——— *la mi*
- d ——— *la ſol re*

*Reliquæ graues*
- c ——— *ſol fa vt*
- b ——— *fa b mi*
- a ——— *la mi re*
- g ——— *ſol re vt* ——— Γ=Γ — *rarò*
- f ——— *fa* ——— *vtuntur.*



In hac figura, voces inferiores grauiores, ex quibus aſcenditur ad ſuperiores vſque, gradatione ſonorum perfecto-



perfectorum & imperfectorum, per quinque tetrachorda, id eſt, continuationem quatuor chordarum quæ faciunt diateſſaron, ſcilicet, hypateon meſon, ſynemmenôn, diezeugmenon, hyperbolicon vel acutarum. Ex quibus modulationum oriuntur tres compoſitiones, harmonica, chromatica, diatonica, vt ait Vitruuius libro 5. cap. 4. Harmonica diuerſas habebat tetrachordorum diſpoſitiones, nempe interualla, dieſes binas & tonos. Porrò Dieſis, eſt toni pars quarta, vt hemitonium dimidia pars. Chromatica ſeu dicas colorata, habebat hemitoniũ in ordine compoſita: primo hemitonium, dehinc tres quartas toni, tonum & quartam toni partem. Diatonica, eſt quæ ſemitono minore, tono ac tono incedit: hicq; modus conſeruatus, alij ex vſu deſierunt.

## *De vocum expreſsione, figura, tactu, pauſa cunctis.* CAP. XII.

VOces quibus exprimerent muſici ſonos ſuos confictæ, hæ ſunt 6. vt re, mi, fa, ſol, la. quas Guido Aret. inueniſſe fertur. Quarum aliæ dulces, vt fa: duræ, la mi: mediocres, vel naturales, ſol re. Ex vocibus fit ſyſtema & diaſtema apud Pſellum. Syſtema, compoſitio conſtructioq; plurium vocum: Diaſtema, interuallum inter ſonos oblatos; quod augetur pro arbitrio aſcendendo & deſcendendo. Interualla vocum inter ſe modos dixerunt muſici: ſex autem ponunt, aliosq; ex illis deinceps componunt. Modus eſt quantitas temporis, quo ſuſtinetur ſonus, cui opponitur ſilentium ſeu quies, ſeu pauſa, menſurant hæc tactu muſici, quem menſuram vocant. Diſponam figuram notarum muſices, nomina, tactus ſeu valorem eius & quietẽ ſeu ſilentiũ ſeu pauſas vno ſchemate.

| nomina notæ cum notarum figura | menſura ſeu tactus | pauſæ vel quies. |
|---|---|---|
| *Maxima* | *producit vocem per 8. tactus, in quiete reſpondent, notæ* | |
| *Longa* | *ſuſtinetur vox per 4. tactus: reſpondet quies* | |
| *Breuis* | *ſuſtinetur vox per 2. tactus: quies reſpondet* | |
| *Semibreuis* | *valet 1. tactum in quiete, tres pauſæ.* | |
| *Minima* | *ſuſtinet medium tactum: in quiete duæ faciunt tactum.* | |





*Frequentata potiſſimum in inſtrumẽtis muſicis.*

| | | |
|---|---|---|
| *Semiminina* | ◆ | *4. faciunt tactum: in quiete valet.* |
| *Fuſa* | ◆ | *8. faciunt tactum in quiete* |
| *Semifuſa* | ◆ | *16. faciunt tactum in quiete.* |



Punctus quoq; additus ſingulis, addit mediam partem temporis ſupra proprium, vt ◆. valet ◇ & ♩ ſic & valet ♩ & ♩. valet ♩ & ♩. Sic de ſimilibus hæc quæ de tactu ſimplici dicta ſunt, quam vocant tempus imperfectum, in quo ♩ ♩ faciunt tactum: non de tactu perfecto qui perfici triplici ♩ ♩ ♩: Dicitur tripla etiam, ſignaturq; ita Є3.

## *De vniſono & tonis.* CAP. XIII.

VNiſonum, & ſolum ſonum & cõcordantiam ſignat, ex primis vniſonis, componitur modulatio: At vniſonus vt cõcordantia eſt, duorum in aliquo vocum vt, vt, re, re: Tonus quatuor modis dicitur, coniunctio, diſcordantia, intonatio, tropus, vt ait Ioan. Tinctoris in definitionibus terminorum muſices. Tonus inter omnes voces ſequentes fit, excepta diſtantia mi & fa, alioquin tonus, eſt ex diſtantia inter duas voces. Ex hoc componitur ditonus, duorum tonorum ſpatium, inter tres notas, vt inter vt & mi, fa & la. hemiditonus, cum interponitur hemitonium ditono: veluti à voce re, vſq; ad ſol. huicque tritonus, qui tres perfectos ſonos complectitur, vt mi re vt. Διὰ τεσσάρων vocant quartam quæ conſtat quatuor vocibus & tribus interuallis, veluti, re ſol mi la, mi mi fa fa. Διὰ πέντε quintam vocant, habentem quinq; voces: quatuor interualla ritibus tonis & hemitonio conſtantem. Διὰ πασῶν, id eſt, per omnes literas, ab vno g. vſq; ad aliud g. ſol re vt: ab vno c ſol fa vt, vſq; ad aliud c. ſol fa vt, dicitur octaua, ex his componuntur, diſdiapente, & diſdiapaſon.

## *De concordantia & diſcordantia.* CAP. XIV.

COncordantia ſeu concinnitas, eſt acutorum grauiumq; ſonorum accommoda mixtura. Concordãtiæ ſunt 12. vniſona, 3. 5. 8. 10. 12. 13. 15. 17. 19. 20. Diſcordantia eſt inconcinnitas ſonorum, quæ aures offendit, diſcordantiæ 9. ſunt: 2. 4. 7. 9. 11. 14. 16. 18. 21.

*Exempla*



*Exempla concordantiarum: reliqua cacophoniam edunt.*




## *Quædam axiomata componendarum modulationum.* CAP. XV.

NVnquam duæ perfectæ concordantiæ vnius generis ſeſe conſequi debent, vt duæ octauæ, duæ quintæ, alterius tamen generis poſſunt, vt quinta octauam, & contra: concordantiæ tamẽ imperfectæ, eiuſdem generis, ſeu aſcendendo ſeu deſcendendo ſeſe conſequi poſſunt: quantum tamen fieri poterit, oportet vitare connexionem ſextarum: reddunt enim cantum inſuauiorem & aſperũ, niſi illam octaua ſequatur ſtatim cum qua iungi debet, vel cum tertia, vel cum quinta.

2. Omnes concordantiæ vltimæ, debent conuenire in concordantia perfecta.

3. Si quis velit minimas albas, contra ſemibreues notas, concordantijs inſerere, omnes minimæ debent eſſe concordantes contra ſemibreues: & ſi diuidantur minimæ in quatuor nigras contra ſemibreues albas, prima & tertia nigra, debent quadrare cum minima, aliæ terantur.

4. Oblata compoſitione modulanda, cuius eligendus ſit cuique ex quatuor vel ex pluribus partibus vox & tonos. debemus ante omnia grauiorem vel inferiorem notam baſeos vel baſſûs perpendere, num eatenus poſſimus vocem demittere, dehinc altiorem vocem, ſuperioris partis quam altum vocant, metiri oportet, num eatenus vocem efferre poſſimus, quibus ita finibus præſcriptis, inter hos, voces aliæ facilioris delectus, & ita probè omnes voces reddere audibiles & plenas, ſine vocis contentione poterimus.

## *De Tonis tropicis.* CAP. XVI.

PORrò fines cantandi & elationis vel depreſſionis vocis, ſunt per diapaſon in octoduplici differentia, vocant has tonos tropicos 8. numero diſtinctos, vt ſit primus, 2.3.4.5.6.7.8. horum quatuor authenti, 4. plagales, Authenti, qui nō deſcendunt vltrà finem proprium, niſi per vnam notam: aſcendunt autem, ſupra finem 8. aut nouem notas: hi ſunt ex ordine prædicto 1.3.5.7. Plagales, qui ſuper finem ſuum regulariter aſcendunt per quatuor aut quinque notas, ſeu ſonos, vel voces: infra finem deſcendunt quatuor: & ſunt hi rurſum numero 4. ex ſuperiori ordine 2.4.6.8. Primus & ſecundus tonus, finiuntur per re, in d la ſol re: ſed primus habet notam prædominantem in la, quæ eſt quinta altior fine: ſecundus autem in fa, quæ tertia altior fine. Tertius & quartus, finiuntur per mi, in e la mi: ſed tertius habet notam prædominantem in fa, quæ eſt altior fine ſuo per ſextam: Quartus autem in la, quæ eſt altior ſuo fine, per quartam. Quintus & ſextus finiuntur ambo in fa, in f fa vt: ſed quintus habet prædominantem notam altiorem ſuo fine per ſextam, ſextus autem in la per tertiam. Septimus & octauus, deſinunt ambo in vt, in G ſol re vt, ſeptimus habet dominantem ſol, quintam à ſuo fine, at octauus fa, quartam à ſuo fine. horum verſus.

*Pri. re la, Sec. re fa: Ter. mi fa. Quar. quoq; mi la,*
*Quint. fa fa: Sext. fa la: Sept. vt ſol. Oct. tenet vt fa.*

## *De modis Muſices antiquorum.* CAP. XVII.

AD ſuperiores tropos referri poſſunt antiquorū græcarum cantionum modi ex Pſello in muſica, & Ariſtot. in muſic. Plut. & Boetio, Tyardeo hoc modo,

Vt hypodorius, ſit à c fa vt, vſq; ad g ſol re vt.

Hypophrygius, à c fa vt, vſq; a la mi re. Hypolydius, ab f fa vt vſq; in d la ſol re.

Dorius, à c ſol fa vt vſque in a a la mi re. Lentus hic ſpondaicus, religioni pudicitiæq; accommodus, quo ſæpe vtitur Sandrinus.

Phrygius, ab f fa vt vſq; in d d la ſol, bellicis rebus accommodatus, tragicus, iambicus, & huius muſica diſtrahit ac rapit animum ac quaſi extra ſe ponit, vt ait Ariſtot. Polyt. 8. c. 5. Plato 3. de Iuſto.

Lydius,



Lydius, à g ſol re vt, vſque ad ſuam octauam. hilaris ad condimentum cleric. hanc Lydiam & Ionicam harmoniā vt temulentam Plato improbat dial. 3. de Republ.

Myxolydius, ab cc ſol fa in ſuam octauam.

Hypermixolydius, à Ptolom. additus: ab f fa vt vſque ad ſuam octauam; qui raró fit.

addiderunt alij Ionium, Iaſtium, floridum, variumque, Aeolium querulum, qui tamen abierunt ab vſu. De quibus omnibus latè Boëtius & Henrichus Glareanus in dodecachordo, & Martia. Capella, & Athenæus lib. 14. Dipnoſo. cap. 10. Reliqua de muſicæ partibus, quæſtionibus, & ſonis expiſcanda ab Ariſtot. ſect. 19. problem. alia autem diſcenda ex vſu, quæ pertinent ad claues, voces, cantus, interualla, notas, ligaturas, pauſas, mutationes, tranſpoſitiones, ſolmiſationes, tactus, ſyncopationes, menſuram, modum, tempus, prolationem, ſigna, puncta additionis, perfectionis, diuiſionis, alterationis: quæ ad imperfectionem colorem notarum, augmētationem: diminutionem, proportionem, iudicium tonorū. & de quibus ordine tradit practica muſica Hermani Finckij.

## *De effectibus & vi muſicæ.* CAP. XVII.

MVſica pleriſque viſa eſt morum eſſe formatrix & imitatrix, vt Ariſtot. lib. 8. polyt. c. 5. & Plat. dial. 6. de legib. atque muſices ſonis, etiam barbarorum animos ad virtutem incendi, vel in mollitiem voluptatis reſolui tradit Macrob. lib. 2. in Somn. Scip. c. 3. Refert Galen. lib. 5. de Hippocrat. & Plato. decretis, Damonem muſicum iuſſiſſe tibicinæ, quæ adoleſcentibus quibuſdam temulentis, & inſana quædam agentibus Phrygium canebat, vt mutaret modum in Dorium: eoque facto illos à temerario impetu deſtitiſſe: non enim, inquit, rationalis facultatis opiniones, dedocere ac mutare cantilenis valemus: ſed affectibus obnoxia animæ pars, cum ſit irrationalis, & ipſa ſane motibus quibuſdam irrationalibus & exhortari & ſedari poteſt. ita enim natura comparatum eſt, vt irrationali ab irrationalibus, rationale à ſcientia & inſcitia, vtilitatem & detrimentum adipiſcantur. Terpander quoque ſeditionem muſica, inter Lacedæmonios ſopiuit. Thales Cretenſem peſtem ſuſtulit, Plutar. in Muſic. vt Phœbus per eandem, peſtem à Græcis diuertit apud Homerum Iliad. 1. Merſus Phalangij, ſolummodo muſici inſtrumenti ſono curatur, teſte Amato Luſitano, lib. 2. in Dioſcor. cap. 50. Agamemnon citharœdum cu-

ſtodem pudicitiæ, canẽtem laudes probarum mulierum, Clytemneſtræ vxori reliquit, nec prius ab Aegiſtho decepta, quam citharœdus occiſus, Athenæus lib.1. Dipnoſop.c.7. Strabo lib.1. Geograph. Homerus Odiſſ. γ. Saul leuius ſe habebat ab ſpiritu maligno, quo arripiebatur, dum Dauid citharam pulſaret, 1. Reg. 16. Mouit Pſaltes ſpiritum propheticum Eliſeo 4. Reg.3. Spartani dimicaturi ad pugnam, concentu & anapæſti pedis modulo ſe incitabant, Valer.Maxim. lib.2.c.1. Et de fiſtularum præclaro vſu apud Lacedæmonas, narrat Gellius noct.1.c.10. & quòd muſica fuerit hominibus vniuerſis vtilis, Arcadibus neceſſaria, Cretenſibus, & Lacedæmonijs, promba ad bellum. Et alia plura de ea tradit Polybius lib.4. hiſtor. Multa ad hanc rem quoq; cumulat Athenæus lib.14. Dipnoſop.c.11. Meminit Ariſtot. problem.ſect.19. qu.28. Cicer. in legibus olim pueros leges cantaſſe, vt facilius memoria tenerent. & 4.Tuſculan. Pythagoreos mentes ſuas à cogitationũ intentione cantu fidibuſque, ad tranquillitatem reducere. Citat & Catonem lib. de originibus morem maiorum hunc epularum fuiſſe, vt deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes. ſic in Deorum puluinaribus & epulis magiſtratuum fidibus præciniſſe. Volunt ſub fabulæ inuolutione ferarum muſica delinitarum & arborum ſylueſtrium, contineri Orpheum efferatos hominum mores, in ſocietatem ciuilem reduxiſſe. de quo Apollo.Rhodius lib.1. argonautic. vbi de Amphione, & apud Virgil. in bucolicis, & Statium 1.Thebaidos, & apud Horat. in poetica,

*Dictus & Amphion Thebanæ conditor vrbis*
*Saxa mouere ſono teſtitudinis.*

Ruſtici etiam nunc & artifices, canendo laboris releuant tædium, infantes vagire ad nutricum cantus deſinunt, & obdormiunt. Et placet feris muſica, muliq́ue tintinabulorum ſonitu collis ſuſpenſorum, ſarcinas leuius ferunt, equi in præliis tubis concitantur, ceruus apud Horum Apollinem muſica delectatur & turtur: delphino quoque idem tribuit Plin.lib.9.cap.8. Cantatione & muſica & ſaltatione naturæ, velut voluptate educta prope

Naſſam, capitur, paſtinaca piſcis: authore Aeliano
lib.1. de natura animal.c.39.& lib.17.
cap.18.

De ſal-



## *De ſaltationibus & tripudijs.* CAP. XIX.

IVlius Pollux lib.4. Onomaſt.c.13, ſcribit, partem muſices eſſe ſaltationem vel tripudium: ideo muſices occaſione, ad tripudia quæ ad eius ſonum fiunt, vt pauca moneam me transfero. Tradunt ab initio poetas ſaltationes inſtituiſſe liberis hominibus, vt figuras tantùm, quæ eſſent ſigna eorum quæ canebantur. Quod ſi quis minus moderatè figuras effinxiſſet, atq; cùm eſſet in cantilenis, nihil iuxta ſaltationem dixiſſet, hic malè audiebat, fiebatq; famoſus. Athenæus lib.14.cap.32. Ariſtot. in prin.Poetices. ſaltantium eſſe ſcribit, geſticulationis numeroſa varietate mores, perturbationes, actioneſque imitari. Hinc cum cantu, ad motiones, eas quæ fiunt in armis, exercebantur antiqui per ſaltationes concitatas, dictas pirrichas, & per reliquas etiam citas, quales apud Cretenſes. Orcites, & Epicredia tripudia, vt non immeritò Socrates dixerit, tripudiantes maximè eſſe idoneos rebus bellicis. Erat & Thelesias ſaltatio militaris. Mulierum fuerunt tripudia, apocinum, mactrocinum. Saltationes firmiores variæ antiquis hæ: digiti, iambici, Moloſſica, Emmelia, cordax, *Sicinnis*, Perſica, Phrygia, *nicatiſmus*, thracia, calabriſmus, Teleſias. Furioſæ habitæ, Cernoptiora, mougas, Thermauſtris, loricata minerua, mundi conflagratio. Ridiculæ ſaltationes igdis, mectriſmus apocinus, Sobas, Morphaſmus, noctua & leo, farinarum effuſiones, velociſſima ſaltatio, *Sicinnis* dicta, quam exercebant ſatiri, à concutiendo nominata. Cùm pila quoque luderent, ludo Phæmudæ concinnitatem ſeruabant. Phæaces tamen ſine pila tripudiabant. Thraces cum armis ad tibiam ſaltarunt, atque & altè & leuiter tripudiarunt, enſibuſque vtebantur, alterque alterum percutiebat, vt omnibus is vulnerari videretur, quiq; conſultò cadebat quo efficiebatur vt omnes exclamarent: Tunc victor cum armis ſpolians, victoriam canens abibat, vt ait Athenæus lib.1.cap.9. Hanc noſtri ſaltationem imitantur per eam quam dicunt *Marelles & les Mathaſſins*. Meminit & Athenæus alterius ſaltationis, quam dicũt Carpæam, in qua, figura erat ſeminantis cum bobus, is ſibi metuens pro bobus concinnè pugnat, arripiens arma ad rithmum contra latrones fingentes ſaltando: forſan noſtri imitantur eam per ſaltationem, quam dicunt *les Allemandes*, vt latrocinium. Meminit Iulius Pollux, lib.4.cap.14. de alijs generibus ſaltationum, de morphaſmo, quæ erat omni-

genum animalium imitatio: de ſcopia auium imitatione: de hypogipone, quæ ſenes cum baculis referebat, & de Tragicis Sima, Chirocalatiſco, Termauſtri, Cybiſteſi & de alijs Flauius Vopiſcus in vita Aureliani ſcribit tales ſaltatiunculas per milites compoſitas de Aureliano, qui plures hoſtium occidiſſet ſua manu: quibus diebus feſtis militariter ſaltarent.

*Mille, mille, mille, mille, mille, mille, decolauimus.*
*Vnus homo, mille mille, mille mille, decolauimus,*
*Mille, mille, mille viuat, qui mille mille occidit.*

Tantum vini habet nemo, quantũ fudit ſanguinis. Atq; cùm idem Aurelianus eſſet tribunus, ſextæ legionis Gallicanæ apud Maguntiacũ, & ex Francis quos vicit ſeptingentos interemiſſet, iterum de eo facta eſt hæc cantilena.

*Mille, Francos mille, Sarmata ſemel occidimus,*
*Mille, mille, mille, mille, mille Perſas quærimus.*

## *De Scenicis antiquorum ſaltationibus.*
## CAP. XX.

IN ſcenis olim, tantum Chori, in locum quorum poſteà ſucceſſerunt hiſtriones: erantque tres ſaltationes ſcientiæ, Tragica, Camea, Satyrica. Tres lyricæ, Pyrrhica, Gymnopedica, Hyporchematica. Tragicæ ſimilis, quæ Emmelia quoque: in vtraque grauitas & dignitas. Gymnopædicæ vicina quæ anapala dicebatur, quã nudi pueri ſaltabant concinnas quaſdam lationes diſſecantes: figuraſque quaſdam manuum facientes, vt eſſent ſpectaculum palæſtræ, atq; pancratij, dum pedes cum concinnitate mouerent. Hyporchematica comicæ comparata, quę & Cordax: ioco plenæ ambæ: ſaltabantque mulieres & viri eam. Succeſſit in locum Pyrrhichiæ, Dioniſiaca multò leuior: cuius ſaltatores habent thyrſos haſtarum loco. Species has ſaltationis tradit etiam Iulius Pollux, lib. 4. Onomaſt. c. 14. à choris illis choreas dictas exiſtimo & ipſas choreas choros pro tripudio & ſaltantium multitudine: declaraturq; prolixè ab Heſiodo in aſpide Herculis. Plato lib. 2. de Iuſto, duas partes choreæ tribuit, vnam in voce, quæ per numeros & concentus: alteram in corporis motu, per numerum & figuram, ſed quæ numerum habeat quidem communem cum motu vocis, figuram verò propriam: in prima illa parte, cantus ipſe, vocis eſt motus. Erant horum leges, in ingreſſu, egreſſu, profecutione ſaltationis. quorum veſtigium fuiſſe reor in his ſaltationibus quas dixerũt *baſſes danſes*, aut *danſes compaſſees*.

Erant



Erant ſiquidem in choris, *εἴσοδοι, ἔξοδοι στροφαὶ, ἀντιστροφαι, ἐπῳδοι*, de quibus Ariſtot. in poet. Scholiaſtes Sophoclis Demetrius Tricli. & ſcholiaſtes Ariſtoph. & Leonicerus in primam odam olympior. Pyndar. Iul. Pollux, lib. 4. c. 15. & 16. Strophæ & antiſtrophæ & epodi, nihil aliud erant, quam formulæ ſaltandi ad lyram. cùm enim occineretur ſtrophe, fiebat cõuerſio chori à dextris ad ſiniſtram: cùm antiſtrophe, à ſiniſtra in dextram: cum epodos, fiebat quies, & ad regreſſionem primam diſpoſitio, vt hæc, & alia plura notat Lilius Gregor. Giraldus 1. dialogo de poetica & poetarum hiſtoria. Duplices notat formas ex Homero Athenæus in 1. cap. 8. vnam eorum qui cibyſteres vocantur, aliam per ſphæram, vocamus in circulum. Erat ſaltatio in reſtim quemadmodum videmus fieri in ijs, quas dicimus *bransles*. Sic reſtim ducere dicuntur in ſaltatione primi puerorum puellarumque chorum confectum per manus exercentes, apud Terent. in Adelphis, *Tu inter eas reſtim ductitans ſaltaris.* & Liu. lib. 27. per manus reſte data, virgines ſono vocis pulſus pedum modulantes inceſſerunt. Meminit & Athen. lib. 4. cap. 24.

*Intus erant iuuenes clari, innuptæq; puellæ*
*Saltantes, manibusq; manus cœpere viciſsim.*

## *De diuerſis moribus antiquorum circa Muſicam & tripudia.* CAP. XXI.

QVandiu antiquitas agnouit cauſam muſices & tripudiorum, tamdiu mihi videtur ea approbaſſe & laudaſſe. Quando autem figuræ ſolæ remanſerunt & voluptas, longè à fine, ad quem & propter quem muſicam & tripudia inſtituerant, ea meritò, potiſſimum apud bene ſentientes nationes, improbata fuerunt, niſi temporibus perditis, vel ſub principibus parùm caſtè viuentibus, vel impijs. Sicuti muſica, quandiu clarorum virorum & virtutum laudes canebantur, fuit exculta, & vocis & tibiarum vſus honeſtus: vt Themiſtocles hinc fuerit habitus indoctior, quod lyram in epulis, in quibus laudes cantabantur heroum, recuſaſſet, vt ait Cicero 1. Tuſculan. & alij. At poſtquam ad mollitiem, vocis & cytharæ dulcedo incidit, vt effæminatos reddens homines, exploſa eſt: & inſtrumentorum muſicalium ſcientia potius digna viſa eſt, quæ viliſſimis hominibus, [illegible]iſlonibus, lenonibus, & decoctoribus, & meretricibus exerceretur, quàm vt à grauioribus, probis, & à matronis tractaretur: vt non poſſimus nõ dolere, quòd hodie, ſummo cum

diuina-

diuinarum rerum opprobrio, mercenarios iſtos muſicos
organicos & ſymphoniacos in ſacris comitijs & ſacro-
ſanctis templis, diuinis & feſtiuis Chriſtianorum ſuppli-
cationibus & conuentibus, neſcio quas turpes & obſcœ-
nas cantilenas reſonare audiamus, ac ſi in lupanari quo-
dam eſſent. Res certè animaduerſione digna: quamuis
enim non exprimantur cantionum profanarum verba,
tamen multis, qui ea norunt, in illis conuentibus animus
per ſonum earum, commouetur ad turpia, & à ſacris ad
ſcelera ingenia auocantur. Ita enim paulatim licentia ni-
mia, ex magiſtratuum ſegnitie, & prælatorum incuria, à
ſacris Dei & diuorum laudibus per muſicam antè decan-
tatis, permiſit in eum impium morem homines decidere,
etſi aduerſentur diuina & œcumenica concilia. Quam-
obrem apud Romanos inter duo bella punica, ingenui
& Senatores filij in ludum ſaltatorium, vt diſcerent ſalta-
re, commeabant, nec matronæ putabant inhoneſtam ſal-
tationem, vt teſtis Scipio Africanus Aemilianus in Ora-
tione contra legem iudiciariam Tiberij Gracchi. Et Salu-
ſtius Semproniam reprehendit, non quòd ſaltare, ſed o-
ptimè ſcierit. At poſteà ſaltationes inter ꝓbra & hiſtrio-
nica habitæ, vt ait Macrob. lib. Saturn. 3. cap. 14. Scribit Xi-
philinus ex Dione, in Nerone. Saltare, inquit, in orcheſtra
& publicè, turpe olim: tamen ad id coëgit nobiliores &
fœminas promiſcuè Nero, atq; ſcholas huius rei conſti-
tuit: ſi qui prodirent perſonati, petente populo perſonas
auferebat, ipſeque in Theatrum prodijt ludendum. Dion
etiam ipſe lib. 59. refert, Caium Cæſarem Caligulam pro-
miſcuè admiſiſſe mulieres & equites & ſenatores in or-
cheſtra ſaltare. Et poſteà lib. 60. ſuſtulit mulierum ſalta-
tionem in orcheſtra Claudius, pueri tamẽ poſteà ſub eo-
dem euocati ab Aſia, qui pyrrhicam ſaltarent. Cicero in
Murena, inter maledicta enumerat dictũ fuiſſe Murenam
ſaltatorem. Domitianus Imperator, cenſor morũ factus,
quæſtorium virum quòd geſticulandi ſaltandique ſtudio
teneretur, mouit Senatu, vt ait Sueton. in Domit. cap. 7.
Aemilius Probus in vita Epaminondæ, Scimus, inquit,
muſicam noſtris moribus, ſcilicet Romanis, abeſſe à prin-
cipis perſona. Saltare etiam in vitijs poni, quæ omnia a-
pud Græcos & grata & laude digna dicuntur. Fuit & tem-
pus quo diſce[illegible]t fidibus antiqui Romanorum, vt ait Ci-
cero in Catone: ſed & id poſteà receſſit ab vſu, ſic uti &
tandem degenerante muſica apud Græcos, vnde pro uer-
bium refertur à Suida in verbo, *ἀρχαῖον, ἀρχαῖον ἀείδειν ἐξ*
anti-



antiquum, id eſt, ineptum, & nullius pretij pulſare citha-
ram. Idque non propter muſices odium, ſed abuſum. In
quibus enim vſus purus is fuit, probatus mos antiquus.
Sic Salij quoq; in ſaliendo comprobati à Romanis, quia
omnes ferè gentes in ſacris & feſtis, quibuſdam proprijs
ſaltationibus vtebantur in cantandis diuinis laudibus, vt
ait Lucian. de Salt. Meminit & de illis Liuius, Dion. Halic.
in 2. & alij. Eo enim modo Salij quoddam myſteriũ Mar-
tis referre ſe putabant, cùm Priapum adamaret, vt refert
Lucianus. Saltauit & Dauid religionis enthuſiaſmo mo-
tus, coram Arca Dei, 2. Reg. 6. & Paralipp. 15. Fuerunt &
ſymphoniaci & cantores ſemper in Eccleſia Dei, vt alibi
docui, & mulieribus quoque ad Dei laudem non inhibi-
ta ſaltatio & cantio, vt Exodi cap. 15. Verùm nunc mores
deprauatiſſimi, & ad malum procliues, qui vt bruta du-
cuntur animalibus paſſionibus, certè abſtinere debent à
tripudijs, vt à mali incentiuo. Dum enim cauſæ ſaltandi
obliteratæ ſunt & effectus, certè non poteſt ſequi aliud,
quàm alius effectus. Scribit & Iuſtinus ex Trogo, lib. 30.
inſtrumenta luxuriæ, eſſe tympana & tripudia. Et Ouid.
1. de Remed. amor.

*Eneruant animos citharæ, cantusque lyræque,*
*Et vox & neruis brachia mota ſuis.*

Vnde & tandem exoſum inter probos ꝑ quàm maximè
mulierũ genus ſaltatricum, potiſſimùm ſi illæ puellarem
exceſſiſſent ætatem, vt Ammianus Marcell. de Morib. ſui
temporis ſic conqueritur, lib. 14. Quocunque oculos fle-
xeris, fœminas licet affatim ſpectare cirratas, quibus ſi
nupſiſſent, per ætatem iam ter poſſet nixus ſuppetere libe-
rorum, ad vſque tædium, pedibus pauimenta tergentes,
iactari volubilibus gyris, dum exprimunt innumera ſimu-
lacra, quę finxerunt fabulæ theatrales. Inter Græcos mo-
net etiam Suidas in verbo *ἄγγησα*, in ſaltatriculæ domum
ne inſilito, ne illis rebus inhiãs malo à meretricula ictus,
de gloria deturberis. Repetit idem rurſus in verbo *λῃ-
δραυδῆς*. Improbat & apud Lucian. in prin. de Saltat. Cra-
ton priſci ſeculi mulierculas, amatores inuitantes, nem-
pe libidinoſas Phædras, Parthenopas, & Rhodopas, cum
pulſationibus & obſcœnis cantibus, & pedum ſtrepitu,
dicens, per ſaltationem mutari ex viris in Lyden quandã,
aut Baccham, omiſſa priſtina forma: videntibusque eſſe
exitio, non ſecus ac ſi loton vt ſocij Vlyſſis deguſtaſſent,
aut Syrenas audiſſent. Et proritare ad luxuriam viros, mu-
lieres ſaltatrices, mihi videtur caprarum exprimere no-
mine

mine Theocritus, dum ait, Eidyllio 1. in fine,

——αἱ ᾗ χίμαιραι
ὐ μὴ σκιρτιάσητε μὴ ὁ τράγος ὔμμιν ἀναστῇ,

id eſt, vos verò capellæ nolite ſaltare, ne fortè in vos hircus incurrat. Recordor, certè exemplo Oridum, qui cum ſaltantibus venatoribus & ipſi tripudiantes capiuntur, ſicut & Aſiones, vt ait Athen. lib. 9. cap. 14. quod & accidit iſtis ſaltatrices expectantibus. Sic deceptus ſtolidiſſimus in ſua fide Herodes ab Herodiade filia ſaltatrice, Matth. 14. Mar. 6. vetat Eccleſiaſticus cap. 9. cum ſaltatrice ne aſſiduus eſto. Sed & eò peruenerunt inſaniæ geſticulationes ſaltationum, vt empuſas quaſdam & monſtra videre videamur, quam homines vel inſanos, ſicuti Alphõſus Rex Aragonum, teſte Antonio Panormita in eius dictis optimè notauit ſaltatricem quandam, quam cum impudentius ſe agitantem aſpexiſſet, expectate, inquit, mox Sibylla reddet oraculum. Sibylla enim vates, non niſi furore correpta reddebat oraculum. Neq; ex ſaltationibus antiquis aliqua retinetur, præter Ciclopeam turpiſſimã omnium ſaltationem, vt notat Trebel. Pollio in Galieno, Carnitus lib. 17. de Honeſt. diſcipl. cap. 3. Nocuit & Cardianis, equos ſaltare & tripudiare in pedes poſteriores erectos in ſympoſijs, docuiſſe. Siquidem in pugnam vocati equites, cùm hoſtes morem equorum nouiſſent, tybias iuſſerunt modos equis conſuetos cantare, quibus erecti equi seſſores præcipitarunt, & victoriam tripudijs hoſtibus pararunt, vt refert Ariſtot. in Repub. eorum, & Athen. lib. 12. cap. 6. Et Horat. lib. 3. Carm. ode 6. inter ſcelera ſui temporis, ob quæ veretur immitti bellum à Deo, addit;

*Motus doceri docet Ionicos*
*Matura virgo: Et fingitur artubus*
*Iam nunc, & inceſtos amores*
*De tenero meditatur vngui.*

Et ode 7. eius libri Aſteriem caſtitatis admonens, adiecit & illud,

*Prima nocte domum claude, nec in vias*
*Sub cantu querulæ deſpice tibiæ,*
*Et te ſæpe vocanti*
*Duram, difficilis mane.*

Nec eſt quòd immorer, potiſſimùm ſaltationes & tripudia nunc exerceri, poſtquã mero animus incaluit, & venter deſpumat in libidinem: appendix quippe, vt ait Homerus cœnæ, cantatio, ſaltus & ipſe. Vt verum ſit illud, quod ait Athen. lib. 10. cap. 9.

Vina



*Vina ſenem cogunt minimè ſaltare volentem.*

quod & notat lib. 4. cap. 17. dum ait, apud Antiochum Regem, qui Magnus dicebatur, non amici ſolùm Regis in arma tripudiabãt in cœnis, ſed ipſe etiam Rex. Addit & Polisperchontem cùm bibiſſet, quamuis eſſet ſenex, nulloq; vel militari ſcientia, vel dignitate inferior, tripudiare ſolitum, & lib. 10. cap. 11. Non licet, inquit Cteſias, apud Indos Regi fieri ebrio, vt apud Perſas, id tamen ei vno die conceditur, cùm Soli ſacrificãt, quo die, vt ait Duris in 7. Rex fit ebrius, Perſicoque more tripudiat: ex alijs verò nullus eſt ex Aſia qui tripudiet hoc die, ſed omnes ſolent abſtinere. & lib. 4. cap. 24.

*Inſipiens vinum multum ceciniſſe coegit,*
*Saltare ac ridere iubet: prudentia cedit*
*Si quis paruerit.——*

---

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS,

## LIBER XIII.

## In quo agitur de Geometria.

### *De neceſſitate Geometriæ.* CAP. I.

SCRIPTVM erat in foribus Scholæ Platonis, ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω, nullus ignarus Geometriæ ingrediatur: non enim huiuſmodi diſcipulos ſuis arbitrabatur dignos prælectionibus. Nam 7. de Republ. ſcribit, Geometriam ad veritatẽ attollere animum; & ad philoſophandum præparare cogitationem, & intereſſe ad diſciplinas comparandas, maximè, attigeritne Geometriam aliquis, an non: & conducere valdè ad rem militarẽ, ad caſtra ponenda, regionem occupandam, colligendas vel ſpargendas turmas, & ad cætera machinamenta, quibus circa acies vel in obſidione vel itinere vti ſolent. Iuſtitię quoq; propriam eſſe Geometricam proportionem, & omnium in republ. actuum docet Marcil. Ficin. in arg. lib. 3. Ennead. 3. Plotoni, cap. 5. quod latè proſequitur Ariſtotel. lib. 4. Ethic. ad Eudemũ. Talem autem dicit, quando totum ad totũ comparatur, aut alterum ad alterum: non continuam proportionem vel æqualitatem numeri, quia illa proportio arithmetica. Docet & diſtribuit iſtas proportiones Ariſtoteles 5. Ethic.

ad

ad Nicom. Atque quomodo in iuſtitia diſtributiua ſequu-
tur proportio geometrica, in commutatiua Arithmetica.
Sed & propius ad rem ſaluti ſocietatis humanæ condu-
cere terræ dimenſionē, poſtquam illa pronomina meum,
tuum, ſuum, res diſtribuerunt. Nemo eſt qui neſciat,

*Limes quippe erat poſitus, litem, vt diſcerneret, agris.*

Limes aūt non niſi decempedatoris, finitoris, vel agri-
menſoris arte Geometrica, conſtitui vel conſeruari, vel
reſtitui potuit. Vnde Alphorab. apud Aegyptios ob con-
fuſos à Nili inundatione agrorū fines, neceſſariò natam
Geometriam tradit, vt commodiùs diuiderētur. Quintil.
lib. 1. Inſtit. orat. cap. 18. ratus eſt omni ætate hāc vtilem &
neceſſariam eſſe: pueris ad acuēda ingenia; alijs autē om-
nibus, quia ea numeros & formas docet, cōputatio autē
omnibus ſit neceſſaria, cū de his lites maximę oriantur.

### *De nomine & diuiſione Geometriæ.*
### CAP. II.

ΓΕωμητρία, Geometria, nihil aliud eſt, quàm terræ men-
ſura: verſatur namq; circa puras dimenſiones, ſicut A-
rithmetica circa puros numeros: Geometria autē dimen-
ſionibus addit pondera: Aſtronomia verò numeris & di-
menſionibus cœleſtes metitur motus. Geometria habet
theoricam, & praxim: Theorica, ſola mentis cogitatione,
quantitates, proportiones, & earum menſuras intuetur:
Praxis, experimento ſenſibili, menſurat. in vtraq; ſubie-
ctum: magnitudo vel quantitas, quam terminis & inter-
uallis diſtinguit, & concludit vtraque. Gellius lib. 16. cap.
18. Geometrię partem facit ὀπτικὴν, κανονικὴν: illam ad ocu-
los pertinere, hanc ad aures: vtramque ſpatijs & interual-
lis linearum, & ratione numerorum conſtare.

### *De magnitudine, & ſpecie magnitudinum, & puncto, lineis.* CAP. III.

MAgnitudo, eſt vniuſcuiuſque rei extenſio: extenſio
autem vel in longum, vel in latum, vel longum, la-
tum & profundum fit. Longitudo ſola, dicitur li-
nea, quod habet longū & latum: ſuperficies, quod longitudinem
& latitudinē habet: & profundum, dicitur corpus de cu-
ius menſura non erat certa determinatio tempore Plato-
nis, vt ipſe ait 7. de Republ. Linea, longitudo eſt ſine lati-
tudine, concluſa punctis. Punctū eſt, cuius pars nulla eſt.
Punctum autem vel in linea, vel extra, vel ad voluntatē
datum. In linea vel extrema, vel medium lineæ æqualiter
vel



vel inæqualiter potentia determinat. Hoc punctum ta-
men magnitudo non eſt, non magnitudinis pars, ſed ma-
gnitudinis omnis principium. Linea vel recta, vel curua,
vel media inter has. Conſtat verò Geometria, ex Heronis
ſententia, lineis rectis, vel nōn rectis, quibus addit Apol-
lonius inflexas. Has in planas & ſolidas, Geminus parti-
tus. Fiunt ex lineis mixtiones & ſuperficies. Mixtiones li-
nearum ſunt variæ: æquidiſtantes, cùm duæ eodem mo-
do ducuntur, quæ tamen non ſe contingunt, parallela di-
ctæ: interſecantes, quando in aliqua parte in ſuperficie ſe
ſecant. Perpendicularis, cùm aliqua recta ſuper aliam
ſubſidente ex cathero & ad perpendiculum cadit. Obli-
qua, cùm non ex directo cadit, ſed lateraliter. Diametra-
lis, cùm linea circulum æqualiter in duas partes diuidit,
chorda dicta, ſi inequaliter ſupra vel infra centrum. Fiunt
vna linea circuli, vel eccentrici, vel concentrici.

### *De Figuris.* CAP. IV.

FIunt ex lineis figuræ & ſuperficies, quando claudun-
tur lineę in corporibus, figuras, σχήματα Græci Geome
træ appellant, vt ait Gell. in 1. cap. 20. quarum duo ge-
nera, ἐπίπεδον & στερεόν, planum & ſolidum. Planum, quod
latum & longum ſolum eſt, vt in area triquetra, quadra-
taq; figura: tales & aliæ figuræ rectæ circulares, æquales,
inæquales, anguli, rectilinei, obtuſi, acuti, concaui, con-
nexi. Sunt & figuræ corporibus communes, quarum ini-
tium dicit Ariſtoteles 1. Magn. moral. cap. 10. triangulum,
cùm tamen figura alia ſit agonia, i. ſine angulis, vt ſphæ-
rica: ſine longitudine, vt globus: cum longitudine rotun
da, quæ cilindrica: cū latitudine rotunda, vt in Trochleis.
Sed de angularibus, intelligēdus Ariſtot. niſi angulus ad
imaginationem aliarum trahatur. Angulares figuræ, ſunt
triangularis quadrata, rhombus ſeu pendens quadrata,
Rhomboides pendens longa: parallelo grauius quadra-
ta, parte altera longior: pentagonus, exagonus, hepta-
gonus, iſopleuros, cuius tria latera angularia æqualia: i-
ſochelos, cuius tantùm duo latera trianguli æqualia: re-
ctus angulus media pars quadrati, ex omni latere inæ-
qualis, ſcalens: Trapezus, quæ ex altera parte habet inæ-
qualitatem. Extant libri 5. Ioan. de Regiomonte, de trian-
gulis omnimodis, & eiuſdem ἐλογχικὰ, de quadratura cir
culi, & Nicolai Cuſani, & Orontij Finæi de eadem libri.
Sunt autem orbiculares figurę, pyramides ex baſi lata ad
punctum faſtigiatæ. Illud porrò notabile in figuris, nul-

lum angulum eſſe menſuram, ſed figurę principium eſſe.

Secundò, nullam ſolam lineam, angulum perficere: eſt enim omnis figura, omni quaque ex parte finita acu.

Tertiò, notabile, omnem lineam ſuperinductam figurę, figuram illam deſtruere, vt ait Ariſtoteles Problem. ſect. 15. quæſt. 1.

Quartò, nulla ſimplex figura corpus eſt, vt docet Galenus lib. 1. de Elemen. vbi & ferè de omnibus figuris meminit: & latiùs de his omnibus Euclides lib. 1. & Mart. Capell. lib. 6. circa finem. Archimedes Syracuſanus lib. 1. & 2. περὶ σφαίρας ϗ κυλίνδρου, de ſphęra & cylindro, & lib. de Circuli dimenſione. Et Eutochius Aſcalonita in comment. Archimedis in illos prædictos libros. Ioan. Vægel. Hyalpronenſis in elemento geometrico. Carolus Bouillus in introductorio geometrico. Sebaſtianus Serlius lib. 1. de Architectura. Pertinent ad figuras formæ agrorum, quas conſtituit quintuplicis generis Aggenus Vrbicus in cōmētarijs ad Iulium Frontinum de limitibus agrorum. Vnum, quod ex flexuoſa linea continetur: alterum, quod ex flexuoſa & rationabilibus: tertium, quod ex circunferentibus: quartum, quod ex circunferentibus, & rectis: quintum, quod ex rectis, quorum ſpecies ſunt infinitæ ex mixtionis diuerſitate. Pertinent quoque ad eaſdem figuras ichnographiæ, quæ fiunt in Architectura, ſecundum graphicam delineationem. Item ſcenographia apud Vitruuium lib. 1. cap. 2. & alibi. & Leon. Baptiſt. Albert. lib. 1. Rei ædific. cap. 1. & 8. & lib. 2. cap. 1.

## *De corporibus, pyramidibus, & columnis.*

## CAP. V.

Corpora tres habent dimenſiones, longitudinem, latitudinem, profundum, vt ait Ariſtoteles 3. Metaphyſ. cap. 5. Corpus vel indefinitum, vel finitum eſt. Indefinitum, quod aliqua ſui parte relinquitur: non finitus, qualis eſt ſolidus angulus, quem plani anguli claudunt, angulis ad vnum commune punctum concurrentibus. Cæterùm indefinitum corpus, eſt in mente indefinitum, cùm re ipſa omne corpus ſit finitum. Finitum corpus eſt, quod ex omni quaque parte, vel vna ſuperficie, vel pluribus terminatur, veluti ſphæra ſolida & concaua, pyramis, columna, cubus, octocedron, dodecedron. Pyramidum duæ ſpecies, perfecta & curta: perfecta, quæ pcedit ad conum, & ſupremum verticem: hæcque poteſt eſſe rotunda, ſi baſis ſit circulus: vel trigona, tetragona, pentagona, exagona, &c. Curta, quæ ad conum non peruenit. Sunt & columnæ rotundæ, trigonæ, tetragonę, &c. quibus & accedere poſſunt pro forma varia, diuerſæ baſes, capitula, puluini, volutella, epiſtylia, coronix, zophorus, ſtilobata, ſcapi, thori, ſtriæ, tochili, plinthi, ſupercilia, eſtragali, ſcamili, varicephalæ, varicæ, cymaria, forma Ionica, Corinthia, Dorica, &c. quorum diagramma & tractationē vide apud Vitruuium lib. 3. & 4. & apud Leonem Baptiſtam Albertum lib. 7. de Re ædific. cap. 6. 7. 8. 9. 15. & lib. 1. cap. 10.



## *Communia Magnitudinis omnia.*

## CAP. VI.

Communia lineis, ſuperficiebus, corporibus, vt eorum magnitudines conſiderari poſſint ſecundùm contiguitatem, vel continuitatem, & conſequentiam. Termini magnitudinum, punctum, linea, ſuperficies, interualla, longitudo, latitudo, & profundum quoque in corporibus. Differentiæ interuallorum ſurſum deorſum: dextrum ſiniſtrum: ante, poſt. Geographi ſurſum dicunt arcticum polum: deorſum antarcticum, orientem dextrum, occidentem ſiniſtrum. Plin. tamē lib. 2. cap. 8. læuum accepit pro orientali plaga, dextrū pro occidentali: cùm à læua parte mundi curſus feratur in contrariam partem planetarū. Videndus Vitr. lib. 9. c. 4. At Varro de Ling. Lat. ſiniſtram ad orientem, dextrā ad occaſum, anticam ad meridiem, poſticam ad ſeptentrionem refert. Hyginius & Iul. Front. de Agror. limit. & eius Commentator Agenius Vrbicus, dextram appellarunt ſeptentrionem, ſiniſtram meridiem, altitudinē verſus orientem. At Augures qui circumſcribebant aëris regiones, dextram meridiem poſuerunt, vt conſtat ex Liuio in 1. & Philan. in lib. 9. Vitr. cap. 4. Intelligere tamen debemus, non eſſe in cœlo dextrum vel ſiniſtrum, niſi noſtro reſpectu, vt ait Ariſtoteles lib. 2. de Cœlo, cap. 2.

## *De Inſtrumentis, ſeu medijs geometricis.*

## CAP. VII.

Inſtrumenta, quibus hæ figuræ fiunt, diriguntur, vel menſurantur corpora, norma, libella, quę nunc ſcadra, de qua apud Vitruuium lib. 9. cap. 2. cathetos, ſeu perpendiculum, de quo Vitruuius libro 3. cap. 3. circinus, rectus, & valgius, ſeu intortus, de quo Ouidius libro 8.

Metamorph. dum de fato ſororis Dædali filio agit. At pro interuallorum dimenſione, extant Aſtrolabium, annuli geometrici, radius aſtronomicus ſeu baculus Iacob, pertica, & ſimilia, ex quibus triplex conficitur menſuratio: prima, altimetria, quæ de altitudine: ſecunda, planimetria, de longitudine & latitudine: tertia, ſtereometria, ſecundùm longitudinem, latitudinem, & profundum. De aſtrolabio eius partibus, & vſu, extant infiniti ferè libri, vnde haurire poteris tibi, quæ ex vſu fient. Et inter præſtantiores eſt author Stophlernius de Fabrica, in 1. in 2. de Vſu aſtrolabij, Rodolphus Battingius Friſius de Methodo vſus aſtrolabij, Ioannes de Roias in Comment. in Aſtrolabium, ſiue planiſphærium, Iacobus Kœbelius in aſtrolabij declaratione. Annuli fabricati etiam ſunt, quæ planæ ſphæræ habeant, ſicut aſtrolabium ſimilitudinem, de quorum compoſitione & vſu, euulgarunt libellos P. Beauſardis, Gemma Friſius, Ioannes Dyrander, Bonetus Hebræus, Burchardus Mythobius, Orõtius Fineus, Ioannes Regiomontanus. Porrò de radio aſtronomico, extat liber proprius eius nominis Gemmę Friſij. Pertica fuit etiam apud Græcos & Romanos inſtrumentum menſurandi, illa erat decempedum, vnde metator decempedator dicitur à Cicerone 3. Philippica.. Apud Perſas pro pertica in vſu funiculus, qui dictus ſchœnos, ſtadiorum 60. Ptolomæo 30. Hebræi חבל chebel, Pſal. 77. ibi diuiſit illis terram in funiculo diſtributionis. Vtebantur etiam Hebræi קנא kana, id eſt, arundine, ſeu calamo, pro menſuris, vt apud Ezechiel. cap. 4. & alibi.

## *De Gradibus menſurarum & inſtrumentorum, à quibus interualla terræ menſurantur.* CAP. VIII.

MEnſurarum gradus & partes ex Schonnero lib. de Glob. terreſt. vſu, cap. 12. ſic colliguntur:

*Ex granis digitus quatuor formabitur vnus,*
*Eſt quater in palmo digitus, quater in pede palmus.*
*Quinque pedes paſſum faciunt: paſſus quoque centum*
*Viginti quinque ſtadium dant, ſed miliare,*
*Octo dabunt ſtadia, at duplatum dant tibi leucam.*

Sed faciliùs ex Coſmographia P. Apiani, cap. 11. ex Georgio Agricola de Ponderibus & menſuris ſic collige.

Digitus latitudine 4. granor. hordei, quatuor digiti 3. pollices faciunt. Robertus Cenalis de Vera menſura, & Diuus



Diuus Hieronymus in Iob digitus Hebræis & sbaa.

Vncia habet 3. digit.

Tranſuerſa manus 4. digit. Palmus minor Hebræis dicas 2. palmos.

Spithama ſeu palmus maior 3. palmus minor. Plinio dodrans ſemicubitus, Hebræis zereth atſalath.

Pes 4. min. pal.

Sequipes & cubitus 6. pal. min. Hebræis amah.

Gradus vel greſſus 2. pedes.

Paſſus ſimplex 2. pedes cum dimidio, Hebręis Tzeah vel Tzeadah.

Origa vlna, amplexus ſeu brachiũ, eſt h xapeda menſura, Gall. *toiſe*, Hebr. chotſem.

Calamus comprehendit cubitos ſex vulgares, & ſex palmos.

Pertica decem pedes: calamus ſanctuarij maior, pertica palmis duobus, alijs 15. pedum, ex Varrone de Re ruſtica 1. 10. & Colum. lib. 5. cap. 1.

Plethrum, pedúm 100.

ἄρουρα, georgica menſura, ped. 50. dimidium plethri.

Clima, ped. 60.

Actus quadratus vndique, finitur pedibus 120. Latinè acuna. Hic actus duplicatur in longum, iugerum facit, quod vno die iuncti boues exarent, Plinius libro 18. capite 3. At Hebræis maneſch & tzemeth, diuerſa tamen pro modo prouinciarum: Iugerum Pariſinum perficitur perticarum centuria & pertica 22. pedum, quadratus numerus eius 484. pedaneas habet menſuras. Iugerum Anglicanum, quod illis acre, 40. perticarum in longum, 4. in latum: pertica 16. ped. hyda autem apud illos menſura 20. continens iugera, vt notat Polydorus Vergilius lib. 9. hiſt. Angl.

Porca ager in latum habens triginta pedes in longum 180.

Scrupulum iugere pars minima, habens 10. pedes in longum & latum quadratum, ex cuius menſura perueniunt metatores ad vnicas & ſextantes agri, donec ad iugerum peruenerint, quod habet 278. ſcrupula. Sunt ex diuerſitate nationum alia, vt arpentum, ſatum, quartarium medimnum, aratiunculæ.

Manſum 20. Iugerum menſura circumſcribitur, vt notat Robertus Cœnalis de vera menſuræ ratione, fol. 48. relatione facta ad Anglica. Nam dimenſionem in eccleſijs, culturæ autem ruſticanæ 15.

Stadium habet 125.paſſus.

Diaulos 2.ſtadia. Dolichos ſtadiorũ 12. paſſuũ 1500.

Milliare Italicum 1000.paſſus, 8.ſtadia. Milliare Germanicum 4000.paſſus,32.ſtadia. Milliare magnum 5000. paſs. Milliare Teutonicum Schonero libro de Vſu globi terreſt.cap.12. eſt 1760.paſſuum.

Leuca communis 1500.paſ. Hebræis milliare cibrath.

Paraſanga Perſarum 30.ſtad.Herod.in 2. Agathio autem 2. de Bello Goth.21.ſtad.

Schænos vel funiculus Aegyptiorum 60.ſtad. Ptolomæo 30.meminit & Herod. in 2.qui tribuit milliaria 7.cum dimidio, Iac.Zieglerus Coſmogr.terræ ſanctæ 4.milliaria mediocria Germanica.

Stathmos noſtri poſter.tabellariorum vel veredariorum diuerſorium dicta menſura maxima apud antiquos non fuit vbique certa, 28.millia, & ſemiſs.millia. meminit & de ſtatiuis regijs Herod.in 2. conſtituĩt leucas 14.

480. Stadia vni gradui circui æquinoctialis reſpondent, quæ reddunt milliaria 60.Italica, Germanica 15.Gallicarum leucarum 15. Hiſpanicarum 18. ex quibus totius mũdi facilè colligitur menſura. Nam totus orbis diuiditur: primò,in imperia: imperia,in regna:regna,in prouincias: prouinciæ in regiones:regiones in loca: loca in territoria: territoria in agros: agri,in centurias: centuriæ,in iugera: iugera,in climata: climata,in actus: actus in ſcrupula & perticas: pertica,in paſſus & cubitos: paſſus in pedes: pes, in palmos: palmus in vncias: vncia,in digitos: digiti in grana.

# ΣΥΝΤΑΞΕΩΝ ARTIS MIRABILIS, LIBER XIIII.

## In quo agitur de Optica.

### *De conſiderandis in optica, & quid, & de viſu.* CAP. I.

Οπτικὴ pars Geometriæ eſt, quæ ad viſum pertinet,& de eius mirabilibus videndi formulis & deceptionibus, rationem reddit, vt ait Gellius libro 16. cap.18. In hac ſex conſiderantur, viſus,



viſus, viſibile medium videndi, viſibilis ſpecies, viſibilis radius, ſpecula. Viſus organa ſunt oculi & nerui optici dicti, à cerebro fluentes, qui ad oculos vſq; perueniunt, Vitellio lib.3.optices Theor.20.cum à cerebri humore ſecreto pars puriſſima ad oculos tendit: ſenſorium quoq; frigidum & humidum, quemadmodum & cerebrum, vt ait Ariſtot.lib.2.de genera.animal.cap 9. Ideo lib.5.cap.1. viſum aquæ tribuendum cenſet ſicceſſitq; viſus cùm humido caret, vt ait Hippocrat. lib.de vict.ratio. & Galenus cryſtallinum in oculo humorem, cauſam potiſſimam viſus dicit lib.de inſtrum.odorat. Sic videre propriè oculorum eſt: vt iudicare,rationis: memoriæ, meminiſſe:vt notat Macrob. lib.7. ſaturnal. cap.5. Cæterum viſus eſt perſpectiua poteſtas,quæ viſibilia obiecta deprehendit. Senſuum omnium hic certiſſimus ducitur, diſcernit namque eminus, quæ corporibus inſunt annuntians, nempè colorum,magnitudinem,figuram,motum, poſitionem, interuallum, vt notat Galenus lib.16. de vſu part. corpor. human.cap.3.

### *Vnde oriatur viſus.* CAP. II.

CIrca potentiã viſualem, variæ opiniones: alij quippè putant oriri ex imaginibus inſertis & oblatis oculorum radijs & reflexis, Democritus, Epicurus, & Lucretius libro 6. quam refellit ſententiam Macrob. lib.7. Saturnal. c.14. Hipparcus fieri viſum dixit ex proiectione vtriuſq; oculi ad rem viſualem: veluti tactum, per manuum admotionem, Plato,per corradiationem lumine ex oculis exerto, occurſante re viſibili. In ſpeculis, reflexionem imaginum, cum circulis & ſimul cum aere intermedio, transferri tradit Plutar.lib.4. de plac. philoſ.c. 13.& 14. Alias quoq; de videndi facultate ſententias, refert Ariſtot.lib.de ſenſu & ſenſ. Gell.lib.5.c.16. Conſentiũt autem ferè omnes, ſenſim viſus per mediũ aerem ad coloratũ porrigi, teſte Galeno lib.7. de Hippocr. & Plat.decret.cum viſus,non ſit ſine colore,vt ait Plato in Charmide.Zeno Citicus,videre eſſet ait,cum id quod inter viſum ſubiectumq; lumen eſt, in coni intenditur ſpeciem.Apollodorus aeris illam partem quæ coni ſpeciem habet, dicit propè viſum; baſim verò prope id quod cernitur fieri. Laert.lib.7.de vit.Philo. in Zenone,vnde omnis viſio pyramidalis eſt,cuius vertex in centro oculi: baſis, in rei ſuperficie: & omne quod videtur,ſub angulo videtur,vt ait Vitellio 3.perſpec.theorem.18.

## *De viſibili obiecto, viſibili ſpecie, & medio.*
## CAP. III.

ARiſtot.2.de animal. c.7. obiectũ viſus, rem viſibilem eſſe ait: videtur autem mediante lumine & colore, de quibus Theophraſt. in paraph. ad 2. de anima c. 22.23.24. obiectum autem hoc, viſibile eſt, ſiue videatur, ſiue non, dummodo aptum ſit videri apud eundem Ariſtot.2. de anima c.10. Medium, eſt diuiſibile ſpatium, per quod viſibilis obiecti ſpecies, ab eo ad viſum defertur: etenim inter viſibile & ſuperficiem oculi, opus diſtantia eſt. viſibilis ſpecies, eſt ſimilitudo eius quod videtur, id ipſum ſenſui repræſentãs. viſibilis radius, linea recta, quæ à centro viſus digrediens, ad viſibilis rei centrum, terminatur. Et hic radius primus, reliqui autem infiniti. Speculum corpus eſt, quod reflexam viſibilis rei ſpeciem, palam ipſi viſui refert.

## *Deceptiones in viſu vnde.* CAP. IV.

DEceptiones in viſu contingunt ſecundum Vitellio. lib.4.theor.1.vel ſecundùm viſum, vel ſecũdùm virtutem animæ diſtinctiuam, vitantur aũt, obſeruatis & interuenientibus 8. ſequentibus cautionibus. 1. ſi viſibile actu lucem participet, alias enim non videtur, vt idem Vitell. ait lib.3. Theor.1. Ex diuerſa autem lucis receptione diuerſi colores fiunt, vt in panno ſerico, in collo columbæ, pauonis, &c. 2. exigitur, vt ſit diſtantia conueniens inter viſibilem & viſum Vitell. lib.3. c.4. ſi autem occupetur per medium appropinquationis corporis, intercluditur viſus: dico conuenientem diſtantiam requiri, pro modo facultatis oculi: nam quæ nimium diſtant, etſi velociſſimè currant videntur quieſcere: vt in ſole, luna, & ſyderibus alijs licet videre. & quadrata rotunda cenſentur. Lucre.4. de ter. nat.3. vt fiat oppoſitio rei viſæ ad viſum, Vitell.3. theor.2. & 4.4.4. ſit corpus viſibile alicuius quantitatis, reſpectu ſuperficiei viſus, vt actu videatur, Vitell.in 3.theorem.19. hoc eſt, vt ſi quædam inter hæc proportio debita. 5. vt corpus viſum ſit aliquo modo ſolidum, nam ſi cum diaphano vel cum medio ſit ſimilis perſpicuitatis, auidè diſcernetur, Vitell.3. theor.14. & lib. 2. theor.4. Reddit & aliam rationem Ariſtotel.5. de generat. animal. c.1. atque in hoc corpore, medium animaduertendum: medium namque rubeum vitri, omnia rubra videre facit: Sic de ſimilibus, ſicuti & varius color ex humo-



humoribus pupillæ. 6. exigitur ad viſum certũ diaphanus aer, inter corpus viſibile & oculum. nam ſi intemperatus, vel crepuſculum, vel alio modo craſſus, officit, Vitell.lib. 3.cap.13. debetq; eſſe lux conueniens: ne ſi nimia, potiſſimum in corporibus politis, ex reflexione acies videndi obtundetur, vt ſi quis Solem intentis velit intueri oculis, ſi autem minimà, aut nulla, vmbræ ſubtrahent res oculis. 7. in viſu certo. tempus exigitur, vt viſum conſideremus. Nam ſimplici & primo intuitu, nemo poteſt apprimè dijudicare, niſi iterum intueatur, quod exigit tempus, Vitell. libro 3. theor.56. 57. 58. viſus ſana diſpoſitio requiritur: nam propter ægritudinem oculi, deceptio accidit: vel ſi is malè ſit diſpoſitus, potiſsimum in cryſtallino humore, quo læſo decipitur viſus, Vitell. libro 3. theor.16. Sic humor citrinus in oculo, vel rubeus, talia repræſentat & arguit viſa: ſi in pupilla humor craſſus perforata appareat: ſi niger, plena muſcis. Si ponatur digitus ſuper angulum oculi, vel in angulo, res duplex videtur, ſi moueatur cum digito, res moueri videntur, eadem ratione falſo Antiphon exiſtimabat ſe ſemper ante ſe hominem verè videre, quod Ariſtotel.3. meteor. refert ad debilitatem viſus, & reflexionem ad aeris videntem. Docuit & me hoc Claudius Celeſtinus lib. de mirab. mundi. Hinc ægritudines oculorum, viſum vel debilitant vel diſſipant, velut lippitudines, lachryma, inflammationes, caua vlcera: caligatio vel propter ſenectutem vel propter aliam imbecillitatem. Suffuſio, quam Græci ὑπόχυσιν vocant, quæ ſe potentiæ oculi, qua cernit, opponit. Paralyſis oculi, ex percuſſione: μυδέλασις pupilla effuſa vel dilatata. His annectere poteris alias viſus deceptionis cauſas, quas adfert Vitel. lib.4. theor.28. & ſequent. quales & erunt imaginationes, & animi impreſsiones violentæ, & indiſcreta vis viſiua, vt qui cogitant & arbitrantur ſe mortuos videre, quia non conſiderant, quæ ante ſunt; ſed his hallucinantur. Sicuti & paſſiones iudicia alia corrumpunt.

## *De Viſibili.* CAP. V.

VIſibile omne, vel tale per ſe eſt, vel per accidens. per ſe duo, lux & color: Ariſtot.2. de animal.cap.7. addit ignẽ lib. de colorib. Per accidens, remotio, magnitudo, ſitus, corpus, figura, cõtinuitas, ſeparatio vel diuiſio, numerus, motus, quies, aſperitas, lenitas, diaphanũ, denſitas, vmbra, obſcuritas, pulchritudo, deformitas, ſimili-

tudo, diuerſitas, Vitell. in prin. 2. neque corpus vllum per ſe colorem ſine luce habere, docet pluribus rationibus Lucret. 2. de rer. natur. incipitq; ibi:

*Nullus enim color eſt omnino materiai*
*Corporibus, neq; par rebus nec deniq; diſpar.* &c.

Ariſtot. in præd. 2. de animal. c. 7. inter lucem & lumen diſtinguit & colorem. Lumen dicit perſpicuum aliquid ac diaphanum: illud autem non per ſe, ſed mediante colore aliorum perſpicuum, vt eſt aer, aqua, & ſolidorum complura, vt vitrum, glacies, cryſtallum. Traditq; lumen eſſe actus perſpicui, & colorem in lumine videri: lucem autem & in tenebris & ſine lumine, vt in igne. ideo Vitell. diaphanum corpus lib. 2. definit, per quod lumini patet tranſitus: contra vmbroſum, per quod non patet.

## *De luce & coloribus.* CAP. VI.

LVx in primam & ſecundam & minimã ſeparatur. prima, ſecundam & tertiã facit: vt lux prima, quæ illuminat totam domum: ſecunda quæ in angulis domus eſt: minima quæ ſi ſubdiuidatur, non habebit actum lucis. Theoremata lucis proſequitur Ioan. Piſanus epiſcopus Cameracenſis, in perſpectiuæ lib. 1. quam emendatam protulit Paſchaſius Hamelius nuperrimè. Color, eſt motus actus perſpicui, apud Ariſtot. apud Themiſtium autem 2. de anima cap. 22. & Platon. in Timæo, color eſt veluti flammula quædam, fulgorq; ex ſingulis corporibus emanans, partes habens viſui ad ſentiendum accommodatas. Album & nigrum, duo colores præcipui, viſum diſgregat album: congregat nigrum, vt ait Plato in Timæo. Ex horum commixtione ſecundum plus & minus, quinq; oriuntur alij colores iuxta Ariſtot. de coloribus ſi æqualiter miſceatur rubedo: inter album & rubeum alij duo, vnus albo, alius rubro proximior: ille glaucus, hic puniceus. Sic inter rubeum & nigrũ, alij duo: proximior rubeo purpureus, nigro viridis. Lux apud pictores potiſſimum, de ſubſtantia coloris ponitur. eaq; eſt clara, obſcura, multa, pauca. Multa & clara, albedo in puro perſpicuo. Obſcura & pauca, nigredo. Ideo, ratione remiſsionis & intenſionis, lucis, alij 7. colores ab albedine ad nigredinem oriuntur: alij ſeptem, à nigredine ad albedinem. ita in ſumma colorum 3. principales, albedo, rubedo, nigredo: & 14. mediæ: quorum ſeptem per intenſionem graduum ab albo ad nigrum: & ſeptem, per remiſſionem à nigro ad album. Conſtant autem omnes, ſubiecta



ſubiecta materia & luce quæ ei admiſcetur, & medio. Qui plura de coloribus & picturis deſiderabit, conſulat Plinium libro 35. Cardanum libro 7. de ſubtil. & libro 13. de rer. variet. capite 67. Alciat. Antonium Tyleſium lib. de coloribus, & nos infrà de pictura agemus Deo iuuante.

## *De triplici videndi modo, & de directa viſione.* CAP. VII.

VIſio ob triplicem videndi modum, triplex eſt: directa reflexa, & refracta. Directa, cum viſibilis radius, rei viſæ eſt perpendicularis. quod fieri poteſt vel ſurſum, vel deorſum, vel ad latera, cum reſpectu omnium centrum ſit oculus. De quo viſu Ariſtot. quædam adfert lib. problem. ſect. 11. quæſt. 62. Sciendum tamen, vna viſione ſimul ſurſum deorſumq; & ad latera, inſpici nõ poſſe, quia axis vel acies viſus, ad diuerſa ſimul non dirigitur, vt docet Vitell. prin. lib. 4. perſpecti.

## *De reflexione viſus & ſpeculorum differentia.* CAP. VIII.

VIdendi modus per reflexionem alius: reflexio fit in corporibus politis arte vel natura, & hæc corpora ſpecula dicuntur. Politio corporum, eſt continuitas partium ſuperficiei. politi corporis, ſine ſenſibili diuiſione, vel ſine poris. Speculorum reflexionem facientiũ plures inueniuntur ſpecies, vt alia ſint plana: alia conuexa: & triplicis generis ſphærica tria: concaua, columnaria, pyramidalia, de quibus & eorum reflexionib. Vitell. lib. 5. theorem. 8. & ſequent. Cardanus ex illo libro 14. de ſubtilit. & de chalibei ſpeculi compoſitione lib. 11. de rer. variet. cap. 57. de alio alterius generis lib. 13. de rer. variet. c. 63. De experimentis omnium ſpeculorum Antonius à Porta libro 4. de miracul. rer. natural. Vitellio lib. 5. 6. 7. 8. 9. Ioan. Piſanus in 2. libro perſpect. quam emendauit Paſcaſius Hamelius. In reflexionibus omnibus à quibuſcunque ſpeculis factis, apparet quidem forma rei vt plurimum ante oculos conſpectui quaſi oppoſita, cum tamen ſecundum veritatem non opponatur: omniſq; reflexio debilitat vires & colores, quamobrem in omni reflexione latet viſum veritas lucis & coloris plus quàm in directa viſione. De ſpeculis etiam Vitellio egit libro 9. theor. 44. quæ radijs ſolaribus expoſita ad communem eorundem radiorum concurſum, ignem accendere poſſunt,

ſunt: inter quæ illud celeriorem videtur efficere combuſtionem, quod ſic excauatum eſt, vt in eius ſuperficiem incidentes radij ſolares, ad vnum certum & commune punctum refragantur. quando illud in formam ſectionis recti, atque rectanguli coni, quæ parabola dicitur, fuerit excauatum. De cuius artificio Orontius Fineus librum compoſuit, de ſpeculo vſtorio.

### *De Refractione.* CAP. IX.

VIſio refracta fit, cùm per medium alterius diaphani fit, vt cùm per aërem fertur, viſio, vel ſub aquam, vel vltra vitrum: huic enim diſſimile medium occurrens, viſuales radios refrangit, & fracto radio, res apparet interrupta: atque ſecundum diuerſitatem diaphani, fiunt diuerſæ refractiones. Maioris quippe diaphani & magis lucidus aër aqua, & ignis aere: Et aquæ quæ puriores & liquidiores commixtis & denſis. Et quò magis diaphanum craſſius, eò magis figura craſſior, de quibus omnibus Vitellio. lib. 1. Macrob. lib. 7. Saturnal. c. 14. Ioan. Piſanus toto lib. 3. perſpectiuæ.

---

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER XV.

## In quo agitur de Arithmetica, & menſuris, & ponderibus.

### *De Numero & numerandi notis.* CAP. I.

GRæcis Arithmos, numerus Latinis eſt, vnde Arithmetica, ars numerandi. Soli autem homini, inter omnia animantia datum eſt, poſſe numerare, vt ait Ariſtot. problem. ſectio. 30. queſt. 5. Tradit Suidas in verbis γελοιότερον Μελίδε, ſtultius Meltide. Amphiſtidem vt fatuum à poëtis exagitatum, quòd vltra quinque numerare neſciret. Numerus, eſt multitudo ex vnitatibus numerantibus aggregata. Sunt enim vnitates, in vno quoq; numero, vt ait Ariſtot. lib. 13. Metaphyſ. cap. 6. Numeratio, eſt ſummæ cuiuſuis, vel numeri expreſſio. Expreſſio autem eſt diuerſa,

pro



pro modo regionum & idiomatum, figuræq; numerorũ diuerſæ. Nam interdum notis, interdum calculis multiplicatis, interdum literis, numeratum, interdum clauis. Notæ erant Arabicæ quas zifras dicimus. Sic meminit Plin. lib. 7. ante vſum literarum, per clauorum fixionem annales conſulares numeratos, atque Volſinis clauos quoque indices numeri annorum fuiſſe, in templo Nortiæ Hetruſcæ deæ. Plin. lib. 7. cap. 40. Thraciæ gentis morem eſſe ſcribit calculis colore diſtinctis prò experimento cuiuſque diei, ſcilicet, num felix vel infelix contigerit dies numerare, vt in vrnam condere ac ſupremo die ſeparatos dinumerare, atq; ita de quoque pronuntiare. Alludit Perſius Satyr. 2.

*Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo.*

### *Numerorum notæ antiquorum.* CAP. II.

| *Indorum,* | *Græcorum,* | | *Hebræorũ,* | *Latinorum.* |
|---|---|---|---|---|
| 1 | α | | א | I |
| 2 | β | | ב | II |
| 3 | γ | | ג | III |
| 4 | δ | | ד | IIII, *vel* IV |
| 5 | ε | | ה | V |
| 6 | ϛ | | ו | VI |
| 7 | ζ | | ז | VII |
| 8 | η | | ח | VIII |
| 9 | θ | | ט | IX |
| 10 | ι | Δ | י | X |
| 11 | ια | Δι | יא | XI |
| 12 | ιβ | Διι | יב | XII |
| 13 | ιγ | Διιι | יג | XIII |
| 14 | ιδ | Διιιι | יד | XIIII |
| 15 | ιε | Δπ | יה | XV |
| 16 | ιϛ | Δπι | יו | XVI |
| 17 | ιζ | Δπιι | יז | XVII |
| 18 | ιη | Δπιιι | יח | XVIII |
| 19 | ιθ | Δπιιιι | יט | XIX |
| 20 | κ | ΔΔ | כ | XX |
| 21 | κα | ΔΔι | כא | XXI |
| 22, &c. | κβ, *&c.* | ΔΔιι, *&c.* | כב | XXII |
| 30 | λ | ΔΔΔ | ל | XXX |
| 31 | λα | ΔΔΔι, *&c.* | לא | XXXI |
| 40 | μ | ΔΔΔΔ | מ | XL |
| 41 | μα | ΔΔΔΔι, *&c.* | מא | XLI |

| *Indorum,* | *Græcorum.* | *Hebræorum,* | *Latinorum.* |
|---|---|---|---|
| 50 | ν 𐅄 | נ | L |
| 51 | να 𐅄 ι, &c. | נא | LI |
| 60 | ξ 𐅄 Δ | ס | LX |
| 61 | ξα 𐅄 Δι, &c. | סא | LXI |
| 70 | ο 𐅄 ΔΔ | ע | LXX |
| 71 | οα 𐅄 ΔΔι | עא | LXXI |
| 80 | π 𐅄 ΔΔΔ | פ | LXXX |
| 81 | πα 𐅄 ΔΔΔι | פא | LXXXI |
| 90 | ϟ 𐅄 ΔΔΔΔ | צ | XC |
| 91 | ϟα 𐅄 ΔΔΔΔι | צא | XCI |
| 100 | ρ H | ק | C |
| 200 | σ HH | ר | CC |
| 300 | τ HHH | ש | CCC |
| 400 | υ HHHH | ת | CCCC *vel* CV |
| 500 | φ 𐅅 | ך | CCCCC *vel* IↃ |
| 600 | χ 𐅅 H | ם | CCCCCC |
| 700 | ψ 𐅅 HH | ן | CCCCCCC |
| 800 | ω 𐅅 HHH | ף | |
| 900 | ϡ 𐅅 HHHH | ץ | |
| 1000 *mille* | α, X | א̈ | M *vel* CIↃ *vel* ∞ |
| 2000 *bis mille* | β, XX | ב̈ | |
| 3000 *ter mille* | γ, XXX | ג̈ | |
| 4000 | δ, XXXX | ד̈ | |
| 5000 *quinque mil.* | ε, 𐅆 | ה̈ | XM *vel* IↃↃ |
| 6000 | ϛ, 𐅆 X | ו̈ | |
| 7000 | ζ, 𐅆 XX | ז̈ | |
| 8000 | η, 𐅆 XXX | ח̈ | |
| 9000 | ϑ, 𐅆 XXXX | ט̈ | XM *vel* CCIↃↃ |
| 10000 *Myrias, decem millia.* | ι, M | א̈א | |
| 20000 | κ, MM | ב̈ב | |
| 30000 | λ, MMM | ג̈ג | |

*Hebræ*

40000

| *Indorum,* | *Græcorum.* |
|---|---|
| 40000 | μ, MMMM |
| 50000 *quinquaginta mill.* | ν, $\lvert\overline{M}\rvert$ |
| 60000 | ξ, $\lvert\overline{M}\rvert$ M |
| 70000 | ο, $\lvert\overline{M}\rvert$ MM |
| 80000 | ϖ, $\lvert\overline{M}\rvert$ MMM |
| 90000 | ϟ, $\lvert\overline{M}\rvert$ MMMM |
| 100000 *centum millia.* | ρ, |
| 200000 *ducenta millia.* | σ, |
| 300000 | τ, |
| 400000 | υ, |
| 500000 *quingenta millia.* | φ. |
| 600000 | χ, |
| 700000 | ψ, |
| 800000 | ω, |
| 900000 *noningenta mill.* | ϡ' |
| 1000000 *decies centena millia.* | |

## *De diuiſione Numerorum.* CAP. III.

NVmerus omnis, aut monadicus ſimplex, quem vocant digitum: aut ex monadibus compoſitus, vocant articulum, vel ex vtroq; compoſitus. Monadicus, non egreditur denarium. Sic 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & o, zero. Decadici hi, 10. 20. 30. 40. 50. &c. addito ſemper, o, micron, monadicis. Compoſiti vel mixti, vt 12. 13. 14. 15. 16. &c. 120. 131. 142. &c. Monadicus, denarium non excedit, etiam apud exteras nationes, adfert rationes Ariſtot. problem. ſectio. 15. q. 3. Quomodo autem per digitos & articulos, antiqui numerarent, docet Beda, lib. 1. de natura rerum, cap. 1. Numerus rurſum omnis, vel ſecundùm Theoriam, vel ſecundũ Praxim conſideratur: & in Theoria, vel ſecundum ſe, ad figuras geometricas non applicatus: vti ſi dicimus duo ſimpliciter: vel ad aliquid, relatione facta ad aliud, vt ſi conſideremus 4. relatione ad 2. aut ratione figuræ. Secundùm ſe rurſum, vt ſi ſit par aut impar: ſunt enim illa duo elementa numeri, ſecundum Ariſtot.



| *Hebræorum,* | *Latinorum.* |
|---|---|
| *Multiplicant deinceps ſuas notas.* | IↃↃↃ |
| | CCCIↃↃↃ |
| | IↃↃↃ |
| | CCCCIↃↃↃↃ |

Ariſt. 1. Metaphyſ. cap. 5. vnde mixtio eius qui pariter par & pariter impar. Par, in æquales diuiditur numeros: impar in inæquales, pariter par is, cuius partes in pares diuiduntur: pariter impar, contra: hinc & impariter par,

Numerus par, 2. 8. 16. 128.

Impar, 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. 17. 19. 21.

Pariter par, vt 8. 32. 128.

Pariter impar, vt 6. 10. 14. 22.

Impariter par, qui ſemper non diuiditur in pares, 12. 20. 28. 40.

Diuidunt & iterum numeros in perfectum diminutum, abundantem, cum alio æqualem vel inæqualem, maiorem, minorem, duplum, triplum, &c. Item abundantem, in ſuperparticularem, ſeſquialterum, ſeſquiquartum, ſuperpatientem. Cùm autem transfertur numerorum conſideratio ad figuras geometricas, numeri alio modo quam notis arithmeticis exprimũtur, nempe punctis ſeu calculis, vel virgulis, quibus ſuperficies ſuorum corporum demonſtrant geometræ ex Pythagoræorum

dogmate, & tunc alio etiam modo intelliguntur. Horum autem numerorum quidam lineares dicuntur, qui habent longitudinem, cùm vnitates in vnam partem extenduntur vt ..... Alij plani, quibus figuratur ſuperficies, vt :::: & trigonus .·. tetragonus, pentagonus, exagonus, heptagonus, & ſic de reliquis figuris, quas punctis conſtruunt. Alij ſolidi, quando per numeros ponunt longitudinem, latitudinem, & profunditatem, vt in figuris, quas dicunt pyramides, & cubos. Porrò numerus cubicus, ſit ex bino ductu cuiuslibet numeri in ſe, & in ſui productum: vt fit 8. à 2. & 27. à 3. de quibus omnibus videndus Boët. in Arithmet. Pſellus, Iodoc. Clithoueus, Faber Stapul. Orontij, Buteonis, Forcatuli, & aliorum arithmeticæ: Euclid. 7. 8. 9. geometriæ.

## *De praxi Arithmetices, & notarum vel calculi ordinatione.* CAP. IV.

ILlud, poſt notarum & figurarum cognitionem, obſeruandum in diſpoſitione & ordine illarum, minorem ſemper eſſe numerum qui ad dextram eſt, eo qui ad ſiniſtram: dehinc, primum in dextra gradiendo verſus ſiniſtram ſignificare monadem, ſecũdum decadem, tertium centenarium, quartum millenarium, quintum decimum millenarium, ſextum centenarium millenarij, ſeptimum myriadem. accipe typum.

| *ſiniſtra,* | 2 | 5 | 6 | 7 | 2 | 3 | 5 | *dextra.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | myrias. | centena millen. | decima millen. | millenarij. | centenarij. | decades. | monades. | |

Sic autem ſumma exprimitur huius numeri, duæ myriades, quingenta ſexaginta ſeptem millia, ducẽta triginta quinque. Dehinc obſeruandum, zero, vel omicron. o. vbicunque addatur, decem addere, per ſe autem nihil valere vel ponere, ſed aliarum notarum valorem denario augere, vt 1. cum o. valet decem, ſic, 10. & cum 2. valet ſic 20. viginti. ſic de 3. 4. 5. &c. dicendum. Quod ſi duo oo. vel tres ooo. addantur monadibus, primum dextrum addit decem, ſecundum verſus ſiniſtrã docet notam valere centum, ſi tertium valere mille, ſi 4. decem millia, & ſic conſequenter



ſequenter vſque ad myriadem, vt 10. valet decem: vt 100. centum: 200. ducenta: 1000. mille: 2000. duo millia, &c. In calculis, diſpoſitio, quæ fit à dextra in ſiniſtram in Ziphris, fit in lineam ſurſum: vt inferiores minoris, ſuperiores maioris numeri ſunt.

Quod ſi ad latus aliquis calculus adijcitur parti ſiniſtræ, hic mediam partem eius numeri, cui adijcitur, valet.

o *myriades*
o *centenarij millenarij*
o *decanici millenarij*
o *millenarij*
o *centenarij*
*quingenta* o o *decades*
*quinque decades* o o *monades*
o
*quinque medium decadis.*

## *De Regulis communibus: Primum de Additione.* CAP. V.

COmmunia vtrique modo numerandi ſunt, additio, ſubſtractio, multiplicatio, partitio: de quibus dantur regulæ & praxes. Additio eſt duorum vel plurium numerorum, in vnam ſummam collectio. Regulæ additionis hæ. 1. numeri addendi perpendiculariter ſecundum propriam naturam ſubſcribendi, monades monadibus, decades decadib. & poſtea linea claudendi, vt

| | |
|---|---|
| 1532<br>2342 | *numeri addendi* |
| | *linea* |
| 3874 | *additio* |

Secunda regula, à monadibus à dextra in ſiniſtram addito incipienda, vt in exemplo propoſito, 2. & 2. ſunt 4. 4. & 3. 7. &c. reliqua docent Arithmetices protriti libri.

## *De Subſtractione.* CAP. VI.

SVbſtractio ſeu ſubductio, eſt à maiori vel æquali numero ſubtilis ablatio. id enim quod æquatis duobus numeris ſupereſt, abſtractio eſt: Suntque tres numeri, vt in hoc exemplo,

| | |
|---|---|
| 1572 | *numerus à quo ſubſtrahitur.* |
| 1436 | *numerus qui ſubſtrahitur.* |
| 0136 | *numerus ſubſtractus ſeu ſubſtractio.* |

Regulæ hæ. 1. maiorem numerum ſuperiùs, minorem

inferius deſcribi, ordinatione hac, vt ſupponantur monades monadibus, decades decadibus, &c. cum linea.

2. Vt ſi nihil ſuperſit ſubſcribatur o. vt in exemplo.

3. Vt ſi minor ſit numerus inferior ſuperiore aliquo in loco, vt in monadib. exempli, ſemper ex ſuperiori proximo numero, monas vna accipiatur quæ valet 10. vel duæ ſi tot requirantur poſteà diuidantur.

4. Cum ex numero vbi plures o. concurrunt, detrahendus eſt numerus alius minor, prius o. valet 10. cæteri ſequentes 9. vt hoc exemplo.

5. Modus progrediendi, eſt à monadibus ad ſiniſtram.

| |
|---:|
| 4000 |
| 542 |
| 3458 |

## *De Multiplicatione.* CAP. VII.

MVltiplicare, eſt oblatis duobus numeris, alterum toties componere, quot ſunt in reliquo vnitates, vt quater ter ſunt 12: aut numerum vnum per tot quot habet vnitates, argumentare vel diducere, vt quater quater ſunt 16. Pro faciliori multiplicatione, componunt omnes ferè arithmetici tabellam: alio tamen modo ſic multiplica, X ponendo ad ſiniſtram multiplicandos numeros, & ad dextram numerum qui deficit illis ad denarium implendum: deinde dextrum in ſe multiplica, & ſubſcribe, dehinc ſubtrahe, vt videbis infrà.

| | | | |
|---|---|---|---|
| multiplicandi numeri. | 8 | X | 2 |
| | 7 | | 3 |
| | 5 | | 6 |

Sic autem operare, ter 2. ſunt 6. ſubſcribe 6. poſteà, ſubſtrahe ab 8. priori 3. vel ab inferiori. 7. 2. ſupererūt 5. ſubſcribe itaq; illis 5. & habebis ſepties octo facere 56.

Diſponimus & ſic numeros in multiplicatione,

| | |
|---:|---|
| 23 | *numerus multiplicandus per* 12. |
| 12 | *numerus qui multiplicat* |
| 46 | *progreſſio prima multipl. per* 2. *cum* 3. *&* 2. |
| 23 | *progreſſio ſecunda multipl. per* 1. *cum* 3. *&* 2. |
| 276 | *ſumma ex multiplicatione.* |

Regulæ multiplicationis. Prima numerus multiplicandus prior ſcribendus, poſteà is per quem multiplicatur, dehinc linea ſubijcienda.

Secunda, incipienda multiplicatio à dextra in ſiniſtram.

Tertia, ſi ſint plures numeri multiplicandi, vt 352. per vnum multiplicantem, vt per 3. ordine cum illo multiplicante



cante ſunt proſequendi, vt ter duo ſunt 6. ter 5. ſunt 15. ter 3. 9. ſic

| |
|---:|
| 352 |
| 3 |
| 1056 |

Quarta, ſi plures ſint multiplicantes, vnus poſt alium, omnes multiplicandos proſequitur numeros, ſubijciendo primam quamque ſummam multiplicatam, ſub multiplicante poſteà à dextra in ſiniſtram, vt hoc exemplo docetur,

| | |
|---:|---|
| 1525. | *numerus multiplicandus.* |
| 63 | *multiplicans.* |
| 4575 | *prima ſumma ex multipl. multiplicant.* 3. |
| 7150 | *ſecunda ſumma ex ſenario.* |
| 76075 | *ſumma integra.* |

diducitur & quodlibet totum ſeu as in ſuas partes, pars in partes & minuta: vt as in vncias, vncia in ſemiuncias ſeu 2. partes, vel in ſextulas, id eſt 3. partes, &c. vt apud Voluſium Metian. in lib. de diſtribut. partium, aureus in ſolidos, ſolidi in denarios, &c. ſic de ſimilib. vſque ad propè infinitas partes, ſicut indicat Horat. in arte poët. dum ait.

*Romani pueri, longis rationibus aſſem*
*Diſcunt in partes centum diducere.*

Sic ſigna cœli in gradus, gradus in minuta, minuta in 2. &c.

## *De Partitione.* CAP. VIII.

PArtitio, eſt numeri in partes aliquas determinatas & certas facta diſtributio, & fit cùm toties minor numerus diducitur à maiore, quoties fieri poteſt. In hac, tres numeri conſiderantur: diuidendus, diuidens, & proueniens. Regula in hoc prima, quod in diuiſione, à ſiniſtra in dexteram fit progreſſus, à prima diuidendi numeri nota, ſi diuidens ingredi poſſit: ſin minus, à ſecunda vel tertia, vt tamen diuidens ad vtraſque præcedentes referatur.

Secunda, ſi in diuiſo ſit aliquid relictum indiuiduum, quod euacuare non poſſit diuidens, id debet ſuperſcribi diuiſo numero ſubſtracto euacuato, & poſtea relictum in minores partes multiplicandum & partiendum rurſus per eundem diuidentem.

Tertia, antequam ad diuiſionem primæ vel ſecundæ notæ perueniamus, perpendere debemus quoties diuidens numerus ingredi poteſt diuidendū, & ſic debet fieri

primum multiplicatio, deinde ſubſtractio à diuidendo.

Quarta, numerus prouenieris, ad latus aliorum numerorum diſtinctione lineari poni debet, vt in numero 136. diuidendo per 3. hoc erit exemplum,

| | | |
|---|---|---|
| | 1 1 | *ſupereſt diuidenda monas* |
| *numerus diuidendus* | 1 3 6 | |
| *numerus diuidens* | 3 3 | [45 *numerus proueniens* |

Quinta, ſi plures ſint numeri diuidentes quàm monadicus vel digitus vnus, vt 25. 34. 252. &c. procedendum per omnes, antequam productus ſcribatur. multiplicando & ſubtrahendo, quemadmodum in ſimplici monade dictum, vt in diuidendo numero 3560. per 125.

| | | |
|---|---|---|
| | 1 | |
| | 2 6 0 | *ſuperſunt diuidenda* |
| | 1 1 0 | |
| *numerus diuidendus* | 3 5 6 0 | |
| *numerus diuidens* | 1 2 5 5 | [28 *numerus proueniens.* |
| | 1 2 | |

*De alijs Regulis.* CAP. IX.

EST alia norma numerandi, cum datis tribus numeris, oportet quartum proportionalem inuenire, vocant regulam ſocietatis vel trium rerũ, vel quatuor proportionalium: in qua, vt ſe habet primus numerus ad tertium cognitum, ita ſe habet ſecundus ad quartum. vt ſi primus ſit res certa æſtimata, ſecundus eius pretium, tertius numerus aliarum rerum pari modo æſtimandarum, ex illis conſurget quartus, pretium earundem. Cuius regulæ conceptio hunc in modum fit: ſi 3. libræ plumbi emantur 50. aureis, quot aureis ementur 20. libræ plumbi. Diſponitur autem ſic, ſi 3. 50. 20. in quo, ad quartum habendum, oportet multiplicare poſtremum numerum dextrum per ſecundum verſus ſiniſtram, & multiplicatio dehinc diuidenda per primum, & conſurget quartus hoc modo,

| | | |
|---|---|---|
| *multiplico per* | 20 | |
| | 50 | |
| | 00 | |
| | 100 | |
| | 1000 | *ſumma multiplicationis* |

Diuido



Diuido ſummam, multiplicatam 1000. per 3. ſic,

| | |
|---|---|
| 1 1 1 | |
| 1 0 0 | [333 |
| 3 3 3 | |

Et ita 20. ℔ plumbi valebunt 333. aureos: ſed ſupereſt vnitas diuidenda, quam ſectionibus minoribus multiplicando, poſteà ad diuiſionem ſimilem reuocabis. Eſt & alia regula, quæ Algebræ eſt, quadraturæ numeri & cubi. Quadratè numerum multiplicare, eſt oblatum quēmnis numerum in ſeipſum ducere, hoc eſt, præfatum numerum toties in vnũ componere, quot in eo ſunt vnitates: vtpotè, ſi multiplicauero 4. per ſe, conſurgent 16. qui numerus erit quadratus: & 4. quadrata radix, ſicut quadratum magnum in Geometria in quatuor minora quadrata, diuiditur. Cubicus numerus ille eſt, qui ex gemina alicuius numeri p ſeipſum multiplicatione, vel ex vnico in ſeſe ductu & ſemel in productum numerum oritur. Radixque cubica, nihil aliud, quàm ipſe numerus multiplicatus, eundem cubum efficiens numerum.



Quemadmodum ſi multiplicauero 2 hunc in modum bis. 2. bis efficiunt 8. vel facilius bis 2. faciunt 4. & bis 4. 8. numerus 8. cubus eſt: & 2. eiuſdem cubi cubica radix. Sed qui plura de radice quadrati & cubi & horum operatione ſcire deſiderabit, conſulat Orontium lib.1. Arith. c.7. & 8. Buteonem lib.3. Arith. Algebran. Ioan. Scheubelij: Diophantem Græcum authorem.

*De Vi efficaciaq; numerorum.* CAP. X.

OMnia quæ ſunt, inquit Boëtius, numeris conſtant. Siquidem Deus omnia fecit in numero, pondere & menſura, Sapient. cap.11. vt non mirum ſit, aliquando Pythagoricos dixiſſe ex numeris omnia facta, vt ait Ariſtoteles Metaphyſ.1. cap.5. & Macrobius dixit, animam corporibus, certa numerorum ratione ſociari, lib.1. 1. in Som. Scip. cap.13. Verùm Proclus in Timæum Platonis, Pythagoricos quatuor numerorum conſtituiſſe rationes, tradit, aliam vncalem, vt in Muſica & carminibus, ſeu verſibus: aliam naturalem, vt in rerum compoſitione: aliam rationalem; aliam diuinam. Quanta autem vis muſicæ, iam diximus: quanta inſit verſibus & carminum numeris, nemo eſt q ignoret ex his, quæ dicemus in poëſi. Porrò quãta ſit in diuinis & naturalibus, collegit Hen-

ricus Agrippa lib.2.de Occul.philoſ.cap.3.Semper autem antiqui maiores imparibus numeris, quàm paribus vires tribuerunt. Tum etiam ſacri interpretes, vt D.Hieronymus, Origenes in 7.Geneſ.Franc.Georg.Venetus lib.Problematon ſacræ Scripturæ, ſect.2.quæſt.85.tom.1.Cyprianus, Tertullianus & alij. Sic Plinius lib.28.cap.2.& Galenus & Hippocrates in lib.de Dieb.decret. tradunt omnes impares numeros ad omnia vehementiores: quod in febribus oſtenditur dierum obſeruatione. Obſeruant & in pillularum numero exhibendo Medici imparem numerum, vt efficacius agant. Quam tamen ſententiam Matheus de Luthya Medicus, libello ſeu dialogo de Diebus decretorijs, ſubuertere nititur, referens vim non ad numerum, ſed ad naturæ efficaciam in decretorijs diebus & alijs. Quòd numerus per ſe actus non ſit, ſitque in mathematica abſtractione, & imparitas ſit forma accidentalis, non ſubſtantialis ex Ariſtotele Metaphyſ.4.comment.5. quódve quantitas diſtincta numero, non ſit actiua, vt ait Ariſtoteles in Prædicam.& Metaphyſ.3. Veruntamen & dixit Vigilius, Deum numero impare gaudere, Ecloga 8.& in Ciride. Perſuaſum & Platoni in Timæo, & Macrobio libro 1.in Somnio Scipionis, cap.6. & lib.2.cap.2.imparem numerum, marem & efficatiorem: parem, fœminam. Et Vegetius in Re milit. ſcribit foſſarũ caſtrenſium latitudinem, eſſe imparitati accommodendam. Cabaliſtæ ex numeris nominum diuinorum mirabiles colligunt virtutes, & ex nomine Dei quadrilitero, 12.& 42.& 72.literarum, vt tradit Rabi Hatzados in Petit.1. Gale razeia, id eſt, releuationis ſecretorum. Et Galatinus libro tertio contra Iudæos, capite 9. Reuchlinus libro tertio de Arte Caballiſtica.

## *De Monade, & alijs quibuſdam numeris.*
## CAP. XI.

MOnas Pſello in Arithmetica, ob id quod diuidi nequeat, pacis, concordiæ, amicitiæ, & pietatis eſt ſymbolum. Et principium cuiuſque, vnum eſt, & circa vnum. Ariſtoteles libro 5.Metaphyſ.cap.6. multa & lib.13.Metaphyſ. cap.8. refert vnum ad Deum. & Dionyſius Areopagita libro de Diuinis nominibus, cap.4. quia Deus vnus: Deuter.6. Exodi 20. Matth.23. Ioan.8. ad Galatas 3. ad Epheſ.4. 1.Timoth.2. De hac vnitate plura D. Cyprianus tract.3. de Simplic.prælat. Monas tamen non eſt numerus, ſed principium numeri. Binarius vtique primus



mus eſt numerus, de quo Macrobius in 1.in Somn.Scip. cap.6. Lactantius libro de Opificio Dei, cap.8.& 10. Ternarius numerorum potentiſſimus, trinus Deus in perſonis, & vnus in ſubſtantia: tres in Cœlo, &c. 1.Ioan.cap.5. Ter orauit Dñs Ieſus Chriſtus eundem ſermonem dicẽs, in horto oliuarum. Ter repetunt incantationes Magi, Virgil.Eglog.8. *Ibi terna tibi hæc*, &c. De ternario numero totum integrum libellum compoſuit Auſonius, quem vocauit Gryphum: ſub ternario omnia contineri ſcribit Ariſtoteles 1. de Cœlo, cap.1. Omitto perſequi reliquos numeros, nam de illis fusè iam tractarunt Mart.Capella lib.7.Boet.Agrippa lib.2.de Occul.philoſ.cap.10. Philoſt. de vita Apollonij, lib.3.cap.9. Quare hactenus de numeris dicta ſint.

## *De Menſuris.* CAP. XII.

DE menſuris etiam dicendum eſſe numerus nos admonet: nam in illis numerus obſeruatur. Menſura apud Euclidem, eſt quicquid pondere, capacitate, longitudine, latitudine, altitudine, animoq́; finitur. Quãobrem ſecundùm Georg.Agricol. lib.1.de Menſuris, menſuræ expendũtur capacitate vaſculi, & eſt menſura liquidorum & aridorum: aut grauitate, id eſt, pondere: aut interuallo, vt apud Geometras. Menſuræ liquidorum vaſculorum ſunt, ratione diuerſarum regionum variæ, & à locis etiam nominatæ, vel ab arte: vt Romanæ, Atticæ, Medicæ, georgicæ, externæ, Perſicæ, Syriæ, Hebraicæ, Aegyptiæ, Arabicæ, Romanæ, vt culeus 20.amphorarũ: amphora 2.vrnarum: vrna 4.congiorũ: congius 6.ſextariorum: ſextarius 2. heminarum: hemina 2. quartarum: quartarius 2.acetabulorũ: acetabulum ſeſquicyathi: cyathus 4.cochlearum: cochlear vel lingula, drachmarum 3. & ſcrupuli vnius. Aridorum Romanæ menſuræ, modius 2.ſemimodiorum: ſemimodius ſextariorum 8. ſextarius heminarum 2. hemina acetabulorum 4.acetabulum cyathi vnius & ſeſquicyathi, cyathus lingularum 4.

Atticæ vel medicæ liquidorum, metrites habens choas 12.chus ſextarios 6.ſextarius cotylas 2.cotyle quartarios 2. quartarius oxybapha 2. oxybaphum, ſeſquicyathum: cyathus conchas 2. aut chemas 5.aut myſtra 4.myſtrum capit chenicem 1. cheme cochlearia 2.cochlearium drachmam 1.

Aridorum Atticæ, medimnus habet chænicas 48.chænix cotylas 3. ſeu ſeſquiſeſtarium: ſextarius cotylas 2.co-

tyle, oxybapha 4. oxybaphum, ſeſquicyathum: cyathus cochlearia 10. cochlear drachmam.

Georgicæ menſuræ liquidorum, metretes quæ habet amphoras 2. amphora choas 4. chus cotylas 12. cotyle oxybapha 4. oxybaphus ſeſquicyathum: cyathus miſtra 4. myſtrum drachmas 4. cum dimidia.

Aridorum, medimnus habet 2. ſemimedimnos: ſemimedimnus lib. 81. tertiarius medimni, lib. 54. ſextarius medimni, lib. 27. ſemiſextarius medimni, lib. 13. & dimidiam, &c. velut in aridis.

Veterinariorum, cotyle habet oxybapha 2. oxybaphus cyathos 3. cyathus myſtra 4. myſtrum cochlearia 10. cochlearium, drach.

Perſicæ menſuræ, 1. chana, quæ habet medimnos Atticos 45. 2. Attabo quæ capit vnum Atticum medimnum, & 3. chœnicas Atticas: ſed illa etiam eſt alterius menſuræ. Nam ſi minor vel media, habet tantùm vnum medimnũ: ſi eſt Aegyptia & minima, eſt 5. capax. At alia menſura modiorum Capitha, habet 2. chœnicas Atticas.

Menſuræ Aegyptiæ: Artaba, de qua ſuprà: Aporrhymæ, 11. ſextariorum, œphin 4. chenicum. Inium, quæ & ſextarius.

Syriæ, metreta, habet ſextarios 120. collathum ſextarios 25. ſabitha ſextarios 22. chœnix ſextarios 4.

Liquidæ Hebraicæ Bath, habet amphoram Atticam, id eſt, 6. hinas. Hin habet 2. congios: eſt & log ſextarius.

Aridorum menſuræ Hebraicæ, Corus habet 10. medimnos Atticos: in Prophetis dicitur homer: Lethec ſiue letheca, capit 5. medimnos Atticos: Epha capit medimnum Atticum, ſat 4. congios vel choas: omer capit 7. ſextarios Atticos, & 5. partem. Interpretes 70. reddunt gomer, Ioſephus aſſaronem. Cab capit 4. ſextarios.

Arabum menſuræ liquidorum, Dorach amphora, cõgios 8. Iohein, id eſt, congius, habet 6. ſextarios, eius media pars Græcis dicitur ἡμίχουν, Arabes dicunt miſſichaus apud Serapionem. Kiſt deprauatum, à ξέστης, Auicennæ acſac & euis, Serapioni aben: Latinis ſextarius, habet heminas 2. Corboni, id eſt, hemina. Rabi Hali dicit mena, Rhaze calicem: Auicennæ eſt media cotyla, quæ quartarios duos capit, cei hati, id eſt, quartarius, acerbula 2. Kaſuf Auicennæ anecſune, Andreæ Aſpago hacſuneſi, interpreti Serapionis acſaſſe, Latinè acetabulum, capit ſeſquicyathum. Cuatum, vel alcuatum Razi à cyatho, interpreti Auicēnæ briala, habet cochlearia 4. Falgerin, Serapioni ſahaliel & cochlanarium, Latinè cochleare, habet liberam menſuralem: apud Rhaſim interpres vertit rotulum.



## *De Ponderibus*, CAP. XIII.

### Pondera Romana.

Libra habet 12. vncias. Nomina, vncia 1. ſextans 2. quadrans 3. triens 4. quincunx 5. ſemis & ſemilibra 6. ſeptunx 7. bes 8. dodrãs 9. dextans 10. deunx 11. as libra. Vncia continet, vel poteſt diuidi in 2. ſemiuncias, in quatuor ſicilicos, vel 7. denarios, aut viginti ſcrupula. Libra cõtinet vncias 12. ſemuncias 24. Duellas 36. ſicliquos 48. ſextulas 72. denarios ſextantes 84. denarios victoriatos 168. ſcrupula 288.

Pondera Græcorum. Attica, Talentum minus Atticum, quod habet minas 60. mina facit drachmas 100. ſic Talentum habet tantũ drachmas 6000. obolos 360000. ſemiobolos 72000. aereola 2160000. Mina habet obolos 600. obolus aereola 6. aereolum habet minuta 7. Talentum maius eſt 8. minarum libr. Roman. 83. & 4. vnciarum. Mina Attica duplex, maior ſeu Solonis, 100. drach. minor ſeu vetus, 65. drachmarum.

Mina medica habet vncias 16. libra vncias 12. vncia drachmas 8. drachma ſcrupula 3. ſcrupulum obolos 2. obolus ſemiobolos 2. ſemiobolus ſiliquam vnam & dimidiam, grana 6. ſiliqua grana 4. Medici libras ſic notant. ℔. mediam. S. q̃. pro quadrãte vel quarta: vnciã ℥. drach. ʒ. ſcrupulum, ℈. granum, gr. vel g^r. Veterionariorum pondera, Mina habet 5. vncias: libra drachmas 90. vncia drachmas 7. & dimidiam: drachma, ſcrupula 5. denarius, ſcrupula 4. ſcrupulum, obolos 2.

Pondera externa Aegyptia, Talentum librar. 80. mina Alexandrina, vnciarum 20. vel drachmarum 160. Mina Ptolomaica, vnciarum 18. drachmarum 144. Drachma autem obolum pendet.

Pondera Hebraica. Cicar ſanctuarij, vel talentum maius, Ioſepho Cnichares, minarum 100. librarum 250. Cicar congregationis, vel talentum vulgare, vel minus, minarum 50. libr. 150. Schekel ſtater, vel ſiclus drachmarum 4. vulgaris autem ſiclus, teſte Rabi Salomone, duarum drachmarũ manus, vnde Græcis mina pendit ſiclos 60. id eſt, libras 2. cum dimidia. Gerah, obolum Atticum pendit: ſicli pars viceſima.

Arabica pondera medica, Manes, vel mina Romana,

Serapioni

Serapioni & Auicennæ vnciarũ 20. mina Alicatica & Elaſaria Serapioni, Alanthalita & Aegyptia, Auicennæ, vnciarum 11. Rotulus, id eſt libra, vnciarum 12. Sacros, id eſt, vncia ſextarium, ſemiuncia Serapioni. Aureus, id eſt, denarius ſeptima vnciæ pars. Darchimi & alki Serapioni, drachma. Garme ſcrupulum & Keomet etiam. Onolaſſet eſt obulus. Danich, hoc eſt, lupinus pendit duas oboli tertias partes, Auicēnæ grana hordei 8. Kirac ſeu ſiliqua, dimidia lupini pars. Ketuf, id eſt, aereolum pendit grana duo. Granum Arabibus, minima pars ponderis.

Talentum Vitruuio 120. librarum eſt: Heſichio librat. 100. ſi libram pro mina maiore Hebraica accipias: At Hebraicum minus talentũ conſtat 125. lib. ſi pro libra Romana accipias.

Vtuntur & noſtri medici manipulo, pugillo, quantum manus præhēdere poteſt. Porrò qui hæc omnia latius deſiderauerit videre explicata, conſulat Georgium Agricolam lib. de ponder. & menſur. & eius epitomatorem Philandrum ad finem Vitruuij, Voluſium Metianum; in lib. de diſtributione, vocabulis & notis parium in rebus pecuniarijs, ponderibus, & menſuris. De menſuris geometricis non addemus quicquam, cùm de illis iam ſatis in Geometria dixerimus.

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER XVI.

In quo agitur de Grammatica.

## *De Grammatices neceſsitate.*

## CAP. I.

GRammatica eſt bene ſcribendi & loquendi ſcientia, ſine arte antea. Vt facilè ſit conijcere, verum illud eſſe quod tradit Suet. Tranquillus de illuſtribus Grammat. olim nec in vſu nec in honore vllo fuiſſe. Semper enim à rudioribus exorſa eſt humana inuẽtio. Vt & natura paulatim perficit à lineamentis ea quæ producit exorſa: & ſi quod perfectum homo initio accepit, paulatim corrumpi id



pi id ipſum permiſit, vt & pro inuentorum conſeruatione, & inueniendorũ ratione, fuerit obſeruatione opus & præceptis. Sed eò magis ad obſeruationem coacta natura, quò preſsit illam neceſsitas. Et quia in ſocietate ciuili, nulla magis pars neceſſaria, quàm diligẽtia in efferendis & inſinuandis mentis conceptibus, & informanda voce, quæ ſine errore poſſet candidè voluntatem repræſentare loquentis: idcirco magnum quoddam fuit opus ſignificantibus cancellos præſcribere, & pronuntiatis errorem adimere: efficit autem id grammatica, quæ ab elementis vocis incipiens ad conuenientem dictionum coniũctionem & certam ſententię ſignificationem, per gradus animum ducit, ſecundum propriam cuiuſque nationis mentem & vſum & idioma: vſitata, vt cognita, facilè emendando: vel vſitata & conſueta, in artem reducendo. Neq; enim omnino incognita, & quæ à vulgari tunc fuiſſent aliena cum leges datæ ſunt, oportuit vel potuerunt conſtitui noua. Quò fit vt pro diuerſitate idiomatum, ſit & grammaticæ diuerſa & diſſimilis: non ſecus ac diuerſarum gentium, diſſimilis conſenſus. Penes conſenſum autem & vſum, vis eſt & norma loquendi, vt ait Horat. in arte poet. Retinent autem illum qualemcunq; notæ & figuræ literarum, vocem perpetuam & penè immortalem reddentes, vt expreſsit Luca. his verſib.

*Phœnices primi, famæ ſi credimus, auſi*
*Menſuram rudibus vocem ſignare figuris.*

## *De Nomine, & quid pertractetur in Grammatica.*

## CAP. II.

FVit certè ſubtile ingenium ei, qui ad leges ſermonem reuocauit, quibus veluti frenis, ne in vicinas loquendi formulas euagaretur, compeſcuit: vt non immeritò apud Hebræos fuerit Grãmatica dicta, דקדוק dikduk, id eſt ſubtile inuentum. Cornel. quoque Nepos, in eo lib. quo diſtinguit literatum ab erudito, literatos ſeu grammaticos eos vulgò appellari ſcribit, qui aliquid diligenter & acutè, ſcienterq; poſſint aut dicere aut ſcribere, vt refert Sueton. de claris grammat. cap. 4. Porrò illa omnia, à literarum cognitione, dum natura illarum perpenditur, procedũt: vnde vt à materia grammatica dicta: Neque enim aliud eſt γράφω quàm ſcribo, nec ſcriptura aliundè quàm per literas, vt faber lignarius, ærarius, &c. à materia quam pertractat dicitur. Atque ex literis fiunt ſyllabæ: ex ſyllabis, dictiones; ex dictionibus, oratio: literas

teras exornat orthographia: ſyllabas, proſodia: dictiones probat etymologia: orationem ſyntaxis.

## *De Literis.* CAP. III.

LIteræ ſunt ſigna pronunciationis: inde Hebræis אותיות otioth ſigna: alijs literæ, quaſi lituræ, vel lectioni iter præbentes. ſunt hæ velut elementa ex quibus cōponitur vox. Sicut canit Lucretius 2. de rer. natura,

*Quin etiam paſſim noſtris in verſibus ipſis,*
*Multa elementa vides multa communia verbis:*
*Cùm tamen inter ſe verſus, ac verba neceſſe eſt*
*Confiteare alia ex alijs conſtare elementis.*

Elementa quippè ſunt, quæ principia aliorum, & in quæ alia corpora diuiduntur, vel potentia vel actu, vt ait Ariſtot. 3. de cœlo. Et Priſciano, elementa ideo literæ, quòd illæ coniunctæ vocem componant, & Tertull. libro 5. contra Marcio. apud Romanos quoque, literas elementa dici tradit. In literis quinque conſideramus: figuram, nomen, prolationem, ordinem, cognationem. In figura vario modo differunt. Nam vel differunt inter ſe, vt a, à v: vel à ſeipſis, vt a paruum, à magno A. Item aliæ figuræ ſecundum mores nationum diuerſæ, vt Gallicæ, Italicæ, Longobardæ ſeu Inſubrum, Hiſpanicæ, Romanæ, Hebraicæ, Chaldaicæ, Arabicæ, Armenicæ, Tzernianæ, Sclauonicæ, Sarracenicæ, Samaritanæ, Græcæ, & ſimiles, quarum characteres Guillel. Poſtellus lib. de duodecim linguis, expreſſit. Et Ioannes Baptiſta Palatin. lib. proprio inſcripto, *lib. nuouo per imparare da ſcriuere tutte ſorte de lettre.* Sunt & alij characteres à forma vario nomine dicti, vt quadrati, pendentes, dentati, curui, &c. Alij à locis & rebus quæ illis ſcribuntur, vel olim ſcriptū eſt, vt apud typographos Ciceroniani, &c. apud alios cancellarij, mercatorum, bullarum apoſtolicarum, Trapezitarum, &c. At in omnibus iſtis differentiæ characterum adhuc conſtituuntur, vt ſunt literæ capitales ſeu maiores, quæ maximè ſunt & quibus inſcribunt libros vel titulos. Verſales quæ incipiunt clauſulas verſus, vel caput quoddam faciunt nominis proprij, aut Dei: aliæ minores: aliæ finales, quæ in fine tantùm, quemadmodū typhographia *a* & *y*: apud Græcos *ν* & *ς*: apud Hebræos ך ף ץ ן ם. Fuerunt & ſigna Aegyptijs, quæ totam ſententiam exprimerent, dicta Hieroglyphicæ literæ, ſeu ſanctæ, de quibus Horus Apollo volumen conſcripſit: aliæ iugatæ & coniunctæ, vt *ſp.* ſeu duplices, vt duo ff. duo ſſ. intitulatæ,



tulatæ, quia efferunt duas literas, vt ā ē, &c. Infractæ, vt p ꝑ q; &, &c. & in his rurſum, qui incidunt vel fundunt litteras, vel tacographia ſcribunt, obſeruant proportiones in corpore literarum, & interuallis earum, & in linearum ſubdiſtinctione, vt paria æqualia ſint dictionis, literæ æquales, linea recta: haſtæ illarum corpus non excedant: ſint inter duas lineas interualla duo corporis litteræ: ne concurrentes haſtæ literarum, ſeſe expungant: vt ſpatiū inter dictiones ſit ſaltem vnius, o. ne cōfundantur dictiones, Figuræ literarum tot ſunt, quot literæ nationum. Sunt & idiomata, quæ exprimunt, Characteribus paucioribus, vel pluribus notis, mentis placita. Itaque Hebræis literæ ſunt viginti duæ, Latinis totidem, Græcis 24. de alijs non loquar, quia non adſunt præ manibus characteres vel figuræ illarum. Adferam autem Hebræas, dehinc Latinas, poſtea Græcas: ſubinde Latinas & Græcas ex latere ſiniſtro Hebraicarum, quæ exprimere videntur illas. Nomina harum ſunt appellationes, vt aleph, alpha, beth, bitha, &c. in quibus hoc annotatum velim, nomenclaturam omnem, ab Hebræis & Chaldæis fluxiſſe, litterarum, vt ex collatione trium inferiorum linguarum liquet: monuit & id Caninius, in ſua grammatica Syriaca. Et Plin. lib. 7. cap. 56. vbi de inuentione literarum agit. literas, inquit, arbitror ſemper Aſſyrias fuiſſe, & alij apud Syros repertas volunt, alij apud Aegyptios. Sic Eupolemus Hiſtoricus, lib. de regibus Iudææ, Moſem ait primum fuiſſe ſapientem, & grammaticam tradidiſſe primum eam qualis tunc habebatur. Phœnices verò ab his poſſediſſe ſcientiam, vtpote

| *fere ſimiles.* | *nomina.* | *prolatio.* | *Hebraica.* |
|---|---|---|---|
| *A Lat. Græc.* | *aleph.* | *a e i o u* | א *ſ.g.q.* |
| | *beth.* | *u conſonans* | ב *ſ.d* |
| | | *β b* | ב |
| *g in tacogra.* | *gimel.* | *g* | ג *r.pa.* |
| *Γ Græc. inuer.* | *daleth.* | *dh* | ד *r.li.* |
| | | *d* | ד |
| *H* | *he* | *h* | ה *ſ.g.q.* |
| *f* | *vaf* | *u* | ו *ſ.la.q.* |
| *ζ Græcum.* | *zain.* | *z* | ז *r.d.* |
| | *cheth.* | *ch* | ח *r.g.* |
| *T in tacogra.* | *teth.* | *t* | ט *r.li.* |

conterminos Iudæis. Meminit & Clemens in lib. Stromaton, & Ciryll. Alexand. libro ſeptimo contra Iulian. apoſt.

apoſt. Qui voluerit ſignificationem appellationis nominum literarum Hebraicarum cognoſcere, conſulat Euſeb. Pamphil. lib. 10. de præpar. Euang. cap. 2. At in Græcis examinandis, ſuadeo, vt cautè quis ſentiat, ne labatur in hæreſim Marci cuiuſdam & Colarbaſi, qui nouam ex alphabeto Grecorum finxerunt hæreſim, de qua Septi. Tertullia lib. de præſcript. contra hæret. Prolationem etiam in margine ſequentis ſchematis coniunximus ſingulis ordinem pariter,

| *Latinæ.* | *Græcæ.* | *pronuntiatio.* | *nomina.* |
|---|---|---|---|
| *A a* | Α α | *a* | *alpha.* |
| *B b* | Β β ϐ | *v b* | *vita.* |
| *C c* | Γ γ ϒ | *g* | *gamma.* |
| *D d* | Δ δ | *d* | *delta.* |
| *E e* | Ε ε | *e* | *epſilon.* |
| *F f* | Ζ ζ | *z* | *zita.* |
| *G g* | Η η | *i e* | *ita.* |
| *H h* | Θ θ ϑ | *th* | *thita.* |
| *I i* | Ι ι | *i* | *iota.* |
| *K k* | Κ κ | *k* | *cappa.* |
| *L l* | Λ λ | *l* | *lambda.* |
| *M m* | Μ μ | *m* | *mi.* |
| *N n* | Ν ν | *n* | *ni.* |
| *O o* | Ξ ξ | *cs* | *xi.* |
| *P p* | Ο ο | *o* | *omicron.* |
| *Q q* | Π π ϖ | *p* | *pi.* |
| *R r* | Ρ ρ ϱ | *r* | *ro.* |
| *S ſ s* | Σ σ ς | *ſ* | *ſigma.* |
| *T t* | Τ τ | *t* | *tau.* |
| *V v u* | Υ υ | *v y* | *ypſilon.* |
| *X x* | Φ φ | *ph* | *phi.* |
| *Y y* | Χ χ | *ch* | *chi.* |
| *Z z* | Ψ ψ | *pſ* | *pſi.* |
|  | Ω ω | *o* | *omega.* |

| *Fere ſimiles.* | *nomina.* | *prolatio.* | *Hebraica.* |
|---|---|---|---|
| *ι* | *iod.* | *i* | י *ſ.p.q.* |
| *C caph. inuer.* | *Caph.* | *χ ch* / *k c* | כך *ſ.p.* / כ |
| *L* | *lamed.* | *l* | ל *ſ.li.* |
| *M. antiquum.* | *mem.* | *m* | מם *ſ.la.* |
|  | *nun.* | *n* | נן *ſ.li.* |
| *σ græcũ inuerſum.* | *ſamech.* | *ſ* | ס *r.d.* |
|  | *ain.* | *a e i o u.* | ע *r.g.* |
| *Π græc. inuer.* | *pe.* | *φ ph* / *π p* | פף *r.la* / פ |
| *z* | *tzade.* | *t z* | צץ *r.d.* |
| *K & Q* | *kof.* | *k* | ק *r.pa.* |
| *r inuerſum.* | *reſch.* | *r* | ר *r.d.* |
| *S* | *ſchin.* | *ſc* / *ſ* | ש *ſ.d.* / ש |
|  | *Taf.* | *θ th* / *t* | ת *ſ.lin.* / ת |



*Harum aliæ ſeruiles, aliæ radicales, gutturales, labiales, palati, linguæ, quieſcentes, dentium, prout demonſtrant literæ adiectæ poſt characteres Hebraicos. ſ, ſignificat ſeruilem: r, radicalem: g, gutturalem: la, labialem: li, linguæ: p, palati: q, quieſcens: d, dentium.*

## *De cognatione literarum inter ſe.*

## CAP. IV.

Cognationem ſeu affinitatem habent literæ vel ratione figuræ, vel ratione pronuntiationis: quamobrem oportet ne errore confundantur proſpicere vel ſcribenti vel legenti vel loquenti,

| | |
|---|---|
| *In charactere affines:* | בגדהזטם |
|  | בנרתומס |
| *affines pronunciatione* | בגדכפת |
|  | *t p c d g b* |
|  | בגדכפת |
|  | *th ph ch dh gh u* |
|  | τ π κ ο ι ξ ζ ψ |
|  | θ β χ ω η κσ σδ πσ |
|  | υ δα |

## *De vitioſa, & emendanda literarũ quarundam pronunciatione.* CAP. V.

In pronuntiando, affinitas literarum, multum habet erroris inter bene loquentes, ſi altera pro altera vſurpetur, ſicuti vulgus nationum quarundam particulare quoddam in hoc habet vitium, vt ex ſubiecta tabella docetur.

*Pronuntiant vulgò,*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Veſphali* | *ω* | *pro* | *a* |
| *Pariſini* | *s* | *pro* | *r, & contra.* |
| | *an* | | *en, & contra.* |
| | *am* | | *em.* |
| | *ij* | | *i, vt tibij pro tibi.* |
| *Vaſcones* | *b* | *pro* | *v conſo. & contra.* |
| *Germani* | *t* | *pro* | *ſd.* |
| | *p* | | *b, & contra.* |
| | *me* | | *m, vt ſomenus, pro ſomnus.* |
| | *tſ* | | *ſ, vt tſum, pro ſum.* |
| | *tc* | | *c, vt fatcio pro facio* |
| | *t* | | *c, vt pettus, pro pectus.* |
| | *u* | | *u.* |
| | *f* | | *v, vt fulnus, pro vulnus: fates, pro vates.* |
| *Vulgus noſtrũ c* | | *pro* | *ſ, & contra.* |
| *Neuſtrij* | *ge* | *pro* | *g.* |
| | *n* | | *m, vt noſtrun, pro noſtrum.* |
| *Bataui* | *i* | *pro* | *g.* |
| *Nannetes & Britan.* | *ll* | *pro* | *g vt llaber, pro glaber.* |
| *Galli* | *l* | *pro* | *ll* |
| *omittunt* | *g* | *vt* | *dinus, pro dignus,* |
| | *h* | | *abeo, pro habeo.* |
| *Itali* | *z* | *pro* | *i.* |
| | *an* | | *o.* |
| | *u* | | *u.* |
| *Vaſcones omittunt p, vt iſe pro ipſe.* | | | |
| *Holandi* | *z* | *pro* | *s* |
| | *dz* | | *z, vt Medzentius, pro Mezentius, dzeugma pro zeugma.* |
| *Pariſini omittũt* | *s* | *vt* | *multo ictu, pro multos ictus.* |
| | *t* | | *oporte facia, pro oportet faciat.* |

Poſſem



Poſſem hic dialectos Græcorum ſubnectere, in quibus & aliæ pro alijs literis vſurpantur, & receditur permaximè ab Attica. Sed quia id vitio illis datum nõ eſt, ſed dialecto & idiomati, ſilebo. Qui voluerit tamen varias illas acceptiones obſeruare, legat Anteſignanum in primam partem Clenardi Grammatices.

## *De diuiſione literarum.* CAP. VI.

IAm in Hebraico alphabeto, notatum eſt, literas Hebræorum eſſe, vel principales ſeu radicales, vel ſeruiles, ſeu addititias: item alias palati, gutturis, dentium, linguæ, labiorum. Dehinc omnes illas ferè conſonantes, gutturales tamen denſius ſonare: ex conſonantibus, alias eſſe tenues, quibus ineſt punctorum quod vocant dages: alias duplices, quibus non eſt dages, ſed ſimplex eſt litera ſeu virgula ſuperiecta notata in iſtis literis בגדכפת quę dicitur raphe. Pro vocalibus autem, vtuntur rabini iſtis. אוי Cæterum literis ſuppoſuerunt ad faciliorem ſoni expreſſionem, puncta, quæ vocant motiones: quas diuidũt in magnas & paruas,

| *Nomina.* | *Magnæ. 5.* | *Valor.* |
|---|---|---|
| cametz | ָ | a. *obſcurum cum o mixtum* |
| zere | ֵ | e. *ſubtile* |
| hiric magnum | ִי | i. *longum.* |
| holem | וֹ | *vel punctum ſup. literam* o |
| ſchurec | וּ | u. |
| | *Minimæ.* | |
| pathah | ַ | a *clarum* |
| ſegol | ֶ | æ *craſſum* |
| hatephcametz | ֳ | o *breue* |
| hiric paruum | ִ | *punctus in qualibet litera, i. paruum* |
| kibuts | ֻ | *ſub litera u paruum* |

Motionum, aliæ mutabiles vel ob regimen, vel affixũ, vel numerũ pluralem, vel mutationem generis, & ſunt 4. *cametz* ָ *zere* ֵ *holem* וֹ *hatephſegol* ֱ

Reliquæ immutabiles ſunt. Eſt & compoſitum *hatephſegol* ֱ ſub litera, quod, e, valet. Eſt & ſceua hoc modo, ְ ſub litera e. interdum tamen eſt motio miniſtra: quæ quando legatur & de diphthongis, docent omnes grammaticæ Hebræorum. Item de officijs litterarũ & punctorum, potiſſimũ Quinquaborrei grãmatica in fine. Latini diuidunt literas in vocales proprias 5. a, e, i, o, u. & vnum addita y, & couſonantes 16. b, c, d, f, g, l, m, n, p, q, r, s, t, x, z.

Reijciunt namq; h, quòd ſit tantū aſpirationis nota. Harum quaſdam ſeligunt, vt minimæ per ſe vocis, ideo dictæ mutæ: omnes inquam conſonantes, exceptis, quas vocāt liquidas l,m,n,r. & duplas x, & z. atq; ex vocalibus coniunctis colligunt duorum fermè ſonorum literas diphthongos æ,œ,au,eu,ei. Græci ferè eodem modo diuidunt literas in vocales & conſonantes, ſed vocales mutabiles habent α ε,ο. & immutabiles in coniugationibus, ι,υ,ω, Et præpoſitiuas vt α,ε,η,ο,ω: & ſubiunctiuas υ,ι. Longas quoq;, vt η,ω: breues, vt ε,ο: & ancipites α,ι,υ. Ex quibus omnibus & componūt diphthongos proprias 6. αι,αυ,ει, ευ,οι,ου: & improprias 6. ᾳ,ῃ,ηυ,ῳ,ωυ. At cōſonantes, diuidunt in mutas 9. & 8. ſemiuocales. Mutæ; β,γ,δ,π,κ,τ,φ,χ, θ; quas in tres claſſes ſubdiuidunt tenues 3. κ,π,τ: medias 3. β,γ,δ: craſſas tres. φ,χ,θ. ſemiuocales 8. ſunt, ζ,ξ,ψ,λ,μ,ν, ρ,σ: quarum aliæ duplices 3. ζ,ξ,ψ: reliquæ ſimplices, ex quibus 4. immutabiles λ,μ,ν,ρ.

## *De Syllabis.* CAP. VII.

COllectio literarum, ſyllaba eſt: ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν, conſiderantur in ſyllaba cuiuslibet idiomatis, 4. numerus, ſpiritus, tempus, tonus. Numerus ſaltē duarum literarū, nam vna litera monogrāma, nō ſyllaba eſt: vnde, aliud eſt numeros dictionis, aliud verba tenere. Spiritus, eſt lenior vel durior pronūciatio ſyllabæ, ideò aſper & lenis. literæ Hebræorū ſuos ſpiritus ferūt: lenē habent א,ה. &c. & grauem ut ח. habent & raphe, ſcilicet lineam ſupra literas כ ג ר ב פ ת, quæ reddit aſpirationem, quæ ſic intelligitur, niſi in prædictis literis ב ג ר ב פ ת ſit punctus in gremio, quæ dicunt dages, &c. Latini h. habent aſpirationis ſignum: Gręci, notas ' lenem: ' grauem habent quibus ſupra literas vtuntur. habent & aſpiratas natura literas, vt χ,φ,θ, neque vocalis uel ῥ in principio dictionis eſt apud eos ſine aliquo horum ſpirituū. In medio porrò dictionis ſi duo ρρ, prius lenē, alterum denſum habet ſpiritū, ſic ῤῥ, in principio ſemper dēſum ῥ. Tēpora tria, longū, breue, & cōmune. longū notāt hoc ſigno latini- breue ᵕ. Hebræi nō egent notis, habent enim ſuas motiones vt dixi, longas & breues. Sed & iſta ſpeculatio eſt poetices artis. Tenor accentus dicitur: acutus ita ſuprà dictionem notatus ´, grauis eius notæ `, circunflectus ~ Græcis, Latinis ^. Apud Hebræos, aliæ notæ, & diſtinctio accētus: cōſtituūtq; accentū triplicē, grammaticū, rhetoricū, muſicū: grammaticū vocāt טעם togā, i. guſtū, quo vox reſonat eminentior



eminentior per arſim & theſim, rhetoricū vocant מתג meteg. retinaculū ſeu frenū, quo ornatè dictio pronūtiatur. Muſicū dicunt נגינה neginach, harmoniā. Grāmatici nulli fermè inueniuntur in biblijs ſacris, ſed pro illis muſici inſeruiunt, potiſſimū ſi ſupra vel infra dictionē linea eſt, vel alia nota. Ponitur aūt Rhetoricus מתג meteg ante accentum grammaticū per aliā lineam infra literā, ad retinendum lapſum pronūciationis. Conſulendus de iſtis Sebaſtian. Munſterus in grāmatica poſtrema, in tractatu de accentibus Hebræorum. Commune omnibus linguis ferè, vt acutus in dictione vltima, penultima, & antepen. eſſe poſſit. Grauis tantùm vltimam, circumflexus & vltimam & penult. occupet. Raimundus Mithridates Romanus, de Tropis Hebraicis, acutū dicit duo loca habere apud eoſdem: primum, ſupra literam dictum kadmæ קדמא cuius ſignum quale eſt graue latinis `. ſecundum ſubtus literā, dictum Merca מירכא, cuius ſignū in modum acuti ´. Grauis pariter habet duo loca, ſupra literam in formam acuti ´, dictus gereſch גרש: & infra literam, in formam grauis, dictum טרחא Tarcha.

## *De dictionibus.* CAP. VIII.

COnſtructura ſyllabarū, vel ſyllaba ſi aliquid demōſtrat, dictio eſt. quia aliquid dicit, id eſt, ſignificat menti & auditui, aliquib. nomē. In dictionibus conſiderabimus, etymologiam, pronunciationē, ſyncopem, epentheſim, apocopē, ſynalepham, ethlipſin, apoſtrophē, aphæreſin, proſtheſin, paragogen, hyphen, diæreſin, antitheſin, metatheſin, ſiſtolen, ectaſin. Etymologia, vel dictionem matrem alijs inde natis & formatis, demonſtrat, vel eam ab alia oſtendit. Reuocant omnia nomina ſua Hebræi, ad ſuas radicales primas dictiones, quæ ferè ſemper tribus literis conſtant. Compoſuit in Latinis librum de Etymologia Varro, in Græcis autem fœliciter nuperrimè Henrichus Stephanus, Theſaurū veluti per radices linguę Græcę exhibuit. Pronūciatio, docet qua parte dictionis vox habeat arſim, id eſt, longiorē remorā: & qua parte deflectat, & habeat theſim, docent hæc vulgati lexici Latinogallici Roberti Stephani, & alij nuper excuſi, in quibus annotant dictionibus accētus. in Græcis nominibus & Hebraicis, vtiq; etiā vbiq; adiuncti, niſi in cōmentarjs Rabinorū, quibus nec pūcta vocalia adijciunt.

Syncope, ablatio de medio dictionis, vt audacter, pro audaciter.

Epentheſis, interpoſitio in dictione, vt induperator pro imperator, aut literæ geminatio.

Apocope, ablatio à fine: familiaris Græcis.

Aphæreſis, ademptio primæ ſyllabæ, vt pone metum pro depone

Broſtheſis contrà, adiectio in principio dictionis, vt gnate pro nate.

Paragoge, adiectio in fine dictionis, frequens Græcis.

Apoſtrophos, auerſio qua oſtenditur vocalem vel diphthongum deeſſe in fine ſigno' hoc in ſpatio poſito, vt ἀπ' ἐμοῦ Galli interdum confodiũt apoſtrophen, in e, hoc modo e' vel e'.

Synalepha, quãdo ex duabus vocalibus vel diphthongis, fit coalitio, vt ex τὸ ὄνομα fit τοὔνομα, ex ὦ ἀγαθὲ ὠγαθὲ, vt ſæpe apud Ariſtotelem & alios.

Ethlipſis, quando finalis ſyllaba dictionis in m. deſinit, idq; cum vocali qua incipit ſequens dictio, eliditur cum ſua vocali, vt in ventur' excidio Libye, pro venturum excidio Libyæ, &c.

Hyphe, eſt virgula-quæ duas ſyllabas, ſiue vnius dictionis, ſiue duarum coniungere videtur, vt ὁ-τι frequens in ſermone Gallico & Hebraico, vt diſ-ie, vel ſic diſ-ie, vocant Hebræi voculam hanc, מקף makef. quam ad latus ſcribunt, ſic, vt אל-נינוה & Niniue, in Niniue, in Niniuem. מן-העיר min ahir, ex ciuitate, &c.

Diæreſis eſt, dum ſyllaba vna diuiditur, vel vocalis, vt pro inuoluere, inuoluëre, aulaï pro aulæ, vt ſæpe apud Lucretium.

Antitheſis, literę pro litera poſitio. Metatheſis, transpoſitio literæ.

Siſtole, correptio præter naturam ſillabæ, vt ectaſis extenſio, contraria naturæ.

### *De Dictionum generibus quas partes vocamus orationis.* CAP. IX.

Dictionum genera, ad quæ appellationes vel vocis conceptiones referantur, ſunt varia ſecundum varium loquendi idioma. Apud Latinos, vt à notioribus incipiam, octo. totidem Græcis: 3. Hebræis tantũ. Latinorum, nomen, pronomẽ, verbum, participium, aduerbium, præpoſitio, interiectio, coniunctio. Græc. nomen, Pronomen, verbum, participium, aduerbium, prępoſitio, articulus, coniunctio. Hebræo. tantum שם ſcem, nomen: verbum פעל pagnal. & מלה milah dictio, ſub qua complectuntur pronomina, aduerbia, coniunctiones, præpoſitiones, & interiectiones. Atq; etiam ſi rectè perpendamus omnia, neque alias præter tres principales illas partes, inueniemus: reliquæ enim ad eas pertinent: ad nomen, pronomen: ad verbum, aduerbium: & participium ad vtramque. Dehinc & reliquæ illis duabus partibus famulantur, vt pro vno accipi mereantur. Neque hic immorabor vt demonſtrem, quæ ex iſtis partibus inflectantur, declinentur vel coniugentur: quæ ſint nomina adiectiua, ſubſtantiua, quæ eorum qualitates, ſpecies, genera, figuræ, numeri, caſus, tempora & modi. Hæc enim facili negotio ex grammaticis cuiuſque linguæ quiſque haurire poteſt. Neque etiam de ſyntaxi ſeu ordinatione & compoſitione harum partium dicemus. nemo enim eſt, vt opinor, hanc lecturus, qui hæc fundamenta ſaltem latina non prius iecerit. Et ſi deſideret in reliquis idiomatibus grammaticam callere, incidet quoque in libros paucis verbis editos de ea, vt à me compendioſius transferri non poſſint: nec inſtitutum noſtrum eſt, alienis plumis corniculam Horatianam agere. Quæ enim ſcripſimus, proprio labore, ex varijs corroſa, & ordinata, noſtra, poſt Deum, cui omnia accepta debeo, aſſerimus.



### *Quibus in rebus ſcriptitatum antiquitus.* CAP. X.

Antequam mẽbranis, hoc eſt, corio depilato & præparato, quod vocant pergamentum, & papyro ex centonibus lineis, vel bombacinis compoſita, vt nunc, vterentur, varia fuit materia qua ſcriptitatum. Scribebant namque aliquando, in palmarum folijs, deinde in quarundam arborum corticibus ſeu libris, posteà publica monimenta plumbeis voluminibus, mox & priuata linteis, aut ceris. Pugillarium namq; vſum, ante Troiani belli tempora legimus apud Homerum. vſi & Babylonij, papyri arboris libris: Parthi autem literas veſtimentis intexebant, vt narrat Plin. lib. 13. cap. 11. & cap. 13. chartarum inuentionem & diuerſitatem proſequitur. Sibyllam Cumæam folijs ſcripſiſſe docet Virg. lib. 3. Aeneid.

*Fata canit, folijsq; notas, & nomina mandat.*
*Quæcunq; in folijs deſcripſit carmina virgo*
*Digerit in numerum, atq; antro ſecluſa relinquit.*
*Illa manent immota locis, nec ab ordine cedunt.*

Adrianus imperator, libris linteis, quotidiana ſua ſcri-

bi præceperat, qui erant in bibliotheca Vlpiani Flau. Vo-
piſcus in Aurelian. vita. Senatuſconſulta autem, quæ ad
principes pertinerent, diu in libris elephantum ſcribeban-
tur, quos reperit in bibliotheca eiuſdem Vlpiani Vopiſ-
cus, vt ipſe teſtatur, in vita Taciti Cæſaris. Dictys Creten-
ſis, ex Gnoſo ciuitate, qui fuit in expeditione contuber-
lium, de bello Troiano ſex volumina in tilias literis Phœ-
niceis digeſſit, quæ iam reuerſus in Cretam, præcepit mo-
riens vt ſecum ſepelirentur: quod factum eſt in arcula
plumbea, in eius tumulo. poſtea autem anno 13. Impe-
rij Neronis, terræ motu facto ſepulchrum apparuit, & ar-
cula aperta inuenta à paſtoribus, & libri inuenti poſtea
ad Neronem miſſi, teſte Q. Septimio in vita Dictys. Cum
ſecreto ſcripturus eſſet Iulius Cæſar, & Hirtius ad De-
cium. Brutum ne ſe M. Antonio dederet, ſed opem ſpe-
raret, in tenuem ex plumbo ductam laminam ſcribebat
verba quædam, chartæ inſtar conuolutam, & vrinatori
cuidam tradiderunt deferendam ad Decium, qui reco-
gnita ſic reſcripſit, vt ait Dion Caſſius, lib. 46. hiſtor. Ea-
dem formula plumbeæ laminæ inſcriptæ & incluſæ pa-
ni, Mileſios prodidit Diognetus, vt ſcribit Parthenius in
Eroticis, cap. 9. Andriſcus, lib. 1. de rebus Naxicis, Theo-
phraſtus, lib. 11. περὶ τοὺς καιρούς. Eo forſan pertinent tria
gen[...]a occulta ſcribendi, Dermaticum, Hyphaſmaticum
& Al[...]oticum, de quibus in principio polygraphiæ Tri-
themij, quæ, ne myſteria euulgemus, ſilemus. Erat & Scy-
tale Laconica, de qua Plutarc. in vita Lyſandri. Demara-
tus de expeditione Xerxis in Græciam, Græcos pugillari-
bus admonuit, Herodot. in 1. Hiſtieus philoſophus à Da-
rio detentus, Ariſtagoram monuit per ſeruum, cuius ca-
piti poſtquam eum totondit impreſſerat literas, Gellius,
lib. 17. cap. 9. omitto reliqua, de diſco lunæ, de ſpeculi
reuerberatione, de tædarum nocte ſilenti
deſcriptione, & de alijs
proſequi.





# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER XVII.

## In quo agitur de Dialectica, ſeu Logica.

### *Quid Dialectica, & eius materia, & fine, inſtrumento, & medijs.* CAP. I.

Διαλεκτικὴ ſeu Dialectica, eſt ars diſſerendi, à
verbo διαλέγομαι, ratiocinor, vnde quidã Lo-
gicam dicunt. huius materia, quęſtio genera-
lis, non autem particularis: finis eius probare
& diſſerere, hoc eſt, aliquid percurrere diſpu-
tando. Inſtrumenta & media eius, definitio, diuiſio, argu-
mentatio. Definitio quid ſit explicat: diuiſio diſtinguit,
nempe genere, differentia, proprio, & accidente. Genus
eſt, quod de multis differentibus ſpecie prædicatur in eo
quod quid eſt, idq; duplex, generaliſſimũ, quod non ha-
bet ſupra ſe genus, & habet tamen ſub ſe ſpecies, & ſub-
alternum, quod eſt ſpecies alterius generis, & habet ſub
ſe ſpecies. Species, eſt quæ ſubijcitur generi, & habet ſub
ſe differentia numero, in eo quod quid eſt: atque bifa-
riam hęc dicta, ſpecialis & ſpecialiſſima: ſpecialis vel ſub-
alternum genus, ea quæ cùm ſit ſpecies, poteſt eſſe & ge-
nus: ſpecialiſſima, quæ tantùm habet ſub ſe indiuidua.
Proprium propriè eſt, quòd vni & ſoli ſpeciei & ſemper
conuenit. Accidens, quod adeſt & abeſſe poteſt, ſine ſub-
iecti corruptione: quodq́ue ſeparabile & inſeparabile ta-
men dicitur. Accidentia nouem ſunt, quæ cum ſubſtan-
tia præbent dialecticæ & finitioni, decem ſumma diffe-
rendi capita. Quæ ſunt, ſubſtantia, quantitas, relatio, a-
ctio, paſſio, vbi, quando, ſitus, habitus, qualitas, de qui-
bus omnibus ſyntaxes dedimus, lib. 2. artis à cap. 7. vſque
ad cap. 16. & Deo fauente latius dicturi proprio in eum
librum commentario.

### *De diuiſione Dialectices.* CAP. II.

Dialectica ſeu Logica, duplex: Naturalis ſcilicet, ra-
tiocinatio cuiuſq; hominis: & artificialis, quæ con-
ſtat præceptis, ingenio, & longo vſu collectis. Arti-

ficialis tres habet partes, quarum prior tractat de terminis incomplexis, altera de complexis, 3. de argumentatione. Termini incomplexi, vel ſecundæ vel primæ intentionis dicuntur: in primæ intentionis terminis, tractatur de prædicabilibus, de genere, ſpecie, & differentijs. in terminis ſecundæ intentionis, de prædicamētis decem, ſubſtantia, & 9. accidentibus. Porrò complexi termini, complectuntur orationem & propoſitionem, de quibus tractat Ariſtot. περὶ ἑρμηνείας. Argumentatio, autem, quatuor percurrit tractatus & partes: prior tractat de argumentatione ſyllogiſtica, abſoluta, & ſimplici, id eſt, non applicata alicui materię: de qua agit Ariſtot. lib. priorum. Secunda agit de ſyllogiſmo demonſtratiuo, de quo in libris poſteriorum. Tertia de ſyllogiſmo topico, id eſt, probabili, de quo in Topicis. Quarta de ſyllogiſmo fallaci vel ſophiſtico, ſeu deceptione, de qua in lib. Elēchorum.

## *De Terminis.* CAP. III.

TErminus communiter & abſolutè ſumptus, eſt pars propinqua conſtitutiua orationis & propoſitionis: dicimus partem propinquam, vt excludemus conſtitutionem ſyllabarum, ex literis, vtq; intelligamus de partibus integralibus nos agere. Terminus triplex eſt, alius ſyllogiſticus, continens maiorem, minorem, & extremitatem ſeu concluſionem: alius topicus, qui claudit in ſe totam rei definitæ eſſentiam, qui & rei definitio dicitur. Alia & ſpecies terminorum eorum quæ conſtituunt propinquè orationem, & in quæ oratio reſoluitur, conſtans oratione & propoſitionibus. Dehinc terminorum alij per ſe ſignificatiui, cùm vltra ſeipſos aliquid repræſentant, veluti hi, homo, animal, lapis. Siquidem homo rationale exprimit animal ſenſitiuum, & motiuum: lapis durum, & ſimplex compoſitum: & ſic de ſimilibus. Alij per ſe nihil ſignificant, ſicuti inarticulatæ voces, ſibilus, vt bif baf. & aliæ ferè ſyllabæ diſſutæ. Rurſum ſignificantium per ſe, quidam per ſe ſignificant naturaliter, vt homo, animal: alij ex placito ſeu conſenſu loquentium, ſecundum varia regionum idiomata & morem.

## *Terminorum ſignificatiuorum ſpecies.* CAP. IV.

TErminorum ſignificantium ſpecies, vt alius cathegoreum aticus, alius ſyncathegoreum aticus ſit ille ſemper, & ſeorſum, & cum alijs aliquid indicat, vt homo,



homo, lapis, &c. hic autem, per ſe nihil aliud quàm ſeipſum, at cum alijs ſignificat, veluti cum nomine ſubſtātiuo, aut verbo, in quantum determinat nomen aut verbū: cuiuſmodi ſunt, propoſitiones, aduerbia, coniunctiones, deriuata, cathegoreum aticorum, alij primæ, alij ſecundæ intentionis. primæ intentionis, qui exprimunt rei eſſentiam realem, vt homo, loco: ſecundę, qui per media, priores referunt, vt genus, ſpecies, differentia, ſingulare. Significationem itaque termini habent, communem, vniuerſalem, ſingularem, ita & communis terminus erit, qui ad plura referri, vel de pluribus dici poteſt, vt homo, lapis, grammaticus, & nomē appellatiuum, vniuerſalis, qui habet generis nomen, vt animal: vel minus vniuerſalis, qui ad indiuidua referri poteſt ſingula, vt homo. Singularis qui de vno ſolo dicitur, & indiuiduum oſtendit, vt Plato. oſtendit autem trifariam, vel ex proprio nomine indiuidui adiecto, vt Sēpronius ſtudet. vel 2. addito pronomine demonſtratiuo nomini communi, vt hic, ille, iſte homo vigilat. 3. per circumſcriptionem rei, vt filius hominis tradetur, id eſt, Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Rurſum termini, ſignificant vel in concreto, vt albus, niger: vel in abſtracto, ſine ſubiecto, vt album, nigrum color, ſapor, &c. In complexo, vt in dictione, in complexo, vt oratione: ſine tempore, vt homo, lapis: cum tempore, præſenti, præterito, vel futuro, vt homo currit, curret, &c. Eſt & terminus vniuocus, quod vnicè vnum genus, vel vnam ſpeciem ſignificat vnica definitione: vt homo, animal rationale. Aequiuocus qui ſub diſtinctis rationibus, & abſque ordine, & immediatè, plures naturas ſignificat, diſtinctas ſpecie: vt canis, & piſcem, & ſidus, & quadrupes animal refert. Analogus, qui ſub diſtinctis rationibus, vel ſub vna, inæqualiter participata, plures naturas ordine quodam prioris & poſterioris ſignificat.

## *De Propoſitione.* CAP. V.

EX terminis, oratio & propoſitio componuntur: quare de propoſitione pauca dicenda. Propoſitio, eſt oratio verum vel falſum indicans: Ariſtoteles hanc 1. περὶ ἑρμηνείας, in cathegoricam & hypotheticam diuidit: prior ſignificat vnica oratione & ſententia, vt tu curris, ille ſedet: altera duas vel plures iungit, vt multi ſunt homines, ſed non omnes periti. Cathegorica rurſum, aut vera aut falſa, aut alicuius aut nullius quantitatis: quantitatem autem hic intellige, ſi ſit vel vniuerſalis, vel

vel particularis, vel indefinita, vel ſingularis. Vniuerſalis habet terminum communem cum ſigno vniuerſali: vt omnis, nullus homo, &c. Particularis, cuius ſubiectum eſt terminus communis, additus ſigno particulari: vt quidam, aliquis homo, &c. Indefinita, cùm terminus communis, ſine ſigno vniuerſali eſt: vt homo eſt creatus. Singularis eſt cum termino diſcreto, vel communi: vt Dominus noſter Ieſus Chriſtus eſt Deus homo, vel cum pronomine demonſtratiuo, vt hic homo bonus eſt, &c.

## *Propoſitionum concurrentium diſtinctiones & leges.* CAP. VI.

PRopoſitiones, vel omnino ſeparatæ, vel pendentes, ſeu colligatæ, vel pugnantes: & quæ pugnare videntur, mutuo collatæ, vel contrariæ, vel ſubcontrariæ, vel contradictoriæ, vel ſubalternæ ſunt: harum typum ſic fingunt, vt in hac pagina apparet.




Contradictoria affirmatio, requirit vt ſit de eodem, & ad idem, & eodem tempore. Lex contrariarum, vt in nulla materia ſimul poſſint eſſe veræ, falſæ tamen poſſint eſſe in materia contingente. Lex ſubcontrariarum, vt in aliqua materia ſimul non poſſint eſſe falſæ: veræ tamen poſſint eſſe in materia contingēte. Lex contradictoriarū vt in nulla materia poſſint eſſe ſimul veræ & falſæ. Lex ſubalternarum, vt vera vniuerſalis ſit, & eius ſubalterna vera, & non contrà.

De his



## *De his quæ accidunt propoſitionibus.* CAP. VII.

ACcidunt propoſitionibus, vt ſint vel neceſſariæ, id eſt, veræ, quæ negari non poſſint, vel poſſibiles, quę poſſint ſcilicet eſſe veræ, vel falſæ, vel contingentes, id eſt, cùm id effertur, quod natura eſſe non poterat, ſed contigit ita eſſe: vel impoſſibiles, quæ referunt, quæ neque contingere poſſunt, nec vera ſunt. Accedit etiam propoſitionibus, conſenſus, quando conſentiunt & concedunt qui diſputant, vt ità res habeatur: eſtque propoſitio ea tunc ex ſuppoſito.

## *De Argumentandi formulis.* CAP. VIII.

TErtia dialecticę pars circa argumenta verſatur. Argumentum autē dicitur, id quod rei dubiæ facit fidem. Apud Ariſtotelem argumentorum quinque ſpecies, ſyllogiſmus, conſequentia, entymema, inductio, exemplum. Syllogiſmus porrò formalis, de quo libro Priorum demonſtrauimus, de quo libro Poſter. topicus, de quo in Topic. ſophiſticus vel captio, de quo in elenchis.

## *De Syllogiſmo formali.* CAP. IX.

SYllogiſmus hic conſtat maiore, minore, & concluſione bona: in maiori & minori medium repetitur, id autem eſt terminus, qui in maiore facit propoſitionem primā, in minore ſecundam. Medium quippe nunquam ponitur in concluſione. Quia medium, id eſt, per quod concluſio ex alio elicitur. Syllogiſmus bonus, conſtare debet figura & modo. Modus, eſt debita ordinatio propoſitionum, in quantitate & qualitate. Figura, eſt diſpoſitio partium argumenti & conſtructio: vel debita ordinatio terminorum in ſubijciendo & prædicando. Atque hìc termini dicuntur, ſubiectum & prædicatum: & ſubiectum, vt clarè loquamur, eſt id quod ad aliud reducitur, ſeu refertur, vel quod alio continetur: prædicatum, quod aliud continet, vel in quo ſubiectum participat, vt ſi dico, Petrus bonus eſt, Petrus erit ſubiectum, bonus prædicatum. Vel alio modo quod de alijs, quàm de vno dicitur, prædicatum eſt, eò quòd cùm dicas ſubiectum, ſemper vel ſpeciem dicis, ſeu ante te dixiſſe cogitare debes genus, vel aliud quod id quod dicis contineat; vt de filio ſi loqueris, patrem præſupponis.

De Mo-

## *De Modis ſyllogiſmi.* CAP. X.

MOdi breuiter duobus verſibus comprehenduntur, in quibus vocales ſignant affirmationem & negationem in figurarum conceptione.

*Aſſerit a, negat e. ſed vniuerſaliter ambæ:*
*Aſſerit i, negat o: ſed particulariter ambę.*

## *De Figuris.* CAP. XI.

QVia terminorum tripliciter variari poteſt ordinatio, erit & triplex figura ſyllogiſmi, quarum vnaquæque habet ſuos modos. Prima figura, cùm medium quod erat ſubiectum in maiori, eſt prædicatum in minori: vt omnis homo eſt animal (ibi homo ſubiectum, animal prædicatum) at Petrus eſt homo: ergo Petrus eſt animal. Eſtque hæc figura cæteris perfectior. In qua tamen obſeruatione dignum, vt nihil ſequatur ex ea, ſi minor ſit negatiua: veluti in hoc exemplo, Omnis aſinus eſt animal, At nullus homo eſt aſinus. Ergo nullus homo eſt animal. Quia tunc concluditur falſum ex præmiſſis veris. Secundò in hac quoque annota, quod ex maiori exiſtente indefinita, vel particulari, nihil ſequitur: veluti ſi dicas, Quoddam animal eſt homo, At omnis homo eſt aſinus: Ergo aſinus omnis eſt homo. Secunda figura eſt, cũ medium prædicatur in vtraque propoſitione præmiſſarum, ſcilicet in maiore & minore, & extremitates ſubijciuntur, veluti, Nullus lapis eſt animal, At omnis homo animal eſt: Ergo nullus homo eſt lapis. Tertia figura, cùm medium in vtraque præmiſſarum ſubijcitur, & non prędicatur: vt, Quoddam animal non eſt homo, At quoddam animal eſt ſubſtãtia: Ergo quædam ſubſtãtia nõ eſt homo.

## *De Modis figurarum.* CAP. XII.

FIguræ modos habent, quos complectuntur quatuor qui ſequuntur verſus, partim ex lib. Prior. Ariſtotelis collecti, partim à Theophraſto & Eudemo additi, vt notat Boëtius lib. de Syllogiſmo cathegorico,

*Barbara, celarent, darij, ferio, baralipton,*
*Celantes, dabitis, frapeſmo, friſcoſmorum,*
*Cæſare, cameſtres, feſtino, baroco, darapti,*
*Felapton, diſamis, datiſi brocardo, feriſon.*

Singuli modi continent tres ſyllabas, quarum prima maiorem, altera minorem, tertia concluſionem indicat: ſi enim ſint aliæ ſyllabæ dictionibus adiectæ, exiſtima ad rationem



tionem metri pertinere. In his verſibus primi, dictiones incipiunt à literis B.C.D.F. ex quibus hoc nota, aliorum verſuum modos, quorum dictiones ab iiſdem literis incipientes videbis, poſſe ad illum quatuor formarum modum reduci, cuius literam primam referunt, per quatuor ſpecies conuerſionis. Ideò in cæteris modis, qui in tribus poſterioribus verſibus ſunt, quíve ad quatuor primos modos reduci poſſunt, adduntur quatuor literę aliæ, quę pro ſignificatione propria modos conuerſionis ſignant, qui his carminibus notati ſunt,

*Simpliciter verti vult. S. P. verò per accidens.*
*M. vult tranſponi. C. per impoſſibile duci.*

De conuerſione quoque propoſitionum, tradit Ariſtoteles lib. 1. Reſolut. prior. cap. 2. & 3.

Igitur conuerſionum notæ ſunt s. p. m. S. ſignificat conuerſionem ſimplicẽ, quæ fit de ſubiecto in prædicatum: & contrà de prædicato in ſubiectum, manente eadem quantitate, vt in modo,

ce *Nullum animal eſt lapis,*
lan *At omnis homo eſt animal:*
tes *Ergo nullus homo eſt lapis.*

Quæ concluſio conuertitur ſimpliciter, remanente qualitate & quantitate ſic,

*Ergo nullus lapis eſt homo.*

P, ſignificat quòd ille modus reducitur per conuerſionem, per accidens. Conuerſio autem per accidens, & tranſpoſitio prædicati in ſubiectum, & ſubiecti in prædicatum, manente eadem qualitate, ſed mutata quantitate, in qua conuertitur affirmatiua vniuerſalis in particularem affirmatiuã, & vniuerſalis negatiua in negatiuam particularem, vt in

Ba *Omne animal eſt viuens,*
ra *At omnis homo eſt animal:*
lip. *Ergo quoddam viuens eſt homo.*

Conuerſio.

*Ergo omnis homo eſt viuens.*

M, demonſtrat modum illum, cui inſeritur, debere reduci per tranſpoſitionem præmiſſarum propoſitionum, ſcilicet vt maior minor fiat, & minor maior, vt in

fra *Omne animal eſt ſubſtantia,*
peſ *At nullus lapis eſt animal:*
mo *Ergo quædam ſubſtantia non eſt lapis.*

Conuer-

Conuerſio fit in

fe *Nullum animal eſt lapis,*
ri *At quædam ſubſtantia eſt animal:*
o *Igitur quædam ſubſtantia non eſt lapis.*

C. ſignificat eum modum cui adijcitur, reduci per impoſſibile, id autem fit, cùm modus hic in alium traducitur, & fit impoſſibile, vt in

Ba *Omnis virtus eſt laudabilis,*
ro *At auaritia non eſt laudabilis:*
co. *Ergo auaritia non eſt virtus.*

reductio in

Bar *Omnis virtus eſt laudabilis,*
ba *At omnis auaritia virtus eſt:*
ra. *Ergo omnis auaritia laudabilis.*

Ad primam figuram pertinent duo primi verſus, barbara, celarēt, &c. & celantes, dabitis, &c. Ad ſecundam pertinent modi, Ceſare, cameſtres, feſtino, baroco. Ad tertiam reliqui, de quibus exempla proſtant apud quoſque dialecticos.

### *Obſeruanda in optimo Syllogiſmo.*
### CAP. XIII.

OBſerua primò, vt medium non ſit æquiuocus terminus, vel analogus. Secundò, vt neutra pręmiſſarum ſcilicet maior vel minor ſit hypothetica, ſed ſit vtraque cathegorica. Tertiò, vt maior, minor, & concluſio ſint impermixtæ, nec replicentur. Quartò, termini præfati in præmiſſis, teneantur in concluſione. Quintò, neque fiat argumentum ex quatuor terminis, nec expreſsè, nec implicitè. Sextò, non fiat tranſitus à ſuppoſitione ad ſuppoſitionem. Septimò, concludatur ex præmiſſis, non ab extraneis ab illis. Exigitur octauò etiam in ſyllogiſmo, bono, vt aliqua præmiſſarum ſit vniuerſalis, vel particularis affirmatiua, vel negatiua: dehinc nonò, vt ſi aliqua præmiſſarum ſit particularis, & non contrà. Decimò, quòd ſi concluſio ſit negatiua, vt aliqua præmiſſarum ſit negatiua: Nam ex puris negatiuis, vel ex puris particularibus nihil ſequitur. Medium venari poſſumus, inueniendo aliquid, in quo quod decreuiſti probare, participet.

### *De Syllogiſmo ex demonſtratione.* CAP. XIV.

SVidas in verbo ἀπόδειξις ἀπόδειξιν, ſeu demonſtrationem à definitione differre docet. Nam definitio explicat



res, per genus & differentias. Demonſtratio autem propria ſit ex his, quæ per ſe & primùm inſunt, & quæ ex cauſis effectus probat, τεκμηριώδης ſeu abſoluta demonſtratio dicitur: vt ex illuminatione Lunæ oſtendatur eam eſſe globoſam: vt ex igne fumus. At τεκμήριον argumentum, cùm omnino effectum cauſa ſequitur. Et ἄλυτον σημεῖον ſignum irrefutabile, propriè argumentum: quòd ſi non omnino quid ſequatur, ſignum quidem dicitur, ſed argumentum non eſt. Ariſtoteles lib. 1. Poſteriorum, capite 2. ſcribit, omnem doctrinam & diſciplinam fieri ex præexiſtenti cognitione. Sic mathematicæ diſciplinæ natæ ex priori cognitione, nempe ex principijs priùs ſenſibus cognitis, & natura apparentibus, quale punctum eſt, cuius pars non eſt: vtque quod totum maior ſit ſua parte: quod circulus ſit figura vna linea contenta. Sic Dialecticus in ſyllogiſmo, præmittit propoſitiones magis notas, ex quibus minùs notas colligat. Rhetor exemplo noto & enthymemate vtitur: definitionibus Iuriſconſulti: ſuntque horum ſuppoſitiones vel affirmatiuæ, vel negatiuæ.

### *Ex quibus demonſtratio colligatur.*
### CAP. XV.

DEmonſtratio omnis, eſſe debet ex veris propoſitionibus, primis, immediatis, notioribus, & neceſſarijs, non aliundè. Propoſitio autem neceſſaria illa dicitur, quæ ita vera eſt, vt nunquam falſa eſſe poſſit: vt ens, non poteſt non eſſe ens. Et in hoc à contingente diſtinguitur, & à poſſibili. Porrò principij huius demonſtrationis, nulla alia eſt demonſtratio, quia illa eſt ipſum principium: ſaltem in eo ad quod aſſumitur, & ſecundùm quid. Et demonſtratio eſt ex his, quæ ſunt per ſe: ideò illa principia ſunt Ariſtoteli 1. de Anima. Proinde idem Ariſtoteles lib. 1. Reſolut. poſter. cap. 6. 7. & 8. tradit, Demonſtrationem eſſe non poſſe ex contingentibus, vel ab illis, quæ ſe aliter poſſunt habere, ſed ex præmiſſis neceſſarijs: neque ex his quæ fiunt per accidens, quia fortuitorum non eſt ſcientia, lib. 1. Poſter. cap. 23. Neque ab extraneis: nam cùm de proprijs quis loquitur, nemo modum alterius ſcientiæ quærit. Neque ex corruptibilibus, quia præmiſſio debet eſſe perpetua & inuariabilis: neque ex principijs communibus: quia alia eſt interrogatio & demonſtratio, ratione diuerſorum, vt alia Medici, Geometræ, Iuriſconſulti: atque, vt ait Ariſtotel. 1. de Par-

tibus animal.cap.1. Demonſtrandi modus neceſſitatiſq; ratio, in naturali ſcientia diuerſa, quàm in ſcientijs ſpeculatiuis. Vtimur tamen interdum generalibus, quæ & vbique pari modo ſe habere poſſunt, vt quod quid eſſe & non eſſe, poſſit. Neque tamen omnium poteſt eſſe demonſtratio. Fieret enim in infinitum proceſſus, vt ait Ariſtoteles Metaph.cap.4. Et vt ea rurſum, quæ demonſtrari poſſunt facilè poſſimus aſſequi, egemus exercitio, vt in cæteris artibus, ſicut docet Galenus lib.9. de Decret. Hippocratis & Platonis.

## *De Conſequentia.* CAP. XVI.

EST ſyllogiſmus ex antecedente quoque & conſequentia, quando ad poſitionem antecedentis neceſſariò ſequitur conſequentia: cuius notæ ſunt, Ergo igitur, &c. Optimarum conſequentiarum iſtæ quædam ſelectæ ſunt. Prima, ab inferiori ad ſuperius, cui directò ſubordinatur, affirmatiuè, vt, Homo eſt animal: Ergo & eſt corpus: Homo dormit: Ergo animal dormit. Secunda, ab vniuerſali affirmatiua & negatiua, ad omnes ſuas ſingulares, tam collectiuè, quàm diuiſiuè, bona eſt conſequentia. Collectiuè, vt Omnis homo currit: Ergo & hic currit. Diuiſiuè, Omnis homo currit: Ergo & tu curris, quia homo. Tertia, ab vniuerſali negatiua, ad quamlibet ſingularem, ſemper & vniuerſaliter, recepta conſequētia: vt Nullus homo eſt aſinus: Ergo nec ille, nec iſte. Quarta, ex parte indefinitarū particulariū & ſingularium propoſitionum, ſunt receptę conſequentiæ. Itaque à particulari vel indefinita, vel à ſingulari ad vniuerſalem non valet quidem conſequētia: vt ex hac propoſitione, Aliquis homo albus eſt, conſequentia nō valet: Ergo omnis homo albus eſt: at à particulari ad ſuam indefinitam, & contrà, affirmatiuè & negatiuè in omni materia, tenet conſequētia, vt, Aliquis homo currit: Ergo homo currit. &, Aliquis homo rationalis: Ergo homo rationalis. Quinta, à particulari & indefinita, ad omnes ſuas ſingulares diſiunctiuè ſumptas, bona conſequentia: vt, Homo currit: Ergo hic vel ille currit. Diſtinctiuæ dictiones ſunt, vel, aut. Item ſexta, à ſingularium omnium partium enumeratione, valet conſequentia ad vniuerſalem, vt is, ille, iſte, & Hic albus eſt: Ergo omnes albi. Septima, ſed à contrarijs quoq; immediate, vnum negando alterum affirmatur: vt, Hoc non eſt rationale: Ergo irrationale. Non eſt nox: Ergo dies, &c. Quod ſi contraria mediata ſint, non vtique valet, vt



ſi quis dicat, Hic non eſt niger: Ergo eſt albus, conſequentia non valet, quia alia media ſunt, quæ neque nigra, nec alba ſunt, ſed vel viridia, crocea, &c. Octaua, à conuertibilibus valet conſequentia, ſeruata quantitate conuertibilium: vt, Petrus eſt homo: Ergo riſibilis. quia nō conuertuntur, Non eſt homo: Ergo nec riſibilis. Nona, valet ab vno correlatiuorum ad alterum, vt dicunt, totale: vt, Pater vel mater eſt: Ergo filius eſt illis. Item decima, à definitione ad definitum. Vndecima, à deſcriptione ad deſcriptum. Duodecima, à toto copulato, ad partem copulati, in eo caſu copulationis affirmatiuè, non negatiuè, vt Plato & Ariſtoteles dicunt: Ergo Ariſtoteles dicit. non autē negatiuè: vt, Plato & Ariſtoteles loquuntur: Ergo Plato non loquitur. Diximus in eo caſu copulationis, valere tantùm conſequentiam, quia in alijs extra copulationem, & in quibus non copulantur, non valet: vt, Socrates & Plato de aliquo loquuntur, non valet hæc conſequentia: Ergo loquuntur de Rege Galliæ. Omitto reliqua.

## *De Enthymemate.* CAP. XVII.

RHetoribus ἐνθύμημα dicitur, ſententia grauis & acuta, ex contrarijs rationibus collecta: vt ſcribit Cicero in Topicis, M.Fab.in 5. Rhod.Agricola de Inuentione, Ariſtoteles lib.2.Rhetor. ad Theod. cap. 22. & 23. pro omni quoque meliori ſententia animi capi poteſt: ſed apud Dialecticos vſurpatur pro argumentatione ex veriſimilibus, & ſignis collecta, cùm altera propoſitionū vel maior, vel minor deeſt, vt tradit Rodol. Agric.lib.2. de Inuent. cap. 14. & Ariſtoteles lib.2. Reſolut.prior. cap.27. Eſtque imperfecta argumentatio. Trahitur autem vel à veriſimili, vel à ſigno, vel ab indicio.

## *De Inductione.* CAP. XVIII.

ALia probationis & argumenti ſpecies inductio, apud Cic.2. de Inuent. vbi & 1. de Inuent. ea dicitur enumeratio, qua pluribus rebus expoſitis, & cæteris infirmatis, vna res reliqua neceſſariò confirmatur. Alio tamē modo ab Ariſtotele in 1. Topic.cap.10. dicitur à ſingularibus ad vniuerſalia acceſſio: hoc eſt, per enumerationem particularium, vniuerſalis probatio. Fallax autem eſt & imperfecta, ſi non omnia enumerentur particularia, vel in genere omnes ſpecies non recenſeantur, &c.

### *De Paradigmate, ſeu exemplo.*

### CAP. XIX.

EXemplum eſt quædam ſpecies comparationis: eſt e-
nim aliquid maius, vel par, vel minus, quod ad imi-
tandum vel fugiendum ſumitur. Rodolph. Agricola
libro 1. de Inuentione, capite 25. Eſtque exemplum quan-
do extremum medio ineſſe oſtenditur, per id quod eſt ſi-
mile tertio, vt notat Ariſtoteles lib. 1. Priorũ, cap. 24. Sunt
& exempla ſecundùm communem rationem, & facilius
creduntur: interdum præter rationem communem. De
primo, vt ſi diuites dicãtur pauperibus iuſtiores, & exem
pla adferantur diuitum facilis fides: ſin autem iuſtio-
res pauperes, adiunctis exemplis: præter rationem com-
munem, fides: Ariſtoteles Rhet. ad Alexand. Porrò exem-
pla exemplis facilè refelluntur, & exempla, vt præter ſo-
litum morem, fortuitòque accidiſſe reſpondemus.

### *De Topicis.* CAP. XX.

HInc ſeges argumentandi ampliſſima, ideò breuius
loci percurrendi. Loci itaque vel hærent negotio,
de quo agitur, vel externi ſunt. Inhærent autem vel
per ſe, vel ratione alterius per ſe, vt ratione totius partis
notæ, proprij. Ratione alterius, ſcilicet vt ratione gentis,
formæ, ſimilitudinis, differentiæ, contrarietatis, adiuncti,
efficientis, effectus, comparationis antecedentium, con-
ſequentium, repugnantium. Externi autem ſunt ſumpti
à diuinis oraculis, legibus ſacris & humanis, teſtibus, in-
ſtrumentis, vſu, ſententijs, attributione, authoritate: & à
noſtris tranſcendentibus, à bonitate, magnitudine, dura-
tione, &c. à terna triplicitate comparationum, à princi-
pio, medio, fine, &c. & ab alijs per ordinem ſpeculi, de
quo lib. 2. Synt. artis noſtræ, cap. 1.

### *De Solutione argumentorum.*

### CAP. XXI.

DIſſolui poſſunt omnia argumenta, per generales il-
las tres triplicitates ſpeculi noſtri, claſſe 2. habita ra
tione principij, medij, finis, differentiæ, concordan-
tiæ, & contrarij: maioris, minoris, & æqualitatis, inter
ſubſtantiam & ſubſtantiam, ſubſtantiam & accidens, &
accidens & accidens. Non enim eadem omnium elemen
ta, non principia, non media, non fines, &c. quæ poſteà
miſcentur, vt ſecunda triplicitas cum prima, ſic differen-
tia,



tia, concordantia, contrariantia, principia, media, fines
rerum, vel principium cum fine, vel cum medio ſic: & mi-
ſcere poteris tertiam triplicitatem: ſcilicet, maius, minus,
æquale, primis: maiores, minores, æquales conuenien-
tias: media, fines, differentias, &c. videbisque ſi te aſſue-
ſcas paululùm in his, magnam vim breui negotio eno-
dandorum argumentorum conſecutum. Et ſi velis vltrà
vagari, habebis præ manibus primam claſſem ſpeculi, vt
per ſolutionem quæſtionum, compares tibi rationes di-
uerſitatis, vel conuenientiæ, vel æqualitates, vel contra-
riorum, prout toto libro 2. explicauimus. Subueniet ter-
tia claſſis eius ſpeculi, vt dixi, tranſcendentium: poſteà
quarta ab accidentibus petitis rationibus, & ſubinde ab
alijs ſequentibus claſſibus, vt inuitum te moles proba-
tionum & impugnationum obruat. Ariſtoteles autem
atque alij, ſolutiones expiſcãtur ab æquiuoci diſtinctio-
ne, ab oppoſitis, vel ſimul, vel pòſt: ab accidente, ab ipſo
nunc, ſenſibili, à termino, à genere, à diſtinctione, à ma-
teria, à relatiuis partibus.

### *Regulæ generales reſpondendi.*

### CAP. XXII.

1. REſponſurus conſideret ſenſum propoſitionis, vt
quid concedendum, quid negandũ ſit, prȩuideat.
2. Si contingat illum interrogari ante propo-
ſitionem argumenti, de ſenſu ſuæ poſitionis impugnan-
dæ, vt pro confeſſo aliquid ab illo per aduerſarium ex-
torqueatur, caueat ſententiam proferre: ſiquidem ſol-
uendo poterit liberatione libera aliò ſenſum detorque-
re, quàm aduerſarius proſpexerit, & ita ſe intellexiſſe aſ-
ſerere, eludetque ictus.
3. Quantum aſſequi poterit, impediat concluſionem:
& animaduertat, num falſum quod concludit aduerſa-
rius poſſit docere. Poterit autem quinque modis impe-
diri ne concludatur. Primò, repellendo quod falſum
eſt. Secundò, reſiſtendo ei, qui interrogat: hoc eſt, vt ni-
hil concedat, vel fateatur, donec audierit concluſionem:
vel ſi repræhendat, in quod interrogatur. Tertiò, ſi dixe-
rit vitioſè quæſtionem poſitam. Quartò, ſi protrahat
tempus in ſolutione, & aliud ex alio ducat inuoluatque,
& extra campum & arenam ſermonem de-
riuet. Quintò, ſi diſtinguat,
vel reijciat ma-
iorem.

### *De Sophiſmate & fallacia, & ſolutione eius.* CAP. XXIII.

FAllax argumentatio, vel σόφισμα, vel in verbis, vel in rebus latet. Vocant & Latini cauillationem, cuius natura eſt, vt ab euidenter veris, per breuiſſimas mutationes, diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perducatur, vt ait Vlpianus I.C. l. natura cauillationis. l.177. de Verborum ſignificatione, libro 50. ff. tit. 16. Deteguntur autem doli verborum, ſi perpendantur amphibologica, homonyma, adiuncta ſeu compoſita, diſtincta, accentus falſus & verus: & orthographia, orationis forma, & punctuatio. In adiunctis illud fallax argumentum, Num ſedens poſſit ambulare: in diſtinctis illud, Quinque ſunt duo & tria: Ergo tria ſunt quinque, & duo quinque. Cætera patent. Captio autem ex rebus, contingit ſeptem modis.

1. Ab accidente, ſi illud pro proprio ponatur: vt, Socrates ambulat, Socrates albus eſt: Ergo album ambulat.

2. Vt ſi id quod quodammodo eſt, omninò aſſeratur: vt ſi quod in opinione eſt pro vero habeatur: vt quod verum non eſt, opinabile eſt: ergo eſt.

3. Ex reprehenſionis ignoratione: vt ſi interroganti, Num res eadem dupla & non dupla ſit, reſpondeamus, Non: dicet, Nónne duo vnius ſunt dupla; ergo, inquiet, eadem res dupla, & non dupla eſt: ſed definitio dicebat, vnius & eiuſdem, reprēhenſio autem, alterius.

4. A' conſequentibus, cùm quid dicitur ex alio ſequi, & tamen non ſequitur: vt, Homo eſt animal: Ergo animal eſt homo.

5. Ex repetitione eius quod ab initio dictum eſt, vt cùm id quod dictum eſt, multis modis accipi poteſt: vt ſi probare volens hominem eſſe lignum, interroget, Num homo lignum ſit. reſpondebis, Non: poſteà, Num homo eſt ridens? reſpondebis, Vtique. At dicet, Homo eſt lignum ridens, vtrumque enim dictum eſt: Ergo lignum eſt homo.

6. Cùm id quod non eſt, & cauſa pro cauſa ponitur.

7. Cùm multa interrogata pro vno ponuntur.

Tractat & de captioſis interrogationibus Gellius libro 16. Noctium Atticarum, capite 2.

SYNTA-



# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER XVIII.

In quo agitur de arte benè & multum dicendi, ſeu de Rhetorica.

### *Quid in hac arte conſequamur.* CAP. I.

ARs benè & ornatè loquendi eſt illa, quæ docet præcepta concinnæ elocutionis, aptè, ordinatè, & copioſè dicere de vnaquaq; re propoſita. hac arte vtitur Rhetor, declamator, & orator: verùm alio & alio modo. Rhetor nāq; docendo, declamator fingendo orationū materiā, orator veras cauſas agendo. Oratori philoſophica ferè omnia ſubiecit L. Craſſus. nō conſentit M. Antonius apud Ciceron. in lib. de orat. Alij tantùm organū aliarum ſcientiarū hanc rati ſunt. Mihi aūt videtur perfectum non poſſe dici oratorem, qui ex omni genere ſcientiarū quandam non hauſerit cognitionem. Magnus quippè Tyrius ſermo. 21. Rhetoricam definit cogitationum animi enunciationē.

### *De materia & ſtatu cauſæ & generibus orationum.* CAP. II.

QVamobrem materiam generalem ex qua fiat hæc ars, putarem illam encyclopediā, quam noſtro ſpeculo artis percurrimus lib. 2. Syntax. c. 1. ſingularem autem & propinquā, ſtatum cauſæ qua de agetur. Porrò ſtatus cauſę tres habere poteſt potiſſimùm fines, demonſtrationem, deliberationem ſeu conſultationem, iudiciū: vnde conflantur tot genera cauſarum apud Cicer. 1. ad Heren. & totidem orationū genera. Eritq; oratio aut dehortatiua, aut adhortatiua. vocat ſuaſoriam, diſſuaſoriā Cicero 1. Rhetor. quæ generis deliberatiui ſunt: aut laudatiua vel vituperatiua, quæ generis demonſtratiui: aut accuſatiua vel defenſiua, quæ generis iudicialis.

### *De obſeruandis ab eo qui dicturus eſt.* CAP. III.

DIcturus, antequam dicat, quædam in dicendo ſeruare debet, vltra ea quę tradidimus lib. 1. Syntax. c. 3.

Inueniat, & diſponat, pronuntiando conueniente geſtu vtatur. Inuentio continet electionem rerum, ſententiarum, & verborum. Facilis electio, ſi antea inter legendum probatos & graues authores, notabiliora ſelegerit, & in locos communes ordinauerit, ſi memoriæ tradat fideli ſpeculum noſtræ artis. Diſpoſitio inuentorum ſecundò exigitur, vel ſcriptura vel mente comprehenſa, quæ nihil aliud eſt quàm proportionata & conueniens cuiuſq; in ſuo proprio loco ordinatio, vt ait Speuſippus lib. de definition. Platon. Diſpoſitio diſtinguit & diuidit partes ſuæ orationis: partes autem vel membra orationis quinque ſunt: Exordium, narratio, propoſitio, diductio, concluſio. Exordij quod Græcis προοίμιον, officium ſecundùm Ciceron. 1. Rhetor. Quintil. in 4. c. 1. animos auditorũ conciliare, attentos reddere, dociles & beneuolos, quæ aſſequimur ſi de nouis, difficilibus, vel inuſitatis nos dicturos polliceamur, captata aliqua occaſione vel à noſtra vel alterius perſona, à pręſtantia rei, à diuiſione incipientes. Sit exordium breue, à propinquo petitum. Suppeditauit tibi abundè exordiorum ſegetem 2. pars noſtri ſpeculi lib. 2. c. 1. à bonitate, magnitudine, duratione, &c. rei, vel contrarijs vel ſynonymis eorum. Exordium ſequitur narratio, id eſt rei, vel negotij propoſiti, ſeu cauſæ expoſitio: hæcq; breuitatem & facilitatem ſummoperè exigit, vt rei veritatiſq; natiuam & naturalem habeat repræſentationem. Eſt tamen cautio adhibenda, vt ſi cum aduerſario res nobis ſit, ita narratio fiat, ne in ſuas poſſit transferri partes: & tunc narrando, in quo cum aduerſario conueniamus, in quo diſſideamus, dicendum: vt in quo diſſidium eſt teratur tempus probationum artificialium, vel ea reijciamus quæ obijciuntur: vnde orationis tertia pars incipit, propoſitio ſcilicet eius quod in controuerſiã venit, vel quod eſt probandum vel refellendum. Et hac in parte locis vtimur & argumentis dialecticorum, cum continua tamen oratione, ſine argumẽtandi formula. Probamus verè vel refellimus, ſumptis probationibus, vel ex parte ſubiecti probationis, vel ex parte prædicati, vel mixtione eorum: vel reuolutione totius noſtri ſpeculi: primùm per quæſtiones, vt per vtrum, quia eſt, vel non eſt: per quid, finitione & eius partibus, per quotuplex à diuiſione: per quæſtionem de quo, à materia: & ſic de ſimilibus ſequentibus omnibus, quæ poſteà miſceri poſſunt. Ex his ſequitur cõcluſio cum breui præcedentium connumeratione, ſeu epilogo.





*De vocis compoſitione in oratore.*

## CAP. XIV.

PHiliſcus Rhetor, ad imperatorẽ quendam illum orare intercipientem, referente Eraſmo lib. 8. apophteg. ait, τὸν μὲν ἄνδρα ἐλέγχειν τὴν κόμην, τὸν δὲ ῥήτορα φωνήν, id eſt, virum argui per comam, & rhetorem per vocem. vnde vox cum geſtu, maximè exigitur in oratoris pronunciatione: vox aures, geſtus, oculos continet & paſcit audientium: & voce homines, vt æra tinnitu probamus. vox ex faucibus, per aeris repercuſſionem emittitur. vocem fauces tumentes ſtrangulant: obtuſæ, obſcurant: raſæ, exaſperant: conuulſæ fractis organis ſimiles reddunt. vox quantitatis & qualitatis ratione, diſtinguitur: Quantitate, vt grandis, exigua: Qualitate, candida, fuſca, plena, exilis, læuis, aſpera, contracta, fuſa, dura, flexibilis, clara, obtuſa, acuta, grauis, fluxa. Bona vox oratoris illa quæ dulcis & libera, ſine exprobrante & fragoſo ſono. vitia vocis, exclamare, vt rabulæ faciunt, inſurgere, ſubmittere, trancеſſere. Vox neruis organorum ſimilis: quò enim remiſſior, hoc & grauior & planior: quò tenſior ſeu magis intenſa, eò tenuior & acutior. vitium in vtraque ima quippè vim non habet: ſumma rumpi periclitatur. Omnis vox ſit ſpiritu longiore vel breuiore. Pronuntiatio autem dilucida erit, ſi tota verba exegerit, cuius vitia partem deuorare, partem ſine ſono reliquere. Atq; dinumerandæ non ſunt literæ, ſed pronunciandę ſine volubilitate, non ſuffocatæ, non præter vires laterum & pectoris.

*De vocis mutatione in dicendo.*

## CAP. V.

ORator, vno tenore vocis perpetuò vti non debet vel monotonia. Nam & ridetur citharœdus, chorda qui ſemper oberrat eadem. Vox mentis interpres eſt, ideo & vox cum mentis varijs motionibus mutari debet. Itaq; in lætis erit vox ſimplex, plena, & quodammodo hilaris: in ira atrox, aſpera, denſa, cum reſpiratione crebra: in inuidia, tenſior: in certamine, erecta totis viribus. Tunc enim vt ſuis neruis intenditur. In blandiendo & ſatisfaciendo & rogãdo, leuis & ſubmiſſa: in diſputationibus, teres: in motionibus, ſuaſionibus, pollicitationibus grauis: in metu, verecũda, cõtracta: in adhortationibus, fortis: in digreſſionibus, fuſa & ſecuræ claritatis: in expoſitione & ſermonibus familiaribus, recta, inter acu-

tum & grauem ſonum media. Attollitur concitatis affe-
ctibus, deſcendit compoſitis.

### *De notis, quæ indicant vel vocis ſuſpenſionem, vel mutationem.* CAP. VI.

SEntentiam, quæ in oratione ponitur contipua, vna
quadam integra concluſione vocis abſoluendam &
proferendam, periodon vocant, cuius nota, pun-
ctum. Sed quia interdum periodi longiores ſunt, quàm
ſpiritus proferentis, ideo vox ad reſpirationem ſuſpen-
ditur: at ſuſpenſiones maiores & minores ſunt ante-
quam ad periodum perueniamus. maior, χῶλον. Colon,
eſt membrum periodi, quod aliqua ſententia cõſtat, ver-
bo finiti modi adiecto, ſed quod adhuc ad perfectiorem
ſenſum expectandum moueat periodum. Colon gemi-
nato puncto notatur ſic: Minor diſtinctio eſt comma, id
eſt, inciſum, virgula, ſic, vel ſic ad faciliorem lectionem,
modico ſpatio voci interiecto, diſtinguens partes ora-
tionis: quamobrem paulùm ſuſpendenda vox in com-
mate, magis in colo multò magis in periodo, & ibi reſpi-
randum ſi ſententia varietur. Græcis hæc eadem, & notæ
ſunt & eiuſdem figuræ, ac apud Latinos ſimilis naturæ.
Hebræi alio modo ſignant, habent quippè loco perio-
di, accentum, quem vocant ſoph paſſuk, id eſt, finem ver-
ſus. Cuius figura, eſt linea directè ſub litera vltimæ di-
ctionis deſcendens, & duo puncta ad latus ſiniſtrum, ſic
:סוק פסוק: ſoph paſuk. Pro colo habent hoc ſignum ^
ſub litera: vocant autem אתנחתא, Athnata: pro comma-
te habent duo puncta ſupra ſcripta literæ, vocant זקף,
zakeph. Mutationem vocis ſignificant etiam aliquæ no-
tæ, vt ſi admirationem velimus pronunciare, adijcimus
lineam rectam puncto directam, ſic, !. Si interrogatio-
nem faciendam, ſemicirculos puncto ſuperponimus, ?.
Græci ſemicirculum puncto ſubijciunt, ſic, ;. Si ſubmiſſius
quid pronunciandum, duobus ſemicirculis includitur, ſic
() parentheſim vocant.

### *De moderatione vocis per ſingulas partes orationis.* CAP. VII.

PRonunciatio procemij ſit lenis: Narrationis, vocis
aptioris, manu magis vltra ſubſellia prolata: in pro-
batione, agitatior, acrior, & inſtantior, cum geſtu ora-
tioni conſentiente. Egreſſiones ſint magis remiſſæ & le-
nes. In epilogo, vox ad concitandos iudices vel audito-
res,



producenda: ad placandos, inclinanda cum lenitate:
res, producenda: ad placandos, inclinanda cum lenitate:
ad commouendos ad miſericordiam, fluxu vocis & flebi-
li modo vtendum. Ex fine namq; vt ex poſtremis impreſ-
ſionibus magis commouentur audientes.

### *De geſtu totius corporis.* CAP. VIII.

IVſſus dicere, non ſtatim incipiat vel erumpat, vt ſit ex
mora aliquantula ſpatium cogitandi, & quia interim
dicturi cura, auditurum delectat, & iudex vel alius
qui iuſſit, ſeipſum interim componit. In hac tamen cun-
ctatione, ne moræ ſint indecentes, dicturus poteſt ca-
put mulcere, manum intueri, infringere articulos, ſimu-
lare comatum, ſuſpiratione ſolicitudinem fateri, aut
aliud agere, quod quemque magis decet, idq; diutius ſi
iudex non intendit animum vel auditores, incipiat de-
hinc. Vultus ex affectibus mutatur, hiſq; oculi, palpe-
bræ, genæ, ſupercilia obtemperant. Superciliorum duo
vitia, immobilitas & mobilitas nimia, optima inter illa
mediocritas: contracta, triſtitiam ſignificant: diducta,
hilaritatem: remiſſa pudorem. Nares & labra, non tor-
quenda, non mungenda, non mordenda. Sit ceruix recta,
collum nõ tendatur, quia leuigatur vox: ſi affigatur men-
tum pectori, minus clara fit: nam redditur craſſior preſſo
gutture. Humeri non eleuentur vel deprimantur, quia
geſtus ille ſeruilis eſt. Brachiorũ ſit moderata proiectio,
explicantibus ſeſe in proferenda manu digiti.

### *De geſtu conueniente manuum & digitorum.* CAP. IX.

OMnes ferè geſtus præcipui oratoris, ex manu pen-
dent. Digitorum communis geſtus, hic eſt. Me-
dius digitus in pollicem contractus explicitis tri-
bus principijs aptus eſt, cum leni ex vtraque parte motu
modico, prolatus cum capite, humeris ſenſim ad id quò
manus feratur, obſeruantibus; in narrando, exertus, ſed
tum paulò productior: In argumentando & exprobran-
do, acer & inſtans: atque in his partibus longius & libe-
rius exeritur. Cauendum tamen, ne in ſiniſtrum latus
tendat, néve tranſuerſo brachio proferatur. Duo medij
digiti ſub pollice, habent geſtum intentiorem, narratio-
ni non accommodum. Tres contracti pollice preſſo, in-
dice explicato, in exprobrando & iudicando accommo-
di. Index ſpectante humerum manu, paulùm inclinatus,
affirmat: verſus in terram vt pronus, vrget. Verecundiæ
aptiſſi-

aptiſſimus geſtus, quo primis leniter in ſummum coeuntibus digitis, non procul ab ore & pectore, fertur ad nos manus deinde prona, aut paululum prolata, laxatur. Motus totius manus, à ſiniſtra incipiat. Deinde deorſum, poſteà ſurſum proijciatur, veluti in latus dexterum, & in dextra finiat. Manus cum ſenſu & incipiat periodum & deſinat.

### *Vitia geſtus manuum, & aliarum partium corporis.* CAP. X.

VItia manus ſunt, tollere eam ſupra oculos, demittere eandem infra pectus, percurrere ea intra humerum ſiniſtrum. Siniſtra manus, nũquam ſola geſtum facit rectè: dextræ ſe accommodat frequenter, ſiue in digitos argumenta digerimus, ſiue auerſis in ſiniſtram palmis abominamur, vel reijcimus aduerſa: ſiue ad latus vtrunque diſcedimus ſatisfaciendo vel ſupplicando. Ambabus diuerſos perficimus geſtus. attollimus quippe adorantes, ſupplicantes ſubmittimus, medij demonſtramus, inuocatione protendimus. Manus complodere, & pectus ferire, fœmininum eſt: pectus iactare, ſtultum. Cum noſmetipſos tamen alloquimur, adhortamur, miſerantes, obiurgantes, vel de nobis loquimur, caua manu, & ſummis digitis pectus appetere, optimum geſtum addit. Pes ſiniſter non dexter debet produci ab oratore, corpore tamen recto: áttamen tortuosè non eſt inſiſtendum. Inclinari autem ſi doceas vel obſcurè loquaris, verſus iudicem paululùm licet. Cùm ad argumenta perueneris & locos, veſtem fluentem reijcere potes, deijcere etiam ſi hæreat, & frontem ſiccare.

---

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS,

## LIBER XIX.

## In quo agitur de poetica.

### *De poëtica arte, quatenus in republica admittenda.* CAP. I.

MEtra, inquit Ariſtot. in Poet. partes eſſe numeri ſatis apparet: & ſicuti numerus & harmonia natura inſita nobis ſunt, videtur & poeſis naturalis, quæ poſteà arte iuuatur. Conſtat



autem, poeſim eſſe artem, quia ſuis præceptis perficitur, quanquam non ita verum omnia quæ poetæ canunt, arte cani: nam miranda canunt, ſed non credenda. Et Plato in Ione, Omnes, inquit, carminum poetæ inſignes, non arte ſed diuino afflatu mente capti, iſta præclara poemata canunt: vt Corybantes, non ſana mente canunt. addit-que, res leuis, volatilis atq; ſacra, poeta nec canere prius poteſt, quàm Deo plenus & extra ſe poſitus, & à mente alienatus ſit. Nam quandiu mente quis valet, neque fingere carmina, neque dare oracula quiſquam poteſt. hæc ibi Plato. Cic. 2. de Oratore, Bonus poeta nemo ſine inflammatione animorum exiſtere poteſt, & ſine afflatu quaſi furoris. Ariſtot. quoque in poet. viri verſatilis ingenij, vel furore perciti eſſe poeticam tantum, dicit. Etenim poetarum aliqui, ab ipſa natura ad poeticam benè firmati ſunt, aliqui autem à mente abſtrahuntur. Subindicat & Cebes apud Plat. in Phædro, vel de anima, poetarum animos magis ad fabulas, quàm ad verum ſermonem animum intendere. Quod & omnes fatentur: verum aliqui, ad myſteria contorquent, alij ad partem poeſeos delectantem. At ſemper nihilominus verum remanet vetus illud prouerbium, poetas multa mentiri, vt ait Ariſtot. 1. Metaphyſ. cap. 2. Senec. libro 1. de beneficis, ſic explicat: Quemadmodum nomenclatori memoriæ loco audacia eſt, & cuicunque non poteſt nomen reddere, imponit aliud loco nominis proprij: ita poetæ non putant ad rem pertinere verum dicere, ſed aut neceſſitate coacti, aut decore corrupti, id quemq; vocari iubent, quod bellè facit ad verſum. exprimit in arte Horat.——*pictoribus atq; poetis,*

*Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.*

Plato, lib. 10. de Republ. partem Poeſeos reijcit, & à ciuitate tanquam ei noxiam explodit eam, quæ imitatrix eſt, id eſt, quæ repræſentat mores aliquorum, quales ſunt Tragœdiæ & Comœdiæ: alias tamen partes admittit, ob quas poetæ vtiles putantur à Plutarc. proprio lib. de audien. poemat. Refert Maximus tamen Tyrius ſerm. 16. Heſiodi carmina, & aliorum quæ rapiunt animos, perinde ac tibiarum & florida harmonia, vt argumenta merarum fabularum plebiſcito explodi: cui tamen ille non ſubſcribit, ratus philoſophãdi ſemina inde perueniſſe ad ipſum, quoque Platonem, & alios: & in Homeri & Heſiodi carminibus, fabulæ ſpeciem poeticen quidem ſpectare, at latere in his ad virtutis amorem ſtimulũ. & ſerm. 21. poeticen dicit, optimam nimirum adoleſcentis animi nutri-

cem, &

cem, & alumnā. & ſerm. 29. quid eſt aliud poetica, quam
philoſophia tempore vetuſta, conſonantia metrica, argu-
menta fabuloſa? hæcque poſteà docet conuertibilia, eſſe
philoſophum, & eſſe poetam. Cicer. in eius laudibus mul-
tus pro Archia poeta. Cui adſtipulatur Strab. lib. 1. Geo-
graph. Antiqui, inquit, poeticam primam quandam phi-
loſophiam perhibēt, quæ ab ineunte nos ætate ad viuen-
di rationes adducit, quæ mores, quæ affectiones docet,
quæ res gerendas cum iucunditate præcipiat, &c. Extant
& Heraclidis Pontici ἀλληγορίαι σοφώταται, καὶ ἐκδικήσεις
εἰς τὰ τοῦ Ὁμήρου περὶ θεῶν εἰρημένα, καὶ ἀντιρρήσεις τῶν κατ' αὐτοῦ
βλασφημησάντων. In quibus totam poeſim philoſophia na-
turali plenam, docet & Dion. Chriſoſ. oratione Græca de
Homer. Platonem ab eo quoq; ſuæ philoſophiæ partem
maximam hauſiſſe docet, Ariſtot. & Zeno & alij. Quam-
obrem Græcorum ciuitates ab ipſo primordio, liberos
in poetica educarunt, non vtiq; nudæ voluptatis, ſed ca-
ſtæ moderationis gratia. Extollit & poetices ibi partem,
quæ verbis ad imitandam viuendi rationem incitaret.
Quid autem ego poſſim in horum authorum concurſu
adferre, num probem, improbēmve poeticam explica-
bo. Probo quidē artem omnino, vtpotè quæ in electione
verborum & ſententiarum, ingenia acuat & exerceat, &
quæ ad optima etiam poſſit eſſe celebranda inſtrumen-
tum: neque enim fuit vſquam Dei cultus, ſine aliqua me-
trica decātatione: non apud barbaros, non apud Iudæos,
non Chriſtianos. Sunt & carmina quædam, quæ meren-
tur perpetuò in ore eſſe, vt Phocylidis, Tyrtei, Theogni-
dis, Heſiodi opera & dies, & ſimilia, vt iudicium eſt Iſo-
cratis ad Nicoclem. Verum cum Platone & alijs probè
ſentientibus, Chriſtianis potiſſimum, abominor poetas
antiquos & recentes, qui nobis tragicè vel comicè, vel
ſpectra & chimeras proponunt, aut vitiorum lernam, ex
quibus etſi erudiatur lingua & ſermo, inficitur certè ani-
ma, vt eo modo impios & turpes mores iuuenes combi-
biſſe appareat poſteà cum ſucco eloquentiæ, vixque à ſi-
ciendis quæ legerint, ſe temperare poſſint: & ſi tenera æ-
tas dum addiſcit, non ſentiat quantum virus hauriat, ſi-
milis illis qui oblitis melle cantharis, improuidè venena
deuorant. Concinna certè multa Martialis habet, ſed
quàm turpia aliunde propinet, quis non videt? Familia-
riter loquitur Terentius & Plautus, at quantum noceat
pueris didiciſſe modum ſcortandi, quò ibi nihil frequen-
tius quis neſcit? Omitto reliqua, quæ colloquijs peſſimis
corrum-



corrumpunt iuuenum mores, proſpiciēt & dabunt ope-
ram ſi ſapiunt, & ludimagiſtri & magiſtratus, ne his in po
ſterum imbuatur & inſtituatur Iuuentus. Sic enim opi-
nor, D. Auguſt. 1. confeſſ. vinum erroris dixit poeſim, &
Democritus inſaniam. Et, vt eſt apud Horat. in arte,

*Dum ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem*
*Teſta diu.*

Certè & æquè pueris ac omnibus Chriſtianis, illud im
pium toties Iouem, Apollinem, Bacchum, & alia idola
gentium, pro Deo reſonare, deos dicere, deos inuocare,
& reliquas fabulas commemorare, quas & plerunque
pueri veras credunt, & ſæpe cum hoc veneno inter Chri-
ſtianos ſemipagani moriuntur. D. Paulus hos notat ex-
preſsè. 1. ad Timoth. cap. 4. ineptas & inanes fabulas de-
uita. Et rurſum 2. ad Timoth. erit tempus, cùm ſanam do-
ctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruа-
bunt ſibi magiſtros pruriētes auribus, à veritate quidem
auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. D.
Hieron. in Pſal. 104. ad verba illa, & dedit terra eorum ra-
nas in penetralibus regnum ipſorum, ait in ranis poeta-
rum carmina deſignari, qui à catholica regula diſcrepan-
tes, regnum terrenorum corda deceptionum fabulis re-
plent. Eadem repetit ſuper Pſal. 77. ad verba, & ranam &
diſperdidit eos. Et idem D. Hieron. Damaſc. abſit, vt de o-
re Chriſtiano ſonet, Iupiter omnipotens, & me hercule,
me caſtor, & cætera magis portenta quàm numina, &c.
Quod ſi apud Ariſtot. lib. 7. Politic. cap. 17. legimus, pœ-
nam ſtatutam his qui publicam ſtatuam, oculis pro po-
ſuiſſent multitudinis, per quam libido excitaretur. quan-
to magis iſtis pœna imponenda, qui iuuentutis mentem
fabulis iſtis ſpurciſſimis & impijs poetarum imbuunt &
ſuggerunt. Hoc non patitur Iuuenal. etſi poeta, dum ait,
Satyra 14.

*Nil, dictu fœdum, viſuque hæc limina tangat.*
*Intra quæ puer eſt: procul hinc procul ite puellæ,*
*Lenonum & cantus pernoctantis paraſiti:*
*Maxima debetur puero reuerentia, ſi quid*
*Turpe paras. Nec tu pueri contempſeris annos,*
*Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.*

Extat vetus prouerbium, quæ factu turpia ſunt, eadem
& dictu. Sicq; præcipit Iſocrates oratione 1. πρὸς Δημόνικον.
ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν. Atque bar-
bari Perſæ, quæcunque non eſt fas apud illos facere, ea-
dem nec dicere, vt ait Herodot. in 1. Imò obſcæni poetæ
& laſciui,

& laſciui, ſunt peiores pernicioſiſſimis lenonibus: leno-nes enim perpetuò non audent comparare, pudicitiam apertè non impugnant: at iſti cõtinua lectione liberè ex-pugnant vel corrumpunt. Cecinit vel inuitus Ouid. illud,

*Eloquar inuitus, teneros ne tange poetas,*
*Summoueo dotes impius ipſe meas.*
*Callimachum fugito, non eſt inimicus amori,*
*Et cum Callimacho, tu quoque Coe noces,*
*Ne certè Sappho meliorem fecit amicæ.*
*Nec rigidos mores muſa Thaleia dedit.*
*Carmina quis potuit tutò legiſſe Tibulli?*
*Vel tua, cuius opus Cynthia ſola fuit?*
*Quis potuit lecto durus diſcedere Gallo?*
*Et mea neſcio quid carmina tale ſonant.*

Sed hæc hactenus de poetarum cenſura, de qua non loquemur, ſed de arte poetica, qua quis & ad bona, non ſecus ac gladio vti poteſt.

## *Quibus conſtent poemata, & de rhythmo.*

## CAP. LI.

OMne poema, ex ſyllabarum ratione & ordine, & tempore conſtat. Syllabarum diuiſio, in primas, medias, & finales: quæ inter primam & finalem dictionis ſyllabam ſunt, mediæ dicuntur. Et cum ſuis numeris quodammodo curſu continuato currere videtur metrica oratio, ideo ſyllabarum connexione, pedes fieri dicuntur, vt ex pedibus verſus ſeu carmen. Quamobrem in poetica arte & metrica, tria conſidera, ſyllabarum tempora, ſeu quantitatem, num breuis, longa aut anceps. Secundò, pedum diuerſas ſtructuras. Tertiò, pedum commixtiones, vnde diuerſitas carminum naſcitur. Obſeruandum tamen non fuiſſe adhibitam rationem quantitatis in poetica apud omnes nationes, ſicuti nec perpetuò apud Hebræos, in Gallicis & Italicis metris & Germanicis, in quibus pro arte, eſt certus numerus ſyllabarum & rhythmus. Rhythmus, eſt conuenientia ſyllabarum in fine duorum verſuum, quos miſcent pro arbitrio preſcripto. Scio tamen quoſdam voluiſſe Gallicum idioma, legibus ſyllabarum latinarum conſtringere, verum nulla ineſt verſibus in hoc idiomate gratia, & oporteret orthographiam Gallicam, quæ varia eſt, prius certis & conueniẽtibus legibus coercere, quàm ad temporum quãtitatis obſeruationem reuocare. Rhythmum Hebræi doctiores trium literarum poſteriorũ verſuum duorum



vel plurium faciunt vocantque illud carmen שיר משובח ſcir meſſuba, id eſt, carmen excellens. Indoctiores, non ſemper eaſdem tres in rhythmo ponunt literas, ſed aliquando quæ prolatione affinitatem habent. Quando autem rhythmus vna litera conſonat, dicunt שור עובר ſcir gober, id eſt, carmen tranſiens ſeu vulgare. Si in duabus שור ראוי ſcir raui, id eſt, carmen elegans. Sed & iſti habent in rhythmis duas ſedes, in medio verſus, & in fine. Primam partem verſus, dicunt דלת daleth oſtium: ſecundam סגור ſegor, id eſt, clauſuram, diuiſiones eorum, pſetzim, id eſt, diſtinctiones, pauſas vocant. verſum autem includentem vtranque partem, vocant בות bait domum. Cæterum non ſemper bait ſeu verſus habet rhythmum in medio vel in peſetz, quamuis diuiſionẽ habeat, ſicuti in verſib. Gallicis & Italicis & Germanicis, alexandrini & heroici dicti, & decanici, habent quidem peſec, ſed non rhythmum niſi in fine. Habent quoque Hebræi formam aliam verſus componendi, per quantitatem ſyllabarum, vt videbimus proximo capite.

## *De Syllabarum quantitate.* CAP. III.

SYllabarum aliæ longæ, aliæ breues, aliæ ancipites ſeu communes, quæ & breues & longæ eſſe poſſunt. Græcis & Latinis longæ & breues ſyllabæ, cognoſcuntur octo modis, paucis diſtinctis.

1. Poſitione, cum duæ conſonantes literæ, vel muta cum liquida, vel duplex conſonans ſequuntur vocalem: quæ autem ſint mutæ liquidæ & duplices, diximus in grammatica.

2. Cognoſcuntur diphthongo, omnis diphthongus longa eſt, apud omnes, niſi ſequatur vocalis apud Latinos, apud Græcos variat.

3. Præpoſitione: nam præpoſitiones, de, pro, à, è, ſe, de, di, dis, & pro, niſi, paucis exceptis, quas notant omnes proſodiæ, longæ ſunt, niſi ſequatur vocalis.

4. Deriuatione: deriuata primitiuis conſentiunt, paucis exceptis in Epographia Franc. Quintiani Stoæ, cap. 12. 13. 14. & apud alios.

5. Compoſitione, vt compoſita, normam ſimplicium obſeruent.

6. Cùm vocalis ante vocalem, quia corripitur prima, paucis exceptis.

7. Regulis: quæ dantur de diſſyllabis, præteritis longis, exceptis ſcidi, ſidi, tuli, ſteti, dedi: de prima corripien-

da geminati præteriti: de prima producenda ſupini diſſyllabi: de crementis verborum & inflexionum nominum, de quibus latè Deſpaut. Pantaleon, & alij.

8. Exemplo, quia ita vſi antiqui ſint, & dicunt aliquas natura longas vel breues ſyllabas, potiſſimum Græci & Hebræi. Græci quippe habent, vt diximus, natura longas, η, & ω. breues ε, & ο. Ancipites, α, ι, υ. Et Hebræi habent ſeptem motiones ſeu voeales longas, nempe quinque motiones magnas, & patheh, & ſegol. de quibus in grammatica egimus. Traduntur autem regulæ particulares de primis, medijs, & finalibus ab omnibus proſodicis, apud Latinos à Fran. Quintiano, Deſpaut. Pantaleone, & alijs quorum capita collegit verſibus Glareanus libello de ſyllabarum ratione, vt vocales longæ ſint ante literas, quæ in his verſibus ponuntur, ante alias breues,

De primis: *Manſta, deleſteue, flinſdiuerim, hodogaſme, cudrunſgumſt.*

De medijs: *Gau, bedec, elmetu qui, noſt, dugrumnuiicus. adde.*

De vltimis. *A, u. i, n, c, as, es, os finales dant tibi lõgas.*

De quantitate ſyllab. apud Græcos, trâctat Franc. Vergara. lib. 4. Grammat. & Rhenatus Guillonius in Gnomone & alij.

## *De Pedum diuerſa nomenclatura.*

### CAP. IV.

EX ſyllabarum quantitate diuerſa, pedes diuerſi componuntur. Simplices alij, alij ex illis compoſiti. Simplices, diſſyllabi 4. triſſyllabi 8. diſſyllabi. pyrrichius duabus breuib. υ υ. Spondeus, duabus longis - -. Iambus, breui prima & longa ſic υ -. Trochæus contrà, - υ. Triſſyllabi, dactylus prima longa, & ſeq. breui. - υ υ. Anapæſtus, υ υ -. Tribrachys υ υ υ. Moloſſus - - -. Amphybrachys υ - υ. Amphymacrus, - υ -. Bacchius υ - - Antibrachus - - υ. Compoſiti, proceleuſmaticus υ υ υ υ ex duob. pyrrich. diſpondeus - - - - 2. ſpond. dijambus υ - υ -. 2. iambus ditrochæus - υ - υ. 2. troch. Antiſpaſtus υ - - υ Iambo & troch. Choriambus - υ υ - troch. & iambo. Ionicus à minore υ υ - - pyrr. & ſpond. Ionicus à maiore - - υ υ ſpond. & pyrr. Pean 1. - υ υ υ Troc. & Pyrr. Pean 2. υ - υ υ iambo & pyrr. Pean 3. υ υ - υ pyrrich. & troch. pean 4. υ υ υ - pyrr. & iamb. hi pedes Latinis & Græcis communes: at Hebræi iambum habent dictum. יתד Iated, clauum, fitque iated ex ſceua mobili, ſeu hateph ſegol, & vna



vna ſyllaba. Cùm autem aliam addunt ſyllabam, quam vocant תנסעה tennach, id eſt modum, vocant מורכבת murchebet, id eſt, compoſitum, Latinis poteſt dici Bacchius, poſteà namque per ſyllabas computant verſus,

## *De diſtinctione & nomine carminum.*

### CAP. V.

CArmina nominantur variè, vel à prædominanti pede, vel à numero eorundem, vel ab inuentore, ab eo quod canitur, & inſtrumento cum quo canitur. A prędominanti pede, vt carmen iambicum, trochaicum, dactylicum, anapæſticum, choriambicum. A numero pedum, monometrum ſcilicet 2. pedum, dimetrum. 4. trimetrum. 6. tetrametrum. 8. quadratum catalecticum, & acatalecticum: quæ intelligenda de iambicis, trochaicis & anapæſticis, in quibus duo pedes pro vno numerantur, non autem in hexametro & pentametro carmine. Pentametrum quod habet 5. pedes vel 4. & duas cæſuras: hexametrum quod habet 6. pedes. Ab inuentoribus, Pyndaricum, glyconicum, ſapphicum, ſeu pentametrum & hendecaſyllabum, aſclepiadeum, archilochium, &c. A materia decantata, heroicum, eroticum, georgicum, olympicum, nemæum, pythium, iſthmium, adonicum, elegi, næniæ, eclogæ, epinicia, &c. Iullius pollux in 1. præamb. propriè, dixit eſſe verſus de Apolline: hymnum Dianæ: vtriuſque proſodiam Bacchi, dythyrambum: Cæteris, Iulum: Linon & Litierſem foſſorum & ruſticorum. & lib. 3. cap. 3. hymen vel hymenæus, cantus nuptialis, aliaque addit, lib. 4. cap. 7. Ab inſtrumento, vt lyricum. A numero verſuum, vt diſticha. Apud Gallos: *dizains, ballades, ſonnetz, chantz Royaux*, & alia genera, quę numeratos habent verſus, & apud Italos. De generibus pedum & metrorum, ferè omnes ſupra citati authores agunt, tum in Hellinica, tum in Latina lingua. At Hebræi decem & octo genera metrorum alia habent, de quibus, Gaſpar Haiuonius, ſacræ Theologię Profeſſor primus ſcripſit Latinè, & poſt eum Munſterus, in fine vtriuſque ſuæ grammatices Hebrææ. Primum eſt פשוט paſcut, id eſt, carmen ſimplex, vbi nullum ſcheua: ſecundum compoſitum, ex iathed & quatuor ſyllabis: tertium compoſitum ex lathea & 4. ſyllabis, & olio iathed & 2. ſyllabis: 4. compoſitum ex iathed & 2. ſyllab. Reliqua poſtea compoſita variè ex iathed & ſyllaba, vel ſyllabis antecedentibus vel ſequenti-

bus ac apud Latinos, & Græcos ex ſpondeis, & iambis, & trochæis fiunt verſus varij.

## *De Syſtemate vario carminum.*

## CAP. VI.

SYſtemata & complexiones carminum apud Latinos & Græcos ad tria genera reducuntur. Nam vel ſunt dramatica, vel exegematica, vel mixta. δραματικὰ ποιήματα dicuntur, ab imitatione eorum quæ repræſentantur: cuius præcipuæ ſpecies, Tragœdia & Comœdia. De Tragœdia & vnde dicta, num à præmio hirci vel aliundè tractat Anton. Macinell. in Horat. lib. 2. Carm. ode 1. & Acron & Aſcenſius in eius artem, & Cornutus in his quæ in prologo Terentij Afri afferuntur. Tragœdiæ partes apud Ariſtot. 4. Prologus vſque ad ingreſſum chori, ab hiſtrionibus agitur chorus: ἐπεισόδιον, exodu. Chori officiũ: ſupplere quicquid extra argumenta, adijcitur apud Horat. in arte, atque ita agit partes authoris, defendit officium virile, bonis fauet, regit iratos, laudat laudãda, contraria vituperat. Sunt & alia chori officia, de quibus & plura de ſtrophe, antiſtrophe, & epodo, cõſule Iacobum Mycillum in fine annotationum in Euripidem, commentarium in Pindarum. Chorus tragicus differebat à comico, quòd eſſet 15. perſonarum, comicus 24. Differuntque in choris & multis alijs Comœdia & Tragœdia: quia illa de rebus popularibus: hæc de heroicis agit: illa, lætos habeat exitus, Tragœdia triſtes: illa verbis communibus, hæc ſublimibus vtatur. Exegematica poemata, illa quæ ex contextu authoris nulla perſonarum interpoſitione conſiſtit. Mixta autem, quæ cum illo contextu, interdum perſonas loquentes inducunt, vt Homerus, & Virgil. in Aeneide.

## *De tributis Carminibus.* CAP. VII.

TRibuuntur carminibus, ſcanſio, cæſura, figura, permixtio. Scandere, eſt diſtinguere & percurrere per pedes carmina. Cæſura, eſt ſectio pedis, vel poſt duos pedes ſyllabam relinquendo, vt pentemimeris, vel heptemimeris, vel trochaica. De figuris tractant grammatici aliundè. At mixtio carminum habet propria nomina, vt ſi conſtat duobus generibus hexametro, & pentametro dicitur dicolon diſtrophon carmen, dicolon tetraſtrophon, cùm poſt tres eiuſdem generis verſus, quartum alterius modi ſequitur, & ad primum fit reuerſio, vt in Sapphico cum Adonico. Tricolon tetraſtrophõ, quando poſt trium generum quaternos verſus, ad primum reuerſio fit, vt in 1. lib. Oda. Horat.

*Dianam teneræ dicite virgines, &c.*

Concinniores dicuntur verſus, in quibus adiectiuum ſubſtantiuum antecedit, & interea quædam intermiſcentur, vt

*Bella per Hæmatios pluſquam ciuilia campos.*

Item ſi heroicum ſeu hexametrum diuidatur, vel diſſyllaba dictione, vel triſſyllaba, & ſi fieri poſſit pentametrum ſola diſſyllaba.



## *De quibuſdam effectibus Carminum.*

## CAP. VIII.

QVia poetæ furore aguntur & ſpiritu quodam concitato, & carmina alios concitare dubium non eſt, vt ait Ariſtot. in poetica: vnde vates idolorum, non prius reddebant verſibus oracula, nec Sibylla niſi furore agerentur, vt conſtat ex Callimacho in hymno Apollinis & alijs. Quamobrem incantationes & veneficia, olim, perſuaſum eſt fieri carminibus, & verbis cantione conceptis. Sic ſcribit Virgil. 8. eclog.

*Carmine vel cœlo poſſunt deducere Lunam.*
*Carminibus Circes ſocios mutauit Vlyſſis.* Et,
*Frigidus in campis cantando rumpitur anguis.*

Atque Horat. 2. epiſt.

*Carmine dij ſuperi placantur, carmine manes.*

Et Ouid. in opuſculis.

*Carmine læſa Ceres, ſterilem vaneſcit in herbam,*
*Deficiunt læſi, carmine fontis aquæ.*
*Illyribus glandes, cantataque vitibus vua*
*Decidit, & nullo poma manente fluent,* &c.

Non tamen hæc omnibus carminibus vis ineſt, & niſi illi quæ ex impreſſione altiſſima mentis, per vocem exprimuntur. Sicuti nec omnia dicta vel audita, audientes mouent, ſed quæ ex intentione animi proferuntur, & à concitato, irato, trepido, amante, &c. meritò enim, vt ait Dionyſ. Halicar. in prin. omnes putant orationem ſuam cuiuſque animi eſſe imaginem, & habent carmina & ſcripta, ſuum quodammodo genium & vim eductam ab authore, qua viuant & operentur, vnde dicebat Pſal. 57. de incantatore, quod ſapienter incantent, ibi, tanquam aſpidis ſurdæ, quæ non exaudit vocem venefici incantantis ſapienter. Itaque eruditè dum excantationes adfert

Medeæ. Ouid. Metamorph. 7. illam concitatam, minacem commotam fingit, vt Apollon. Rhodius, lib. 4. Argonaut. Talem & Canidiam Horat. lib. Epod. ode 5. ibi,

*Quid vt nouerca me intueris, aut vti*
*Petita ferro bellua, &c.*

Et vt ait idem Horat. in arte.

*Non ſatis eſt pulchra eſſe poemata, dulcia ſunto:*
*Et quocunq; volent animum auditoris agunto,*
*Vt videntibus arrident, ita flentibus adſunt*
*Humani vultus: ſi vis me flere, dolendum eſt,*
*Primum ipſi tibi tunc tua me infortunia lædent*
*Telephi vel Peleu: malè ſi mandata loqueris,*
*Aut dormitabo aut ridebo: triſtia mæſtum*
*Vultum verba decent: iratum plena minarum:*
*Ludentem laſciua: ſeuerum, ſeria dictu.*
*Format enim natura prius nos intus, ad omnem*
*Fortunarum habitum, iuuat, aut impellit ad iram:*
*Aut ad humanum mœrore graui deducit, & angit:*
*Poſt effert animi motus: interprete lingua.*

Narrat Suidas, Tyrtæum Archimbrot filium, poetam & tibicinem, carminibus ſuis Lacedæmonis cum aduerſus Meſſenios bellum gererent authorem victoriæ fuiſſe, eò quòd animos eorum, carminibus ad bellum incenderit, laudando eos qui in bellicis excelluerunt, vt tradit Plato 2. de legibus, & Horat. in arte,

*Tyrtæusq; mares animos, in Martia bella*
*Verſibus exacuit.*

Narrant, & Archilochum, ea vi & ira in Lycambem ſcripſiſſe, vt ipſe impotens ferre contumeliam, laqueo ſe ſuſpenderit. Sic in eadem arte meminit Horatius,

*Archilochum proprio rabies armauit iambo.*

Et Ouid. in Ibin,

*Poſtmodo ſi pergas, in te mihi liber iambus*
*Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit.*

Ideo idem Horat. lib. 1. epiſt. epiſt. 20. ad Mœcenatem agentia verba Archilochi dixit, hoc eſt ad agendum impellenda,

*Parios ego primus iambos.*
*Oſtendi Latio, numeros, animosq; ſecutus*
*Archilochi, non res, & agentia verba Lycambem.*





# ΣΥΝΤΑΞΕΩΝ ARTIS MIRABILIS, LIBER XX.

## In quo agitur de Hiſtoria.

### *De Hiſtoria, & quòd ea vera narratio ſit.* CAP. I.

CIcero libro 1. ad Herennium: Hiſtoria, inquit, eſt res geſta, ſed ab ætatis noſtræ memoria remota: in quo differt à fabulárum & argumentorum fictione. Repetit eadem lib. 1. de Inuentione, dum de narratione agit, & negotiorum expoſitione, cuius partem hiſtoriam quoque ponit. Et rurſum lib. 2. de Oratore, Hiſtoria teſtis temporū, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis. Pauſanias quoque lib. 1. in Atticis, priſcarum rerum memoriam, veram ex literarum iſtis monumentis, non ex choris vel Tragœdijs accipiendam dixit. Apud Græcos *ἱστορία* cognoſcendi ſtudium, luſtratio locorum: & apud Dioſcoridem in Præfatione *ἐξ ἱστορίας*, ex percunctatione audita dicuntur. Vnde Verrius Flaccus definiuit, hiſtoriam eſſe narrationem rerum geſtarum, quibus interfuerit is qui narrat, apud Gellium lib. 5. cap. 18. Accedit Lucianus libro de ſcribenda Hiſtoria inſcripto: ſic enim & accipitur apud Ariſtotelem lib. 2. de Animalibus, *τοῦτο ἐν τῶν ἱστοριῶν καὶ ἀνατομῶν*. Eo modo hiſtoria plantarum apud Theophraſtum, de obſeruatis p ipſum in plantis, & apud Plinium Hiſtoria naturalis, vel ſi quæ ſcribuntur author non viderit, vera ſaltem referre proprium erit hiſtoriæ, vt ait Strabo libro 11. Geograph. dum de Amazonibus agit. Atque in primo, tradit finem eius, diſpoſitionis loci rei prout eſt, expreſſionem eſſe. Facit Polybius libro 12. Quemadmodum corpora animalium, inquit, ſi oſſa ſint exempta, totum redditur inutile: ita hiſtoria, ſi veritatem ademeris ei, quod reliquum eſt, inanis redditur narratio. Veræ itaque hiſtoriæ indicium, rem eodem modo à pluribus ſcriptam, vt ait Ioſephus libro primo contra Apionem. veritatis namque amica ſimplicitas, vt ait Pindarus & alij.

## *De Hiſtoriæ ſpeciebus.* CAP. II.

AVlus Gellius libro 5.cap.18. hiſtoriæ conſtituit differentias, annales, ephemerides. Annales ſunt, cùm res geſtę plurium annorum, obſeruato cuiuſque anni ordine, deinceps componuntur. Cùm verò non per annos, ſed per dies ſingulos res geſtæ ſcribuntur, ea hiſtoria, ἐφεμεϱὶς Græcis eſt, nobis diarium. Cicero 2. de Orat. Erat, inquit, hiſtoria ſcilicet Romanis, nihil aliud niſi annalium confectio: cuius rei memoriæque retinendę cauſa, ab initio rerum Romanarum vſque ad Publ. Mutium Pontificem Maximum, res omnes ſingulorum annorum mandabat literis Pontifex Maximus, efferebatq; in album, & proponebat tabulam domi, vt eſſet poteſtas populo cognoſcendi, ij qui etiam nunc annales maximi nominantur. Hanc ſimilitudinem ſcribendi multi ſecuti ſunt, qui ſine vllis ornamentis monumenta temporum, hominum, locorum, geſtarumque rerum reliquerũt. Accedit Cornelius Tacitus libro 4. dum de annalibus agit Romanorum: Ingentia, inquit, illi annales bella, expugnationes vrbium, fuſos captosque Reges, aut ſi quando ad interna peruerterent, diſcordias Conſulum aduerſus Tribunos, agrarias frumentariasque leges, plebis & optimatum certamina, libero egreſſu memorabant, facit Liuius libro 6. decade 1. Cæterùm ſerius, nec perpetuò apud Pontifices illa poteſtas ſcribendæ Hiſtoriæ fuit, vt ſcribit Fl. Vopiſcus in Tacito.

## *Hiſtoriæ vtilitates.* CAP. III.

HIſtoriæ vtilitates plures ſunt. Plutarchus de Curioſitate, vnam tradit ad faciendos malis quæ in his adſeruntur curioſos, ne noua amoliãtur pertẽtare. Liuius in Procœmio Hiſtoriæ, Hoc illud eſt præcipuum in cognitione rerum ſalubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri, vnde tibi tuæque Reipublicæ quod immittere capias: vnde fœdum incæptu, fœdum exitu quid vites. Polybius Megalopolitanus in 1. illam tradit quoque vtilitatem, quod aliorũ periculis qui legunt, cautiores redduntur, & certè,

*Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum.*

Meliùs eſt enĩ videre experta, quàm experiri mala. Et idcircò hiſtoria à Diodoro Siculo libro 1. dicitur continere doctrinam omnium periculorum expertem, ex cognitione aliarum calamitatum, vel fœlicium ſucceſſuum. Súntque



que, vt ait Plutarchus, hiſtoria bellaria, quòd in herouum illuſtriumque virorum conuiuijs, nihil ſecundas menſas exhilaret magis, quàm veterum exemplorum recitatio. Dionyſ. Alexand. Halicarnaſſæus in hiſtorijs, inquit, Veritatem ac prudentiæ ſapientiæque principia recondita omnes credimus. Herodotus in initio ſe eo animo ad hiſtoriam ſcribendam tranſtuliſſe dicit, ne præclarè geſta, iniuria temporum obliterentur: ne fama & admiratione digna facinora, in obſcuro ſine gloria deliteſcant.

## *De Arte ſcribendæ hiſtoriæ, ſeu de præceptis quibuſdam.* CAP. IV.

LEges tres potiſſimùm obſeruare oportet volenti hiſtoriam verè contexere.

1. Vt narratio fiat prout res geſta fuit, vel eſt.
2. Vt chorographiam loci vbi geſta eſt, vel vbi eſt, dicat verè.
3. Vt tempus circumſcribat proprium.

In veritate narranda non oportet ſcriptorem mouere affectus legentibus, nec orationes ad id aptas perquirere, non calamitates mortalium inſectari, quod Tragœdiarum ſcriptores faciunt: ſed dicta factaque hominum verè referre, etiam ſi mediocria fuerint: vt ait Polybius libro 2. Hiſtor. Nihil falſi ſubtexendum, nihil fugiendum, nihil veri tacendum, ſit liber ab omni perturbatione & affectu in alteramuis partem, author: nihil amore vel odio ductus ſcribat, laudet laudanda, contraria vituperet, idque breuiter. Immorari namque in his non Hiſtoriographi, ſed Declamatoris partes ſunt. Quamobrem Pauſanias 1. lib. in Attic. improbat Hieronymum Cardianum Hiſtoriographum, vt familiarem nimium, ei de quo ſcripſerat: quia, inquit, qui cum viro Principe familiariter viuit, neceſſe habet ad fauorem eius omnia ſcripta accommodare. Chorographia, ſeu deſcriptio loci multum conducit ad lucem geſtorum, vt in victoria conſequenda, & aciebus inſtructis loci opportunitas, moresque regionis; addunt quędam aliter incredibilia. Tempus quoque adiectum certum, ſingula diſtinguit, & ad memoriam, & ad cognitionem certiorem pertinet, & rerum periſtaſes inſignes. Sed & exigitur hiſtorias ſcribenti, vel referenti, nomina propria ſeu hominis, ſeu loci, ſeu temporis tenere, & adijcere.

# ΣΥΝΤΑΞΕΩΝ ARTIS MIRABILIS

## LIBER XXI.

### In quo agitur de Politica.

### *Tractationis ratio.* CAP. I.

POſtulabit ordo à nobis præſtiturus, vt de iuris ſpeciebus loqueremur poſt hiſtoriæ & aliarum ſpeculatiuarũ artium explicationem: cæterùm quia in noſtra iuris epitome, de illis proprio loco agitur, in illis non immorabimur, ne cogamur legum & capitum citationes & authoritates hîc inculcare, à quibus, quoad potuimus, ſemper abſtinuimus. Ideò illa tractatione prætermiſſa ad practicas artes conuertitur calamus, quas in actiuas & factitias diuidimus: Actiuas in politicam, ethicam & œconomicam: factitias in mechanicas. De politica itaq; ſuo occurrente ordine agatur.

### *Quid Politia.* CAP. II.

POlitia apud Ariſtotel, 3. Polit. cap. 4. eſt legitima ordinatio ciuitatis, vel regni, ſecundùm quã alij præſunt, alij parent. Iſocrates autem Orat. 10. quæ Areopagiticus dicitur, eſt anima ciuitatis inquit, nihil aliud quàm politia, tantam vim ac poteſtatem habẽs, quantã in corpore quidem prudentia vel mens: ea em̃ eſt, quæ de omnibus conſultat, bona conſeruans, noxia declinans. Et quanquam à ciuitate tantũ hæc ſcientia Ciuilis dicatur, tamen & Reip. adminiſtrandæ cuiuſuis ratio, ad hanc appellationem pertinet, & ad regni quoq; regimen. Sicque etiam Socrates apud Xenoph. lib. 4. Comment. de dictis eius, dixit, πολιτείαν eſſe ἐπιστήμην βασιλικὴν, ἢ βασιλείαν politiam, ſcientiam eſſe regiam & regum. Nec mihi alio modo regni & ciuitatis adminiſtratio differre videtur, quàm ꝙ in eo plures, in hac pauciores ſint: vtriuſq; quippe finis commune bonum, & in vtraque adminiſtratione, leges condere & exequi: vtq; ciuitas ciuium vnitas: ſic regnum regnicolarum, & ciuitatum vnitas: imò & ipſe vniuerſus mundus ciuitas vna, noſq; omnes cuiuſcunque nationis conciues. Et Athenienſes ab initio regnum, in adminiſtranda



ſtranda ciuitate vſurparunt, vt ait Heraclides in principio lib. Polit. Romulus à ciuitatis quoque ſuæ adminiſtratione, regnum exorſus apud Halicarn. Liuium & Plutarch. Deioces ab oppidorum optima adminiſtratione, ad Medorum imperium euectus, & dignus regno habitus, apud Herodotum in 1. omitto reliquos.

### *De Speciebus rerum publicarum.* CAP. III.

ADminiſtrationis rerum publicarum tres ſunt præcipuæ ſpecies, nempe vnius, paucorũ & multorum, vt tradit Plato lib. de Regno, & dialog. de Repub. & Ariſtoteles 3. Polit. cap. 5. Iſocr. orat. 3. ad Nicocl. Aeſchines contra Timarch. & Diog. Laërtius in Platone lib. 3. Platonem tradit politiam in ſpecies quinque diſtinxiſſe, vberiùs explicans tres prædictas: aliam popularem ponens, aliam quam optimates exerceant, tertiam quæ diffundatur in paucos, regiam quartam, quintam tyrannicam. Inter quas tamen optimatum & paucorum vnam ſpeciem facere poſſunt. Tyrannica autem improba eſt, cum vi impulſi & adacti ciues ab aliquo reguntur: poteſt & ad vnius adminiſtrationem referri. Polyb. autem lib. 6. Epit. ſex politiarum genera ab vna monarchia vt pręcipua adminiſtratione, per gradus minoris perfectionis, declinare ſic oſtendit: ſex politiarum inquit genera: Monarchia, quæ natura conſtat. Neque tamen quælibet monarchia regnum dici debet, ſed ea duntaxat, quæ voluntario ſubditorum conſenſu conceditur, & magis pro animi ſententia regitur ac gubernatur, quàm timore & violentia. Ex monarchia regnum naſcitur: vbi verò regnum in malum connatum, ſcilicet in tyrannidem mutatur, rurſum ex horum deſtructione Ariſtocratia, id eſt, optimatum gubernatio, prouenit, quæ tamen natura quadam in oligarchiam, hoc eſt, paucorum adminiſtrationem tranſmutatur. Cùm verò multitudo iniuſtitiam eorum, qui pręſunt, ira percita vlciſcitur, naſcitur Democratia, id eſt, populi adminiſtratio. Rurſum cogente plebis contumelia & iniquitate, temporis ſucceſſu, ochlocratia, id eſt, plebis audacia & imperium exurgit.

### *Quæ ſpecies adminiſtrationis melior.* CAP. IV.

DE hac quæſtione variæ proditæ ſunt ſententiæ, & ſanior pars vnius adminiſtrationem magis probat, quàm

quàm plurium vel pauciorum vel populi. Et populi qui-
dem ſeu democratiæ principatus, in repub. ſpecioſum
nomen habet, videturq́; ex legum æqualitate non plus
vni, quàm alteri tribuere: verum re ipſa comprobatur, ni-
hil ei cum ſua appellatione commune eſſe. At cõtrà mo-
narchiæ nomen auditu difficile, penes vnum tamen ſum-
mam eſſe reipub. conducibile omnium maximè eſt: & fa-
cilius vnus quiſpiam vir bonus reperitur, & ſi illum inue-
tu difficilem quis putet, neceſſe eſt fateatur, & plures in-
ueniri, eſſe difficilius, vt ſcribit Dion. Caſſius lib. 44. hiſto-
riæ. Non poſſumus conniuere bene ceſſiſſe aliquando
democratiã vt apud Athenienſes, Romanos, & alios: in-
terdum & Ariſtocratiam, vt & ex his mixtam, videmus in-
tegram conſeruari Venetorum Rempubl. Quamobrem,
vt quod ſentio, dicam, per ſe vnius imperium boni viri &
principis, fœlicius eſſe puto, at tale perpetuo non poſſe
conſiſtere: ſicuti & in corpore humano, optimum cum
ratione iſtam membrorũ & paſſionum rempubl. tempe-
rari: verùm id non poſſumus ſemper aſſequi, vt videantur
omnes rerum publicarum conſtitutiones morti ſemper
fuiſſe obnoxias, ſecundum Xenophon. lib. 2. rerum Græ-
car. vnde Flaui. Vopiſc. in Caio Cęſare, fato rempubl. regi
dicere auſus eſt, eamq́; nunc ad ſummum euehi, nunc ad
minima retrahi, quod docet exemplis mutationis Rei-
publ. Romanæ. Hoc pluribus ſe confirmaſſe exiſtimauit
Peucerus lib. de diuination. generibus, tribuens vitæ tan-
tum imperijs quingentos annos, ad ſummum ſeptin-
gentos; ad quos tamen dimidiatos vix pleraq; peruene-
runt. Quod tamen ego fato non tribuo, ſed mutationi re-
rum, & diſpari adminiſtrationi, vel tyrannidi. Et fateor
quidem regna & imperia, ſuas ætates habere, & vitam,
ſed ex cauſis pluribus quàm fatalibus, vel diuidi, vel lan-
gueſcere, vel transferri, vel extingui. Ferè autem res om-
nis per quaſcũq; cauſas naſcitur, per eaſdem contrarias,
vel diſſutas diſſoluitur. Atq; ſi agamus de regno vi occu-
pato, id vi retineri debet: at quia nullum violentum per-
petuum, nec illud quoque durare poteſt, cum non ſint ſo-
lida fundamenta, vt docet Demoſth. 2. olinthia. Res poſt-
quam ad ſummum peruenerunt gradum, cum res in eo-
dem ſtatu non permaneat ſub hac cœli magna & conti-
nua rotatione, in deterius deſcendat oportet. Sic pręſtan-
tiſſimis imperatoribus, veluti ad culmen & faſtigium vir-
tutis & perfectionis humanæ conſcenſis, filij nati vt ple-
runque ſemper fuêre impij, & omnino diſſimiles. Tales
Heli.



Heli. 1. reg. cap. 2. & Samueli 1. reg. cap. 8. Salomoni cui cõ-
tingit Roboam 3. reg. ca. 12. &c. Marco Antonino Philoſo-
pho Cæſari, Xiphilinus in Commodo & in M. Antonino.
Herodian⁹. Scipioni Africano, Q. Fabio Maximo, & alijs.
Valer. Max. lib. 3. cap. 5. Sol, vbi ſupra hemiſphærium ad
meridionale punctum peruenit, neceſſe eſt decidat in oc-
cidentem, & homo à virili ætate in ſenectutem, vires re-
mittit. Diuiduntur imperia mortuo patre per filios, & vir-
tus minor diuiſa & robur, quam quando vnita. non pares
artes filijs in retinendo, nõ par reuerentia ſubditorum in
ſucceſſores, ac priores, maior tributorum efflagitatio in
ſucceſſoribus, quàm in præmortuis, viuendi mores alij
vtriſq;, hinc rebelliones, tumultus, bella, principũ aliorũ
petita à rebellibus auxilia. Hinc vſurpationes, incurſio-
nes, populationes, & translationes imperiorũ & regno-
rum. Tarquinium Superbum pepulit regno violata Lu-
cretiæ pudicitia. Liuius in 1. & 2. Dion. Halic. lib. 4. Suſtulit
eadẽ ratio & Romæ decemuiros. Liuius. Dion. Halic. lib.
11. Hildericus Meronei filius Galliæ rex pulſus ob libidi-
nẽ: Annonius, Reuchlinus in breuiario hiſtor. Franc. Paul.
Aemil. in 1. Greg. Turon. lib. 2. hiſtor. c. 12. poſteà tamen re-
gno reſtitutus. Sciũt omnes quare Pipinus regno ſucceſ-
ſit, ex Reuchlino in d. Breuiario hiſt. Franc. P. Aemil. Chil-
der. 3. Gaguino. Annonio. Et ex Iuſtino in 1. quare Arba-
ctus imperiũ Aſſyriorum in Medos tranſtulerit. Nec omit-
tam transferri reges & regna ſæpe à Deo, ob iniuſtitias,
ob vitia populi, ob duras eius & principum ceruices. Ec-
cleſ. c. 10. Daniel. 2. Aggæi 2. ſuccidit vel abſtulit regna ab
ijſdem quos elegerat, vel à ſucceſſoribus eorum propter
ſcelera eorundem. Vt 1. Reg. ca. 15. 28. & 2. Reg. 3. & 3. Reg.
cap. 11. 14. 1. Paralip. cap. 10. &c. Sic Deus ſuſcitauit contra
populum Gaditanum Ruben & Manaſſem, qui eum reli-
querant & idolis ſeruiebat, ſpiritum Phulis regis Aſſyrio-
rum & Theglath Phalnaſaris, regis Aſſur, qui eos à pro-
prijs in ſuam tranſtulerunt ditionem 1. Paralip. ca. 5. Eze-
chiæ eadem de cauſa Dei permiſſu, regnum ademptum
per Nabuchodonoſorem. 4. Reg. 24. & 25. Ad hæc obſer-
uaui Deum optimum maximum & omnipotentem, dum
eò mala excreuerant vt regulos quoque occuparent &
ſubditos, aliquem ſemper Tyrannum barbarũ ſuſcitaſſe,
qui excurreret imperia & regna, eaq́; ſubiugaret & affli-
geret. Omittam, quę de Cyro ipſe Deus loquitur Iſaiæ 25.
proponam tantum Alexandri Magni & Romanorum ex-
curſiones vulgatiſſimas, Scytharum, Gottorum, Hunno-
rum,

rum, Vandalorum excurſiones, quo tempore abundabat iniquitas, vt Carocus rex Vandalorum, anno Domini 410. ſecundum Tritem. in breuiario hiſtor. Franc. ab inſulis Scanzianis ſeu Gotthicis egreſſus, per Germaniā & Saxoniæ fines, Rheno trāſmiſſo, Moguntiā, Vormaciam, Spirā ſubuertit, & Cimocelanā. Treuirorū Metenſem. Dū Alaricus Vingothorū rex, aliunde Italiā ſubuertebat, Gallis populatis in Hiſpaniā tranſgreſſus: atq; dum ab iſtis ſe putarēt impetraſſe regionū incolæ pacē, ſtatim Attila rex Hunnorū, & Vualmirus rex Oſtrogothorū, Ardaricus rex Gepidorū, & aliæ gentes Aquilonares in vnū conſpirantes, à Pannoniæ finibus egreſſi, anno 453. cū infinita multitudine Gallias, & Imperiū Romanum aggreſſi ſunt. Nec eſt quod de Turcis aliud ſubijciā exemplū, qui cum Chriſtiani impiè & turpiter in Oriente viuerēt, & mutuis diſſidijs excandeſcerent, imperium Dei iudicio, multis annis oriētale flagellarūt, tandēq; ſubegerūt & fidē Chriſtianā ſuſtulerūt. Dignetur aūt Deus gentis illius iugum excutere: ſin minus, finibus quos habēt cōtinere. verendū enim eſt, ne nos pariter, qui nō meliores, ſed deteriores ſumus patribus noſtris, niſi Deus miſereatur, ob blaſphemias & noſtra ſcelera, carnificis illius flagella experiamur. Delicta quippè potiſſimū, contemptus religionis, prouocant iram Dei, & bella inuehūt, ſic enim & cecinit Horat. lib. 3. car. ode. 6.

## *Quæ in optima adminiſtratione requirantur.* CAP. V.

NEmo ambigit Rempub. omnē, vnū quoddā corpus conficere, & in eo principē caput eſſe magiſtratum, membra præcipua populū & plebem, ſubditos, imperata ab illis accipere. Atq; ſicuti nec in corpore membra omnia habent ſimilem functionē, ſimiliter nec in Repub. vel ciuitate, qui ibi degunt, vt dicebat Agrippa Menenius Lanatus apud Dion. Halicar. lib. 6. Quamobrē ſicut in corpore humano optima craſis & temperamentū & membri cuiuſq; cōſeruata functio indicat ſanum illud eſſe: & contrà ſi aliquod membrum, potiſſimùm principalium, morbidū ſit, vel munus ſuū non exequatur, prædicit corpus illud, vel corruptum vel proximè interiturum, eoq; ſcelerius, quò magis à proprio temperamento diſcedit: ſic in corpore Reipub. vt ſi princeps, qui caput eſt, ægrotet aliquo inſigni vitio, vita principis aliorum cenſura erit, eaq; perpetua: ad hanc enim dirigimur, ad hanc conuertimus.



uertimus. Nec tam imperio (vt ait Plin. Iunio in Panegyr.) Traiani, nobis opus eſt, quàm exemplo, & Claudia.

*——— componitur orbis*
*Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus*
*Humanos, edicta valent, quàm vita regentis.*
*Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.*

De magiſtratibus, qui pro mente & conſilio, & medijs ad regendū ſunt, eadem dicere par eſt. Vt itaq; ſalus populi contineatur, quæ ſuprema lex vel finis adminiſtrationis politicæ eſt, neceſſariū eſt proſpicere ne reſpubl. in proxima ſibi & affinia vitia, incidat. Quemadmodū enim, vt ſcribit Polib. in 6. ferrum rubigo, ligno vermiculi ac teredones adnaſcentes perniciem adferunt, & quanquam externa cuncta nocumenta effugiant, ab iſtis tamen quæ adnata ſunt, abſumuntur: hoc pacto & reipub. cuilibet pro natura ipſius, quędam adnaſcitur & adhæret peculiaris malitia: vtpotè regno, Tyrannis: Ariſtocratiæ, oligarchia: Democratiæ, beſtialis ochlocratia, i. plebis ſeditio.

## *De officio Principis.* CAP. VI.

SIt pius, Deum colat: cor enim regis in manu Dei, & reges in ipſos imperium eſt Iouis ſeu Dei, vt ait Horat. ode 4. lib. 3.

*Dis te minorem quod geris imperas:*
*Huc exitum omnem huc principium refer.*

Hoc præceptū Iſocratis orat. de regno Agapeti ad Iuſtinia. Nec dignus regis nomine videt, qui ſecundū mādata Dei ſe & ſibi ſubditos contēnit regere, vt ait Angelgonus in l. 4. reg. c. 14. reges bene agāt, nā vt ait Horatius in Epiſt. Et pueri ludētes rex eris aiūt, ſi rectè facies. Malè imperādo inquit P. Mimertus ſummū imperiū amittit. Rex ſapiēs populi ſtabilimentū ſapi. 6. & rex inſipiēs, perdet populū, Eccleſ. c. 10. Multiplex & multiformis debet eſſe princeps, alius in bello, alius in pace, alius erga hoſtes, alius erga ſubditos, vt ſcribit Philo Iudæus lib. de Ioſeph. Addit Plutarc. formula optimi adminiſtratoris in politi. Mores vulgi benignè tractet, nec repentè eos mutet: abſtineat à comeſſationibus & cōpotationibus, ſit tardo greſſu, oratione leui, vultu conſtāti; vna via forū & curiā adeat, vt ſolebat Pericles, caueat à leuioribus etiam vitijs, quia in eum omniū intēti oculi: vnde minima principis vitia animaduertuntur & reprehenduntur, vt Cymoni vinum exprobrarunt Athenienſes: Scipioni ſomnolentiā Romani, & Pompeio mollitiem, quod vnico digito ſe ſcalperet. non

oportet

oportet omnem noctem dormire reipub. conſulentem. Recordetur rex & princeps omnis, duorum: primò, oportere aliquando eum reddere rationem populi ſibi commiſſi coram Deo. Secundò eum moriturum ac ſubditos. Hodie rex eſt, & cras morietur, Eccl. cap. 10. vnus eſt interitus regum & ſubditorum & vna natiuitas, Sap. 7. Vtatur princeps optimis conſultoribus, colligat omnium ſententias, mente euoluat, quid ſatius videatur, ponderet conſilia, quæ conceperit non detegat, niſi cùm oportet, & quibus oportet: vt Tiberius apud Dion. Caſſ. lib. 57. hiſtor. Etenim ſacramentum regis abſcondere bonum eſt. Tob. cap. 12. Ne patiatur vulgus eſſe iniurium, ſterneret enim viam ad rebellionem. Leges bonas & ſine dubio proponat, quæſtum & negotiationes iniuſtas exterminet: ſic enim & apud exteras nationes, commeantibus apud ſe negotiatoribus, nomen ſuum honorabile & amicum reddet. Cautè agat & præmeditatè, nec multum, nec omnibus, nec ſemper loquatur. Hæc enim ad conſilium & maieſtatem, pertinent: omnes tamen audiat æquo animo: ſic ſubditorum animos conſiliabit, qui contemni interdum ægrè ferentes, contra principem praua moliuntur ſæpè, etſi viles ſint perſonæ, antequam detegantur & puniantur. Eſtq; conſeruandi imperij facilis modus, amari à ſubditis: hocq; ipſum ſecuritatem citra cuſtodiam parit: fideles exiſtimet, non qui eum laudent, ſed qui errantem honeſtè admonent & corrigunt. Iratus nihil ſtatuat: ira impedit animum ne verum cernat. Quantum fieri poterit, minus à ſubditis extorqueat: & recordetur populum ſuum pecus eſſe, quod quando libuerit, poterit tondere, nec ita oporteat deglubere, vt dicebat Tiberius Cæſar apud Dion. Caſſ. lib. 57. hiſtor. quod boni paſtoris id non eſt: paſtor autem ſit populorum, vt vocat regem Agamemnonem Homer. Iliad. 19. Malos principes faciunt, nimia licentia vſurpata, rerum copia, amici improbi, ſatellites deteſtandi, eunuchi auariſſimi, aulici vel ſtulti vel deteſtabiles, & quod negari non poteſt rerum publicarum gerendarum ignorantia, vt ait Flau. Vopiſc. in Aureliano. D. Auguſt. lib. 5. de ciuitate, cap. 24. fœlices reges fore ait, ſi iuſtè imperent, ſi honoribus & obſequijs non extollantur, ſi ſe eſſe homines meminerint: ſed ad Dei maieſtatem & laudem agant, ſi eum colant, ſi tardius vindicant facilè ignoſcant, ſcilicet non ad odium, nec ad impunitatē iniquitatis, ſed ſpe correctionis, ſi ſint luxuria caſtigatiores, quanto poſ-

ſunt



ſunt eſſe liberiores, ſi imperent, ſuis cupiditatibus. Tradidimus alia & nos de inſtitutione principis lib. 2. præludio opt. Iuriſ. cap. 4.

## *De Magiſtratibus.* CAP. VII.

MAgiſtratus, eligantur viri ſapientes, timētes Deum, qui oderint auaritiam, Exod. cap. 18. Sint vitæ incontaminatæ, quales ſe eſſe profitebantur candidis veſtibus, qui magiſtratus petebant, authore Liuio lib. 4. deca. 2. Et qui habeant, non tantùm manus, ſed etiam oculos continentes, vt Sophocles monuit Periclem apud Ciceron. 1. de offic. Non promoueantur cum negotiatione pecuniæ. Nam, ſicuti Alexander Seuer. dicebat apud Aelium Lamprid. in eius vita, Neceſſe eſt, vt qui honorem iuris & gladij emit, vendat: & ego non patiar inquit, mercatores poteſtatum, quos ſi patiar, damnare non poſſum. Erubeſco enim punire hominem qui emit & vendit. Accidet & inde aliud damnum reip. vt qui rerum experientia valent, quíve probi, ſed pauperes ſunt, cum nec pecunias habeant ad mercandum magiſtratum, vel ſi habeant nolint laborem, quem tamē obedire deberent coacti, mercari, non ſint in gubernaculis reipub. Non enim qui pondus adminiſtrationis reipub. norunt, ſolicitudinē ambiunt magiſtratus, ſi probi ſunt pauperes: multò minus ſi probi & diuites ſua ſorte extra aleam tantæ curæ, contenti. Quò fit vt hodie vix reperiantur, qui ſeriò multum in legibus pertractandis & perdiſcendis inuigilent, pauperes quidē inquam, quòd ſibi ad gradus dignitatum aditū præcluſum videant: diuites autē quod certò ſciant, cum duabus legibus aut quatuor & aliquo capitulo iuris pontificij, ad pſitaci morem pronunciatis vt dicunt pro forma, id eſt pro fucolaruæ togatæ, ductu & auſpicio cæci Plutonis, in Orcheſtram ſenatuum & iuridicum ſe cōſcenſuros, nullo diſcrimine qualitatis, vel num ſenes ſint, vel iuuenes, quales vt plerumque nunc, qui aura ſalutationum non iuſtitiæ impelluntur: num probi vel impij, vel moriones, vel ſaltatores: de his enim inquiſitio ſummaria ad nutum conſcij expiatur, num equites, vel plebeij: ſed ſola numi probatione facta in pondere, numero, vel menſura, & materia & forma: vt non mirum ſit, ſi in tot fluctus & vortices inciderit reſpublica. Quis enim mirabitur, ſi nauis ab imperitis nauarchis ducta, in ſcopulos & pericula incidat? Quod miror vnum tantū, eſt, cur ex quo cœpit eo modo gubernari, non fun-

ditus fuerit ſubuerſa: Dei hoc vnicum opus eſt, qui ſenatum adhuc antiquum in curijs reliquerat viuum, quod coecuit lapſus. Sed viderint ipſi nomothetæ. Proſpiciat quoque magiſtratus circa duo illa fundamenta reipub. curam pœnam & præmium, quibus continetur, vt ait Solon apud Cicero. lib. epiſt. ad Brutum 15. epiſt. Vlpian. lib. 1. de iuſtit. & iur. Sunt & alia præcepta de magiſtratuum diſciplina antiquorum, de quibus latè tractauimus in prædijs opt. Iuriſ. & magiſtratus lib. 2. cap. 5. 6. 7. 8.

## *De ſubditorum officio.* CAP. VIII.

QVi priuati ſunt à reipub. adminiſtratione, nō ditiores, ſed celebriores diſcedunt. Non aſſiſtant nec patrocinentur malis: Regem honorent, magiſtratibus obſequantur, & alia obſeruent quæ tradit Iſocrat. 3. orat. ad Nicoclem. Sunt celeberrima verba Tragœdiæ quæ Rheſus apud Eurip. πείθου βασιλεῖ, parendum regi: iubet & id D. Paul. ad Titum, cap. 3. D. Petrus 1. cap. 2. Cedendū eſt iræ regis, violenta quippè res eſt ira regum, cui ſi incommodè reſiſtas, grauiores excitat tumultus. Equi feroces quemadmodum & tonitrua, non vi ſed popyſmate reguntur: & naturæ non pugnant aduerſus tempeſtatem, ſed vel quietè vel obliquis curſibus vtentes, expectāt cœlum commodius: multis modis medetur tempus his quæ nulla vi poſſis emendare. Res humanæ ſemper quidem fluctuant: ſed quoties incidit inſignis vel fatalium rerum mutatio multi periclitantur qui nō cedunt turbini. Oportet hic imitari morem Siciliæ Afranicæ potiſſimùm in Anaria inſula, quam incolæ Iſclam vocant, ſeruatum, vbi inſulani regem quamuis hoſtem tranſeuntem, applauſu, tubis, tibijs & ſimili gratulatione venerantur, vt ait Anton. Panormita. lib. 2. de dict. & fact. Alphon. cap. 6. Referam ſententiam præclariſſimam Iulij Cæſaris: is enim ad milites tumultuantes, orationem habens, ait apud Dion. Caſſ. lib. 41. hiſtor. Rom. Ego ſanè neque aliàs rectum eſſe arbitror, vt qui magiſtratum gerit, ſubditis ſit inferior: neque ſalutare quicquam agi poſſe cenſeo, vbi ij quibus iniunctum eſt vt dicto ſint audientes, imperare ipſi velint: intelligitis enim quàm probè ſit futura ornata illa domus, in qua natu minoribus, ætate grandiores deſpectui ſunt: aut ludus literarius, vbi diſcipuli magiſtros contemnant. Quæ ſpes ſanitatis ægrotis, ſi non per omnia medicis obtemperāt? quā tuta nauigatio, ſi nautæ gubernatoris iuſſu nō pareant? Ita natura duas res eaſq; neceſſarias



ceſſarias comparauit, in humano genere, vt alij cum imperio eſſent, alij ſubijcerentur. Nihilq; eſt quod abſque his eſſet, ne minimo quidem ſpatio perdurare poſſent. Et hæc eadem explicat Lucan. 5. Pharſal. Et Dion. Halicar. lib. 1. hiſtor. ſempiterna lege naturæ tradit eſſe receptum, inferiores parere præſtantioribus, nec moleſtè ideo homines ferre debere, quòd ſciant ſe ſubditos. Vocat autem ſcriptura ſacra rebelles, filios Belial, excutientes iugum, ſine iugo, Deuter. 13. Iudic. 19. & alibi. Neque ſi rex impius eſt, ad populum pertinet eius caſtigatio: ſiquidem vt plerumq; cauſa cui boni principes & boni adminiſtratores reip. tollantur & ſubſtrahantur. & dentur mali, peccata populi ſunt. Sic enim Deus prouocatus malis, dixit, dabo vobis regem in furore meo. Oſeæ cap. 13.

## *De politicis magiſtratibus.* CAP. IX.

MAgiſtratus omnes quidem ciuitati in qua ſunt, proſpicere decet, & ideo omnes ea ratione politici dici poſſent: verum, cura ciuitatis ſpeciali quadam ſolicitudine, ſemper ad proprium aliquem magiſtratum vel plures, prout ciuitas maior minórve fuit. Sic fuerunt Romæ & alibi præfecti vrbi, tribuni plebis, ædiles, agoranomi, aſtynomi, magiſtratus municipales, duumviri, præfecti vigilum, nocturni magiſtratus, & ſimiles id genus, de quibus in iuris epitome Deo fauente. Illis, finis propoſitus, conſeruare ciuitatem, ciues, ſplendorem ædificiorum, venalibus pretiū ſtatuere legitimum, monopolia prohibere, punire delicta, incendia præcauere, & curare, blaſphemias in Deum & crimina, & mores ciuiū corruptos emendare, fraudes negotiatorum inhibere: annonę prouidere, ſanitati proſpicere, & ideo cloacas immundas, ſterquilinia, porcos, aliaq; inſalubria in vrbe non pati: & reliqua id genus agere, quæ hodie in Gallia pro modulo iuriſdictionis, à rege vel conſuetudine conceſſa, explicant conſules, ſcabini, iurati, capitolini, & alij municipales magiſtratus, & decuriones. In ſumma ad ciuiles mores informandos, ea conſiderent quæ tradit Plautus in perſa.

*Perfidia & peculatus ex vrbe, & auaritia, ſi exulent.*
*Quarta inuidia, quinta ambitio, ſexta obtrectatio,*
*Septimum periurium, octaua indulgentia,*
*Nona, iniuria, decimum, quod peſſimum aggreſſu, ſcelus.*

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER XXII.

## In quo agitur de Ethica.

### *De nomine Ethicæ, & morum bonorum fine.* CAP. I.

QVOD Græci vocant ἔθος vel ἦθος, vix Latinè reddi poteſt, vt notauit Quintil. lib. 6. c. 3. ἦθος, inquit, cuius nomine, vt ego quidem ſentio, caret ſermo Romanus, mores appellantur, atq; inde ea pars philoſophiæ quæ moralis eſt dicta: ſed ipſam rei naturam ſpectanti mihi, non tam mores ſignificari videntur, quàm morũ quędam proprietas: nam ipſi quidem omnes habitus mentis continentur. Et poſtea mites & compoſitos, ἤθη vocatos voluiſſe antiquos, vt concitatos πάθη. Hinc Ethica diſciplina ſeu moralis nihil aliud præſtare id autem eximiũ eſt) quàm morum compoſitionem poteſt: hincq; benè agere diſcimus, & vitam viro dignam, vnde & virtutes morales, atque olim fœlicitas hominis in benè agendo conſtituta, vt ſcribit Ariſtot. lib. 7. polit. c. 3. Quod tamen, nos qui Chriſtiani ſumus, non fatemur. Siquidem concedimus & dicimus virtutes ad fœlicitatem eſſe iter certiſſimum, quibus bene agere docemur, verùm non ibi fœlicitatem, nec in noſtris puris actionibus, vel meritis: ſed per eas virtutes & bona opera, ſi ſequamur mandata Dei, fœlicitatem à Deo ipſo ſolo ſperamus. Et virtutes Dei arbitramur exercitus, quibus duce Deo, quis vitia proſequitur, vt ait Philo Iudæus lib. de agricultura. Ita ſingulæ virtutes tantum velut viæ ad vitam æternã, nõ autem illæ vita æterna & fœlicitas, vt ait Greg. Nazianz. lib. de pauper. amand.

### *De differentia generali virtutis moralis & intellectualis.* CAP. II.

CAeterum hic animaduertendum eſt, animi duas eſſe potiſſimũ partes, vt ſcribit Franc. Philelphius lib. 7. epiſt. Marco filio: altera eſt nobis cum Deo cõmunis,



nis, qua ratiocinamur & intelligimus: altera communis eſt nobis cũ pecudibus, qua appetimus & afficimur. Tradit & Ariſt. lib. 1. Ethic. c. 13. & 2. Ethic. ad Nicomac. c. 1. Inde virtutum duæ ſpecies, intellectualium ſeu rationaliũ, & moralium: Per intellectualem ſeu rationalem, ratione inquirimus quid nos aut ſequi aut fugere oporteat, eſtq; hæc virtus in conſultando poſita. Cicer. 4. Academic. quæſt. & breuiſſimè, hæc virtus recta ratio dici poteſt, cui contrarium vitium, &, vt ipſe Cicero ait, vitioſitas. Et quia viri efficacia in illa parte rationis viris viget, virtus quoque à viro dicta non immeritò videtur eidem Cicero. li. 2. quæſtion. Tuſcul. & apud Platon. dial. 4. de iuſto, robur animæ, contrariũ morbum turpitudinem & imbecillitatem. Moralis autem virtus, circa qualitates eſt animæ appetitiuæ: in ea enim mores ſunt. Mores ſiquidem ſecundum Plutarch. lib. de virtute morum, ſunt qualitates animi ratione vacantis: virtus tamen moribus mixta non eſt, ſed mores regit, & frenum illis imponit, ab omni materia ſemota. Intellectuales virtutes, ſapientia, ſcientia, prudentia, & quæ ad illas referuntur. Morales, liberalitas, temperantia, iuſtitia, fortitudo, & quæ etiam ad illas referuntur. De quibus ſuo loco dum de virtutibus, Deo iuuante, & vitijs ſeorſum agemus, & alio loco in virtutem, cum commentaria Deo fauente in Tranſcendentia noſtra parata, publicauerimus.

### *Vnde virtutes morales comparentur.* CAP. III.

INtellectualis virtus, ex doctrina: moralis ex vſu oritur, nulla autem natura nobis ineſt, aliter, æq; boni eſſent, cum nihil contra naturam fieri naſciq; poſſit, ipſa natura. Ariſtot. 2. Ethic. c. Quocirca, ſi quis à teneris annis aſſueſcat benè agere, magnum habet in virtute momentum: & contrà in malum conſuetudo, vitiorum fit maximè ſectatrix: & ita chorus in Iphigenia in Aulide, Actu. 2. apud Euripidem exprimit:

τροφαὶ θ' αἱ παιδευόμεναι
μέγα φέρουσ' εἰς ἀρετὰν, id eſt,

Caſta verò & recta educatio magnum habet momentum ad virtutem. & Plato dialogo 4. de repub. educatio inquit eruditioq; bona ſeruata, ingenia quoq; bona efficit. & dialogo 1. de legib. caput diſciplinæ, rectam educationem dicimus. Sic Ouid. 3. de arte,

*Sed nimius labor eſt, ſapienter iactibus vti:*

*Maius opus mores compoſuiſſe ſuos.*

Et Plautus in Trinummo,

*Mores mali, quaſi herba irrigua ſuccreuerunt vberrimè.*

Docuit exemplo Lycurgus, quod refert Plutarch. lib. de liber. educ. Is enim, dum Lacedemonas, ad parandam virtutem ingens momentum conſuetudinem docere vellet, atque diſciplinam, doctrinam, & vitæ inſtitutionem, duos catulos produxit in medium, iiſdem ortos parentibus, quos diuerſo modo nutrierat, & leporem & ollam eis appoſuit: quorum alter in leporem, alter in ollam erupit impetu, docens conſuetudine alterum guloſum, alterum venatorem euaſiſſe. Idcirco ſummopere curandum eſt cum quibus conſueſcamus, vt tales ſint, quales nos eſſe velimus. Nam hæc conſuetudo, ſiue in malum ſiue in bonum, transfundit mores, & tranſit in alteram naturam, vt tradit idem Plutarch. lib. de tuenda bona valetud. monet & ſacer Eccleſiaſtes cap. 37. cum viro ſancto aſſiduus eſto. Et Dauid Pſal. 17. Cum ſancto ſanctus eris: cum peruerſo, peruerteris: Et Paul. 1. Corinth. cap. 15. corrumpunt bonos mores colloquia praua. Idem docet Euripides in Andromache. Cic. 1 de legibus. Sunt & verſus notiſſimi, citati ab Ariſtot. Plutarch. & Xenophonte in dictis Socratis, à quibus rogatus Socrates, quid deceret olere ſenes reſpondit probitatem: deinde interrogatus vbi hoc vnguentum venderetur, verſus hos protulit Theognidis,

ἐσθλῶν μὲν ἀπ᾽ ἐσθλὰ μαθήσεαι, ἢν δὲ κακοῖσι
συμμιγῇς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νοόν, id eſt,

*A bonis quidem bona diſces: ſin autem malis*
*Immiſcueris, te perdes & quam habes mentem.*

Charondas etiam Thuriis lege præſcripſit vt ciues ſui à malorum familiaritate & conſuetudine prohiberentur: actionemq; prauæ conſuetudinis inuenit, & grauis eius delicti reis impoſita multa, licentiam coercuit, vt author Diod. Siculus lib. 12. biblior. Prima itaq; lex poſt Dei opem imploratam, ea in bonis obtinendis moribus, vitioſos vitare, cum bonis congredi. Altera ſtudia quæ bonos reddunt, ſequi. Tertia, turpia factu, dictu quoq; arbitrari. 4. honeſtatem præferre vtilitati. 5. bona à Deo largita in vſus, non abuſus conuertere. 6. Alteri non facere, quod nolimus nobis fieri. 7. ne quid nimis, aliasq; virtutes morales ſequi, vitia fugere.

SYNTA-



# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER XXIII.

## In quo agitur de œconomia.

### *Quid Oeconomia.* CAP. I.

QVI domi ſuæ benè præſunt, primum nacti ſunt gradum, & præludium ad ciuilem & politicam adminiſtrationem: vt cõtrà, indignus ille qui ſuæ domui neſcit præeſſe 1. ad Tim. 5. Iſtæ enim adminiſtrationes tantum multitudine diſſimiles: in reliquis ferè pares viſæ Socrati apud Xenophon. lib. 3. de dict. & fact. Socrat. & Plat. lib. ciuili. Dicitur hæc priuata adminiſtratio familiæ, œconomia, ita deſcripta: Oeconomia, eo diſciplina, ad gubernationem probam rei familiaris & domeſticæ pertinens apud Ariſtot. & Xenophon. in œconomicis: & Platonem, in œconom. vel de Philoſoph. οἶκος Græcis, non tantùm pro ædificio & domo, ſed & pro ſubſtantia, id eſt, οὐσία, & pro familia accipitur: inde οἰκονόμος, qui rem familiarem diſpenſat, paterfamilias: & οἰκονομία, familiaris rei cura & adminiſtratio propriè, quãuis aliquando ad rerum publ. & regnorum adminiſtrationem transferatur appellatio: vt apud Ariſtot. 3. politic. c. 11. ὥσπερ γὰρ ἡ οἰκονομικὴ ſcilicet ἐπιστήμη, βασιλεία τῆς οἰκίας ἐστιν, οὕτως ἡ βασιλεία, πόλεως, καὶ ἔθνους ἑνὸς ἢ πλειόνων οἰκονομία. Sic οἰκονομία τοῦ θεοῦ, diſpenſatio ſeu prouidẽtia Dei eſt. Et apud Architectos οἰκονομία, diſtributio partium, vt ait Vitruuius, lib. 1. ca. 2. & apud alios, pro diſpoſitione aliorum legitima, metaphoricè tamen vt apud Cicer. 1. de orat. ad Attic. lib. 6. epiſt. 1. apud Quintil. lib. 3. c. 3. & lib. 1. c. 8. Sed nos de propria agemus appellatione prætermittentes alias, quas ponit Ariſtot. princ. œconom. vt alterius tractationis, nempe ſatrapicam, Regiam, præfectoriam & ciuilem.

### *De partitione œconomiæ priuatæ.* CAP. II.

ARiſtot. 3. politic. οἰκονομία, inquit ἕτερα ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς τοῦ μὲν γὰρ, κτᾶσθαι· τῆς δὲ φυλάττεσθαι ἔργον ἐστί. œco-

nomia, inquit, altera viri, altera mulieris: viri quidem eſt acquirere, mulieris autem conſeruare opus. ſed latius domeſticæ diſciplinæ partes ſunt quatuor, prior circa coniugem, 2. paterna, 3. domeſtica, 4. acquiſitiua. De ſingulis pauca.

## *De vxoria œconomia.* CAP. III.

PRior cura & diſciplina domeſtica, circa coniugem eſt: quia ea ſocia, diuinæ & humanæ domus, vt tradunt Iuriſconſulti, adiutorium homini ſimile, Geneſis 1. Alterum corpus & idem. Cui adhærere etiam relicto patre, iuſſum, Geneſ. 1. & 3. Eſdr. 4. Matt. 19. ad Epheſ. 5. Eſt animal certè valdè imperfectum mulier, vt exacta diſciplina egeat, ſi nolis moleſtijs infinitis inuolui: ſi enim percutis, ſubſultat: ſi ſtringis, vt anguis manu elabitur: ſi premis, pungit: ſi indulgeas, ſuperbè imperat & contemnit. Mulieres vt ait Terent. in Hecy. ſunt fermè vt pueri, leui, ſententium & rurſum:

*Cenſen' te poſſe vllam reperire mulierem, quæ careat culpa?*

Et Plautus in Pœnulo,

*Apageſis negotium in muliere quantum vna eſt: ſi verò duæ.*
*Sat, ſcio, maximo vni populo quod lubet plus ſatis dare potes, &c.* Et iterum;

*Negotij ſibi qui volet parare, nauem & mulierē hæc duo ſibi*
*Comparato, nam nullæ magis res duæ negotij habent.*

Operari virorum & opes congerere: abſumi autem plerunque ſumptibus mulierum, ſcribit Xenophon in œconom. ea, inquit, debet rei familiaris curam ſuſcipere, quàm ſi probè geſſerit, omnia fortunata: ſin autem male, infœlicia. Et Prouerb. cap. 14. Sapiens mulier ædificat domum ſuam: inſipiens etiam extructam manibus ſuis deſtruet. Quærenda igitur primum proba vxor nubere volentibus: dehinc, illa regenda. Plat. 3. de legibus, virum 35. annorum eſſe deſiderat, mulierem adultam: vt prolem robuſtam comparent, ſecundum Xenophon. lib. de rep. Lacedom. Probam duci ſi inueniatur oportet, rara certè auis in terris. mulierem enim fortem quis inueniet? &c. Prouerb. 31. ſin minus, eam quæ minus cæteris eſt imprudens: atque ea qualiſcunque, à Domino expectanda & quodcunque os tibi contigerit, illud rodendum, vt eſt in Prouerb. Hebræorum in ſententijs ben ſyræ, ſententia 3. cuius verba hæc, גרמא דפנול בחולקד גרדוה, garma denaphil behelek ad gardcih, id eſt, os quod tibi ſorte vel in partem contigit, rodito. quæ verba explicat ibi

ibi



ibi מירוש pirufc, ſeu expoſitio, non debet quis curare, ſi non duxerit vxorem nobili genere: quia ita ſibi deſuper conceſſum eſt: nec ideo repudiare etiam ſi peior eſſet vxore Achab Iezabelt, vel vxore Korak, quia propter eam non reus ſit iudicio. Quatuor quippe, inquit, ſunt hominum genera, quæ non veniunt in iudicium. Nempe qui extrema laborant paupertate qui patiuntur colicam paſſionem, & cui eſt mala vxor, nec repudiat eam. Hæc ibi commentarius Hebræus. Diuitiæ & domus à parentibus, vxor autem à domino, Prouerb. 19. In nobis autem ſitum, oculis néve digitis eligamus, quæ reprobat Plutar. lib. de liber. educ. in forma per oculos deceptio: digitis, dos perſtringit mentem: vtroque autem modo quis libertatem à ſe abdicat. Viri leges in gubernatione mulieris ſunt. Prima meminerit, vxorem ſuam ſibi ſociam à Deo datam, vt non vilius vt ancillam habeat, non magnificentius vt dominam: ſiquidem ex latere non capite facta. Secunda, ſeruet vterque tori fidem. Tertia, ſit vxori & liberis bene viuendi exemplum. Quarta, nunquam metum incutiat vxori, ſine verecundia & aliqua reuerentia, peccata modica ignoſcendo: nam pati ſine verecundia, ad meretrices pertinet: & metus cum odio, Tyrannum potius in domo, quàm maritum facit. Quinta, ea præſens vir faciat & dicat, quæ eodem abſente vxorem moneant, multò ſibi commodiorem virum præſentem abſente. Sexta, tria ſemper abſcondat ab vxore maritus, Theſaurum vel eius finem: veneris poſtremę impotentiam: conſilia rerum non domeſticarum; cauſæ in promptu cuilibet ſunt. Alias leges quoque his verbis addit Cato de re Ruſtica, cap. 43. Vxor te metuat facito ne ſit nimium luxurioſa, vicinis atque mulieribus quàm minimum vtatur, néve ad eas domum abeat, néve recipiat. Ad cœnam ne quò eat, ne ambulatrix fiet; rem diuinam ne faciat, néve mandet qui pro ea faciat iniuſſu domini, &c. Plutarchus quoque in præceptis connubialibus, iubet ne vxor ſit diſſimilis religionis cum marito, néve peregrina ſacra recipiat faciatque.

## *De legibus vxoris erga domeſticos.*

## CAP. IV.

PRobæ matrisfamiliâs leges ab Ariſtot. quædam adſeruntur, in 1. œconom. ca. 4. & 2. œconom. c. 1. 2. & 3.

1. Mulier omnibus quæ intus ſunt, dominetur: excepto ſcilicet marito.

2. Nullum permittat domũ ingredi ſine præcepto[illegible]
3. Non pandat ſecreta domus.
4. Sũptu, veſtitu, & apparatu muneri cõueniente vtatur.
5. Filios, filiasq́; potiſſimum, inſtituat, nec vagari permittat, longiúſve à latere ſuo diſcedere: verba omnia impudica & cantiones illis prohibeat, nec præcinat.
6. Reipublicæ negotijs ne ſe immiſceat.
7. Nunquam ſit otioſa ab opere, nec digiti à colo, aut penſo teláve ſint: néve otioſam patiatur ancillarum filiarumq́; cohortem: id enim ad augendam rem familiarem pertinet, & animum ab adulterijs, & venereis retrahit, quæ ſeſe otioſis inſinuant facilè.
8. Non ſit litigioſa cum domeſticis, vel vicinis, non curioſa, non maledica, non peruicax marito, non vino, gulæ, dedita, non ſordida: non nimium compta: pulchra enim tunc cæteris ſpectaculum, miſerum marito eſt.
9. Mulier ſuum arbitrium omnino exuere debet, vt marito obtemperet: ſitq́ue maritus pro corde, oculis, & lingua: rideat ridenti: & compatiatur triſti: non adulatoris modò vel cameleontis, ſed vt ſocia & dimidiatum corpus eius, & cum eo vnius ſpiritus.

## *De dominica œconomia.* CAP. V.

Dominica pars œconomiæ, domino & ſeruo conſtat. Serui ſunt vel natura, vel lege: natura, qui vili animo vitiorum mancipia & cupiditatum, & qui ſeruili ſunt ingenio, cuiuſmodi homines liberi mercede ſeruientes: ita & domini natura, qui præſtant animo. Lege ſerui, qui vel captiuitate vel venundatione, propria voluntate conſentiente, factitales ſunt, vel quia ex ſeruis nati ſunt: Domini quoque lege, qui eos emerunt, & patrem matrémve eorum iure poſſident, vel qui imperant, vt ait Ariſtot. 1. polit. ca. 5. qui ratione familiæ & imperium eſſe, ratione ſubditorum aliorum, gubernationem tradit. Leges dominicas quaſdam in ſeruos, tradit Ariſtot. 1. œconom. cap. 5. ne ſuperbos vel abiectos eſſe ſinat: opificibus cibum abundè, paululum autem vini tribuat. Tria quæ debet præſtet, cibum, opus, caſtigationem: panis & diſciplina, & opus ſeruo. Eccleſ. c. 33. caſtigatio temperata ſit, verbo & facto. Caueat, ne plures ſint præter neceſſitatem eiuſdem officij: ſe enim mutuò præpediunt, & ſegnius operantur, dum alter alteri fidit: & ſi neuter fecerit opus, alter reijcit in alterum culpam. Sic qui vnum famulum habet, integrum habet: qui duos, dimidiatum: qui tres, nullum.



Conuenit quoque domino & bono patrifamilias, ſibi ſubditos beneuolos habere, bonos præmijs continere, malos pœna bonos reddere: ſic vtroſque auxiliares & cuſtodes rerum ſuarum reddet. Nunquam patiatur eſſe otioſos, ornet ſatis eleganter pro modo officij: caueant ab inſolentia, contemnetur enim ab ſtultitia: euitet tamẽ crudelitatem, quæ tyrannicæ poteſtatis eſt ſignum. In oneribus imponendis & iniuriando, recordetur ſeruũ quoq́; vel famulum, eſſe hominem, & Chriſtianum, anima ornatum, & rationis capacem, ſeruum ſenſatum diligendum, Eccleſ. c. 7. docet & Senec. lib. 2. quemadmodum dãdum ſit beneficium: Nutriat & curet ægrotos, pariter ac ſanos: nam alioquin famulitio indigni ſunt: ſicut & olim domini ſeruos ęgrotos domo extrudentes, ex lege Claudiani, ſanati liberi erant, vt ait Dion. Caſſ. lib. 60. hiſt. Rom. Leges autem ſeruorum & famulorum hæ ſunt: ſubditi ſint dominis & obedientes, ad Coloſſ. 3. ad Epheſ. 4. ſint illis roſtrum ſuillum, id eſt, non ſint faſtidioſi palati, ſed quouis cibo contenti. Habeant aures aſininas, id eſt, patulas non ægrè ferentes iras domini, ſi quid loquatur forte durius. ſit dextra explanata, id eſt, non furentur, ſintq́; fideles: habeant pedes ceruinos, id eſt, celeriter exequantur mandata, & ad obediendum aduolent, nec ſemper expectent domini manum.

## *De paterna in liberos œconomia.* CAP. VI.

Paterna hæc œconomia, conſtat ex patre & filijs. Pater filios exemplo & opere, & aliorum diſciplina, ſi ipſe incapax ſit, vel non potuerit ſatisfacere, inſtituat. Plut. de lib. educan. Caſtiget errata nec conniueat: qui enim parcit virgæ, odit filium ſuum: qui autem diligit, inſtanter erudit Prouerb. 13. rurſum Eccleſ. 30. Qui diligit filium ſuum, aſſiduat illi flagella, &c. Alia etiam lex literis aureis ſcribenda, quia veriſſima & quotidiano euentu approbata, Eccleſ. c. 33. Filio, mulieri, fratri, & amico, ne des poteſtatem ſuper te in vita tua: & ne dederis alij poſſeſſionem tuam, ne fortè pœniteat te, ne fortè depreceris loco quo ipſi te deprecari deberẽt. Melius eſt enim vt filij tui te rogent, quàm te reſpicere in manus filiorum tuorum. Filiæ tibi ſunt, cuſtodi corpus illarũ, & ne oſtendas hilarem faciem tuam illis nec filijs. Trade in matrimonium filiam tuam & grande opus feceris, homini ſenſato da illam. Eccleſ. cap. 7. Sunt & aliæ leges circa filiam Eccl. c. 26. Alia lex D. Paul. ad Epheſ. 6. ad Col. 3. Patres, nolite prouo-

prouocare ad iracundiam filios veſtros, ne illi fiant puſillanimes. In ſumma patris in filios regium debet eſſe imperium, non tyrannicum, quale erat inter Perſas, qui filijs vt ſeruis vtebantur, vt ait Ariſtoteles 8. Ethic. cap. 8. Potiſſima eruditionis filiorum pars & fundamentum, vt patres dent operam filios probè inſtitui, puro & ſine hæreſi in religione catholica, & in cultu & timore Dei, vt Tobias exemplo eſt. Tunc enim iuueni timenti Deum, omnia ex voto ſuccedent, & patri, qui vicarius Dei eſt, qui pater omnium eſt: tunc tales in ſenecta patres experientur in ſenecta quales ſibi anteà formauerint. Filiorum autem leges erga parentes, vt omnino obediant, non ſuccenſant, ſed iras & maledicta, vt pro eorũ emendatione prolata, & bono animo ferant, vt dicebat Socrates apud Xenophontem lib. 2. de dict. & fact. Socratis. Senectutem & canitiem patris ſuſpiciãt, honeſtè, patienter reuereantur, & obſeruent: rependentes quoad poterunt, beneficia ſuſcepta. Non enim patres cùm filij paruuli eſſent & infantes iraſcebantur, dum deſipiebant iuueniliter & ſtolidè loquebantur, vel agebant, vt repueraſcentibus quoque patribus, ipſi filij reſtituere non grauentur, & ἀντιπελαργεῖν, ſeuerum & malè moratum patrem venerentur & obſeruẽt. Non enim Deus & natura bonos vel malos coniunxit, ſed patres fecit. Sed de his hactenus, & breuiter dicta ſufficient; etenim in Iuriſprudentiæ epitome latè pertractamus quę ad leges vxorias, dominicas, & parentum, & liberorum pertinent, dum poſt nuptias de horum agimus poteſtate.

## *De Oeconomia acquiſititia.* CAP. VII.

IN omnibus non progredi, regredi eſt: quamobrem citò in paupertatem, vel inſignem diminutionem labuntur patrimonia, vbi acquirendi nullus eſt modus. Modi porrò ſunt plures per diuerſas ſcientias & artes mechanicas oblati, quamobrem & illa pars reijcitur tractandi in ſequentem librum, vbi de artibus factitijs & mechanicis agitur: iam enim de artibus alijs liberalibus & mathematicis dictum, ex quibus qui viuendi & acquirendi rationem inſtituere ſibi poteſt. Plato in Sophiſta, vel de ente, acquiſitionis duas dicit eſſe ſpecies: vnam inter volentes, quæ eſt commutatio, dono, emptione, mercede. Alterã mancipatione, vel opere, vel ſermone facta. Mancipatio duplex, alia quæ apertè capit: alia quæ venando ſecundùm diuerſitatem animalium, quadrupedum, reptilium,



lium, aquatilium, volatilium. De lucris Iuriſconſultorum & Medicorum dicitur,

*Dat Galenus opes & ſanctia Iuſtiniana,*
*Ex alijs paleas, ex iſtis collige grana.*

Sunt cognita ſtipendia, quàm maximè fuerint viris literatis indulta, tum docentibus, tum Magiſtratibus, tum Profeſſoribus, & benè de Republ. meritis, vt non opus ſit me in illis immorari, quantum rei familiari commodi ex probis ſtudijs accedere poſſit. Nec enim magnum eſt, vt qui ſpiritualia ſeminant & colunt, temporalia metant. Prodigus ſapiẽs nullum gratis erudiuit, ſed habebat ſemper in ore Epicharmi illud, Manus manum lauat: dans aliquid, aliquid accipe, vt ait Xenocrates lib. de Morte.

---

# ΣΥΝΤΑΞΕΩΝ ARTIS MIRABILIS LIBER XXIV.

## In quo agitur de Factiuis artibus, & Mechanicis.

### *Quare Artes factiuæ.* CAP. I.

ABominandæ neceſſitatis, amariſſimę leges, & truculentiſſima imperia, gentes non intellectu tantùm, ſed etiam auditu grauia pati coëgerunt, vt ait Val. Max. lib. 7. cap. 6. hinc commerciorum in longinquas regiones per tot pericula peregrinatio, per tot maris & orbis diſcrimina: cui acceſſit habẽdi libido, à neceſſario victu, facto in auaritiam gradu. vnde numi & cibi extorquendi cauſa tot artes, & tam variæ factiuæ, vt ait Perſius in princ. *Quis*

*Picaſque docuit noſtra verba conari?*
*Magiſter artis ingenijque largitor.*
*Venter, negatas artifex ſequi voces.*
*Quòd ſi doloſi ſpes refulſerit nummi,*
*Coruos Poetas, & poetridas picas,*
*Cantare credas pegaſeium melos.*

Sine arte vix quis viuere ſaltem honeſtè vel ali nõ poteſt. Vnde Theſpienſes, quibus turpe erat artem diſcere, vel agriculturæ operam dare, pauperes erant, vt plurimùm, & Thebanis multa debebãt, vt tradit Heraclides in Politijs eorum Republ. Ars vna omnibus communis apud aliquas

quas nationes, agricultura apud Vtuopienſes inſitutas; extra quam adhuc vnuſquiſque propriam eligit, proeſſet habilis, vt tradit Th. Morus lib. 2. Vtuop. Apud Phœnices Tyrios multitudo commorabatur artificum omnium, vt ait Diod. Sicul. lib. 17. Biblith. in anno 4. Alex. Iuuat autem & auget hominis induſtria, quæ nunquam quieſcit, quin quicquam vel pulchri, vel quod ex vſu ſit, non excogitet, quin inuentis non addat, multaque perficiat: nulla quippe eſt diſciplina vel ars, quæ ſingulari fuerit ſimul conſummata ingenio, vt ait Columella lib. 1. cap. 5. de Reruſtica, fueruntque artium principia exigua, teſte Ariſtotele libro 1. Elench. nec ſtatim ad conſummationem producta. At earum inuentio ex ſeminibus hominibus inditis, & eductæ artes paulatim in actum vel diſquiſitione, vel fortuitò, prout neceſſitas, vel vtilitas, vel voluptas ſe obtulit & ſuaſit.

## *De Mechanicis.* CAP. II.

MHχανὴν Græci, machinationem, excogitationem ſolertem dixerunt: illud autem idem eſt quod multum pertingere & aſcendere, compoſitū ex μῆκος, id eſt, longe & multum, & ἀνεῖν, id eſt, aſcendere, pertingere, & penetrare ſecundùm Platonē in Cratylo. μηχανικός, mechanicus, eſt, opifex eorum, quæ ſimul ingenio & manu perficiuntur: vnde non quælibet artificia protrita & vulgaria, mechanica dicta ſunt propriè, ſed ea tantum, quæ ingenio ſuccurrunt difficultatibus contingentibus præter naturam, & ſubueniant vtilitati, vt ait Ariſtoteles in princ. quæſt. mechan. vnde Hieronymus & Papus numerant inter mechanicas manganariam, per quam pondera immania minima vi tolluntur in altum: item mechanopœiticen, p quam facilè aqua anthlijs extrahitur, & quæ inſtrumenta bellis accommoda facit, veluti arietes, teſtudines, turres ambulatorias, helepoles, ſambucas, coſtras, tellenones, & ſimilia: quæve hydraulica per ſe reſonantia facit ventorum flatu organa, pilas ſponte ſaltantes, lucernas mirabiles, & ſimilia neruis, funibus, æquilibris, & reliqua pneumatica, adhibita ratione numerorum, naturæ, ſyderum & aliorum: verùm mechanicæ arti multùm proſunt artes aliæ, vt æraria, ædificatoria, materiaria, pictoria, &c.

Dila-



## *De Lanificio.* CAP. III.

LAnificij nomine continetur omne ſtudium & opus,
quod circa lanam, vel ex lana fit: parum autem inter-
eſſe arbitror ſcire quis hanc artem inuexerit, num vt
Ouidius 1. de Arte, Pallas, ibi, *Quid facit Aeacide*, &c. Tri-
buendine Athenienſibus, vt Iuſtinus in 2. & alij alijs. De
his enim & de lanarum differentijs, & inuentione fullo-
niæ artis & contextus, Plinius tradit lib. 8. cap. 48. & lib. 7.
cap. 56. Polyd. Vergil. libro 3. cap. 6. vide & Lilium Grego-
rium ſyntagm. 11. de Hiſtoria Deor. Magna vtilitas opifi-
cij huius, & negotiationis ſplendidum lucrum: quamob-
rem & olim maxima fuit controuerſia inter Brugenſes &
Franconates de lanificio faciundo, anno Domini 1407.
de qua videndus Meyerus lib. 15. Hiſtor. Flandricę.

## *De Diuiſione lanificij.* CAP. IV.

PLato libro ciuili in duas partes lanificij diuidit ar-
tem, in diſcretoriam & concretoriam. Diſcretoria eſt,
carminatio: carminatio in longum latumque protra-
ctio, ſeu diductio: inde tamen penſo fuſo retorto, vel vt
nunc, rota. Concretoria, texturæ opus habet, implicatio-
ne ſtaminis & ſubtegminis. Textrina ars, quæ ſubtegmen
& ſtamen implicat, dicunt Galli ſtamen, *l'ordiſſement:* fila
autē ſubtegminis licia dicuntur, inde pluribus licijs texta
lana, & diuerſis polymita dicta, & prætexta, ſi nobilis ſit:
ſin autem ignobilis, prætexta linea, Gallis *droguet*, apud
nos *tiretaine*, Hebræis prohibita, Exodi cap. 22. Alexan-
driæ dicit inuentum pluribus texere licijs. Plin. lib. 8. cap.
48. At inſtrumentum quo ſtamen & ſubtegmen iungun-
tur, apud noſtros Tholoſates dicitur *la pigne*, Latinis ra-
dius, Græcis κερκὶς πηνίον: addetur trama qua fila transfe-
runtur, & ſpata, ad condenſandam texturā, antiqui quo-
que duos lapides ſtamina dependentes habebant, dictos
Agnythen & Lean, apud Iul. Polluc. lib. 7. cap. 10. vbi & de
antio, id regula textorum, & viuerra meminit.

## *De priſca Ouium ſolicitudine ob lanam, & de alijs.* CAP. V.

QVæſtum hunc, vellera ouium præbere nemo eſt qui
ambigat, vt non immeritò dicere poſſimus, hunc
prouentum fabuloſum illud fuiſſe vellus aureum
Colchicum: multi namque hoc vellere paſcuntur, & re-
pentè ferè ditantur: neque vbi lanificium exercetur, vix
conſpicies

conſpicies ocioſum, vel mendicātem validum, ni inſ[...] ter improbus & deſes ſit: tantam enim exigit curam [&] tam variam, vt nullus cuiuſcunque ætatis vel ſexus, [vir] aut mulier ſit, qui non poſſit operam ſuam ei præſtare. [Ne] deſinam mirari, cur antiquis patrimonium omne à pec[u]dibus, peculium & pecuniam dixerint, vt ait Plinius libro 33. capite 3. & libro 18. capite 3. Iuriſconſult. ll. 5. 88. 97. [&] 222. de verborum ſignific. libro 50. ff. Erat enim in pecu[dibus] potiſſimùm patrimonium, tanquam in rebus na[turæ] humanæ omni ex parte neceſſarijs. Nam carne ſu[bla]cte illi paſcebantur, & lana vel pellibus illi veſtiebantur. Et Deus ipſe primis parentibus fecit veſtes pelliceas, Geneſis 3. neque vllum aliud fuit animal, cuius ſimilitudine ſe magis voluerit Deus Dominus noſter Ieſus Chriſtus hominibus rudibus declarare, quàm arietis & ouis: legimus enim de eo, tanquam ouis ad occiſionem du[ctus], non aperiens os ſuum, nec coram tondente, nec coram lanione: & Agnus Dei qui tollit peccata mundi, D. Ioannes cap. 3. Agnus occiſus ab origine mundi, Apocal. cap. 13. Cuius myſterium in illis primis tunicis pelliceis, quibus induit priores parentes erat: nam in Geneſi mundi, capite 3. ſic ſcribitur, ויעש יהוה אלהים לאדם ולאשתו כתנות עור וילבשם, ſic lege, vaiagnas iehoua, elohim leadam vleitho contenot gnor, vaialbicem, id eſt, & fecit Dominus Deus Adamo, & vxori eius, veſtes corij, vel [cu]tis, id eſt, pelliceas, & ſi alij legant honoris, וילבשם & induit eos: quæ literæ, ſi inuertantur, faciunt ישו בלבם [iſu]libam, id eſt, Ieſus in corde eorum, vt annotauit etiam F. Venetus, lib. 1. Probl. ſect. 1. probl. 59. Quare & forſan ſancti Patres, ob myſterium & vtilitatem ſe Paſtores ouium dicebant, & erant Geneſ. 4. & 46. 29. 30. Exod. 3. Paſtores & Reges alij fuêre, qui vel armentis patrimonium auxerunt, vt Meſa Rex Moab, 3. 4. Reg. 3. vel ipſimet nutriebant. Sic referunt Apollinem nutriſſe pecora & paſtorem, vt Phornutus ait libro περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως, Ouid. Metam. Horat. lib. 1. car. ode 10. Erat paſtor Alexander Priami Regis filius, vt ſcribit Homerus & Lucianus in dialog. Helenæ, & reliqui Poëtæ ſimilis argumenti belli Troiani. Quamobrem & Philo Iud. lib. 1. de Vita Moſis, tradit paſtoralem artem eſſe præludium ad regnum, id eſt, ad gubernationem hominum, ad regimen gregis manſuetiſſimi. Quemadmodum bellicoſa ingenia præexercent ſe in venationibus. Plato quoque in libro Ciuili, olim quoſ[dam] dæmones ſeu fœlices animas fuiſſe paſtores animalium

&



& ſunt, inquit, hodie, quorum natura diuinior eſt, paſtores brutorum.

## *De Lana, ſeu vellere ouium.* CAP. VI.

Vellus ouium, multitudo pilorũ eſt, quia oues meatus habent tenuiores, & ideò pili eorum quoque tenuiores, vt ait Ariſtoteles libro 5. de Generatione animalium, capite 3. Ouibus expilatis, mollior pilus ſubnaſcitur, ſuntque duriores quò prolixiores pili, vt idem author ait, Problem. ſect. 10. quæſt. 24. & 25. Sic quadrupedum villi lanæque prolixius aduenIente ſenectute augentur, verùm rareſcunt, fiuntque pauciores, eodem authore, libro 4. de Hiſtoria animalium, capite 11. molle vellus erat in agro Mutinenſi. Strabo in 5. hirtum in Liguria & Mediolano: mediocre Patauium. Lana, eſt vel ſuccida, vel elota: ſuccida, plura habet ſalutis remedia, apud Plinium libro 29. capite 2. Elota, quæ à fæcibus & pinguedine lauatur. Hiſpania habet & Pollentia oues, præcipuè nigri velleris: fuluas Tarentum lanas: albas Apulia.

## *De progreſſu lanificij vſque ad pannum.* CAP. VII.

Primùm detonſa lana ſuccida, lauatur, dehinc ſiccatur, carminatur: dehinc tingitur, ſeu coloribus inficitur, vel helxine, apud Plinium libr. 22. capite 17. vel enchuſa Plin. lib. 10. cap. 20. & alijs. Tincta, iterum lauatur & ſiccatur, & carminatur ruditer, poſteà ſuauiori pectine, addito oleo: dehinc penſo admota trahitur, tenditur, netur, vel deducitur vel colo & fuſo, vel rota fit filum, vel ſtamen, politum, tenue, planum. Texitur, pannusq́; fit ex tramæ iniectione, perductione, & traductione: dum texitur, feritur, premitur, & condenſatur ſubtegmen, ſpathæ ictibus, interim pendentibus ad latus lapidibus inter texendum pannum, concluduntur per ora fimbriæ, ex quadam fili craſſioris lanæ ſpecie, quem vocant Madric Vaſcones. Pannus dehinc vt corpulentior euadat, apud Lutetianos defertur, vt olim in alijs nationibus, ad fullones, qui pedibus conculcāt, & terunt, & reuoluunt: apud nos autē & reliquos Tectoſages, & Aquitanos ferè malleis in molendinis fullonum more tundiur. Additur tunc ſapo Lutetiæ, apud alios butyrum: vel pinguedo, vt apud Lemouices, dum pannos vulgares faciunt. A' fullone & malleis dehinc exſiccatus pannus, ad concinnatorem (quem vocant Apparatorem) defertur, qui ei à pertica

H

pendenti pilum extrahit & explicat carduo, crebris pectinationibus leuiter polliendo, pro carduo quoque, id rudiori opificio, in iſtis concitationibus pilorum vtuntur pectine carminatoria. Ex officina concinnatoris poſtmodum ad tonſorem transfertur, qui æquat & deprimit pilum panni, ideò dicunt eũ *baiſſaire* noſtri, quòd æquando lanuginem eam deprimat. Ab hoc iterum ad apparatorem redit, qui volſella (vocant *pincettes*) palearum feſtucas inhærẽtes detrahit punctim. Poſtmodum ad baiulos, ſeu præfectos operi lanificij defertur, qui ſi pannum probè nouerint conſumatum, ſigillo ciuitatis vbi pannus fuit factus, conſignant.

## *Ex pannorum pertractione quod ſpecies hominum viuant.* CAP. VIII.

VIuunt & ſplendidè vltra opifices pannorum, ex pannorum quæſtu mercatores, dehinc ſartores, ſarcinatrices, calligarum opifices: qui cum ſolis forficibus, acu & filo ingenio veſtimenta corpori præparant: quemadmodum & qui lectorum hodie ornamenta conſuunt, quibus ſubminiſtrat acicularis, qui ſutoribus vt pellionibus & pingentibus acu operam cum aliquo viuendi ingenio, labore proprio ſubſeruit, & opem fert. Viuunt quoque ex lanificio hoc pilearij, qui pilea, galeros, petaſos, infulas, tiaras, diademata, & ſimilia contexunt, vel lana indurata formant. Item tapetiarij, qui tapetibus ex varijs coloribus effigies texendo, vel acu pingendo, varias imponunt eis formas, quique lodices & puluinaria, & ſimilia exornant. In ſumma, opifices multi viuunt ex lana, vtilitas ex ea maxima, maximus lanæ vſus humano generi, vt vtrumque probatur & conſtat ex togis, tunicis, palliolis, ſtragulis, amphirapis, ſagis, chlamydibus, prætextis, ſtolis, capitijs, zonis, mitris, plagulis, penulis, tegumentis, tapetibus, & alijs, quæ inſterni vel inijci ſolent, & in coactis veſtimẽtis, quæ hodie *feultre* vocamus.

Multæ fraudes in pannis committuntur à mercatoribus: nam interdum trochlea extenduntur, vt plurium ſint vlnarum, & premuntur, vt appareant melioris lanæ, alij alios pro alijs veneunt, colore fictitio aſpergũt. Sunt & mangones veſtium detritarum, & veterum, qui illas interpollant, fucant deſquammant, & ij quæſtum, ſed improbè, ex lana & pannis adaugent.

De Te



## *De Telæ opificio.* CAP. IX.

EX lino & canabe herbis, maximum quoque capitur lucrum & vtilitas, vnde caſſes, retia, funes, tela: ex telis, vela & veſtes parantur, vt latè docet Plin. per ſingula libro 19. in princ. & cap. 1. & 9. neceſſitatis veſtitus inuentum voluit Vitruuius lib. 10. cap. 1. Fiunt & ceruicalia, culcitræ, quarum gloriam maiorem tribuit in dicto cap. 1. Plin. Cadurcis, vnde & Cadurci culcitræ dictæ, & in Cadurcis lanificinas artes vigere quoque dixit Strabo lib. 4. Geogr. Labor in linificio ingens certè antequam tela facta ſit: ſiquidẽ herba euulſa à ſemine purgatur, in aquam mergitur pondere aliquo, & maceratur: ab alijs ſub dio exponitur: & dum membrana laxior ſufficientis macerationis indicium, inuertitur poſteà ſiccatur, arida ſaxo & inſtrumento proprio tunditur, nempe ſtupario malleo. Cortici proximum, ſtupa eſt: hæc pectitur à lino hamis ferreis, ex quibus cortices decidunt & ſtupa: colo & fuſo trahitur: à fuſo in cruciatum baculum ducitur, poſteà in rhombũ ſeu girgillum, vnde glomus dicitur, hinc ad textorem defertur, qui poſt ſtamina & ſubtamina texit. Eadem in canabe cogita obſeruanda.

## *De opificio, ex aliarum plantarum pilis, & de vellere animalium aliorum, vel opera.* CAP. X.

EAdem quæ dicta ſunt de lino, & de byſſo dicta puta: byſſum enim lini ſpeciem apud Indos & Aegyptios tradit Iul. Pollux lib. 7. cap. 17. ſola denſitate excepta. Eadem & de bombycis textura, quæ à bombycibus vermiculis ducitur veluti ab araneis, apud Seretes & alios, vt ait eodem loco Pollux, quorum telas redordiri, rurſúſque texere, docuit in Co mulier Pamphila Latoi filia: quomodo autem texantur, parentur, carminẽtur horum lanificia, quę vocantur Gallis *ſoyes*. docet Plinius libro 11. cap. 22. & 23. Ariſtoteles libro 5. de Hiſtor. animal. cap. 19. Tamen obſeruandum, vermiculos, qui tale operantur, penſum inter ſe differre: nã apud Seretes ſir, vel bombyx, vt putant, ſericum, quod nobis *ſoye* producunt: at bombyces alij in Cô inſula, videntur ſpeciem telæ proferre, quę ita lucida eſt, vt veſtitus ea potius nudus videatur. Vocamus hanc *du creſpe*, ni fallor. Sed de iſtis abundè Bayſius de re veſtiaria, vbi & de holoſerica contextura, & de ſub-

H 2

tegmine tantùm ſerico, deque auro textili attalico, & ſi-milibus, ad quem te remitto. Fiunt & ex pilis caprarum texturæ: ſic enim canit lib.3. Georg. Virgil.

*Nec minus interea barbas incanaque menta*
*Cyniphij tondent hirci, ſetasque comantes*
*Vſum in caſtrorum & miſeris velamina nautis.*

Meminit & M. Terentius Varro, lib.2. de Re ruſtic. cap. 11. ex villis hircorum & caprarum fieri cilicia, quæ hodie Gallicè nomen retinent *cilice*, ad vſum nauticum & veſti-tum, ad bellica tormenta, ſicut & Vegetius tradit, & ad fa-brilia vaſa, fiuntque & his nunc ſecernicula. Dicta autem contendit Varro cilicia, à Cilicia Phrygiæ, vbi primum in-uentum prodijt.

Refert Strabo lib.15. Geographiæ, in India laniger arum arborum florem nucleum habere, quo detracto reli-quum vt lana carminetur.

# ΣΥΝΤΑΞΕΩΝ ARTIS MIRABILIS, LIBER XXV.

## Vbi agitur de Militia.

### *De nomine Militis.* CAP. I.

NON ſatis conſtat vnde hoc nomen militis de-clinauit: alij namque à duritia, alij à multitu-dine, alij à malo, alij per contrarium à molli-tie, alij à mille trahũt. Quamobrem in eo per-ſcrutando non immorabimur, núm ve à mili-tia miles, an potius à milite militia: conſtat enim id de quo agitur.

### *De Diuiſione militiæ.* CAP. II.

MIlitia alia inermis, alia armata eſt: inermis dicitur palatina, aduocatorum, apparitorum, literaria, ec-cleſiaſtica, ſeu cœleſtis armata, quæ armis vtitur. De armata hîc tantùm agitur.

### *De Militiæ arte.* CAP. III.

INter acquiſititias artes, militia erat: hac namque & Ro-mani & aliæ nationes, regna ſibi, oppida, ciuitates & prouincias compararunt, diuitias & gloriam. Hanc ne-ceſſariam ciuitati Ariſtot. ratus eſt, 4. Polit. cap.4. vanum namque



namque, imò noxium & moleſtum ſerere & arare, ſi ſata non defendantur, vt ait Xenoph. in Oecon. Tradit & Plu-tarchus in vita Galbæ, Iphycratem Athenienſem dixiſſe, ſtipendiarium militem cupidum eſſe debere voluptatum & diuitiarum, vt dum cupit hæc acquirere, verſutius & ar-dentius periculi ſe obijciat. Sine arte olim militiam fuiſſe ait Ariſtot. lib.4. Polit. cap.13. neq; armis ab initio, ſed fuſti-bus, fundis, & pugnis, vnde pugna, decertatum, ſicq; He-rodotus in 4. & Lucretius,

*Arma antiqua manus, vngues, dentesque fuerunt.*

Tradunt autẽ armaſſe ſe primùm Martem, & Vulcanum arma fabricaſſe, Diod. Sicul. in 6. Virgil. in princ. Aeneid. & alij mythologi: verùm & hęc parui momenti eſt noſſe. Succeſſit tandem ars, & electio militis atq; diſciplina Ro-mana miles hoc ordine tantùm fieri cœpit, vt euocare-tur, deligeretur, additus diceretur, deſcriberetur, adhor-tatione ducis quid faciendum ei eſſet, moneretur, ſacra-mento adigeretur, & Principi tandem recenſeretur. Cæ-terùm vt aliquantum ſibi curioſi ſatisfaciant, legant Po-lydorum Vergil. lib.2. de Inuent. rer. cap.11. & 12.

### *De Diuiſione militiæ armatæ, & partibus eius.* CAP. IV.

MIlitia, alia terreſtris, alia naualis: alia in terra, hæc in fluminibus, vel mari geritur: vtraq; conſtat viris, ar-mis, diſciplina. Viri aut duces, aut milites, & alij imperant, alij obediunt, alij horùm cauſa ſunt. Principa-les perſonæ in militia Magiſter equitum olim poſt Dicta-torem maior Romæ in bello ſub Regibus dictus Tribu-nus celerum: tempore Imperatorum, primùm idem qd' Præfectus prætorio: dehinc creſcente Imperio, in prouin-ciales Prætores diuiſum officiũ. Sunt itaq; maiores Præ-fecti Prætorio, Proconſules, Prætores, Conſulares, Lega-ti, Correctores, Duces, Tribuni, Senatores, Procuratores, Quæſtores, Præfecti frumẽti & annonæ. Milites, vel equi-tes, vel pedites, vel illis adminiſtri: equites in multiplici differentia: legitimi quinquadraginta haberent in cenſu, ducennarij, celites antiquorum troſſuli, legionarij, alares prætoriani. Auguſtales, centuriati, turmati, auxiliares, ſu-pernumerarij, promoti, tertiati, ſine frenis, cum frenis: ca-taphractarij, cibanarij, ſeu ſcuticarij, nũc baliſtarij, iacula-tores, hippotoxotę, velites, curſatores, diſcurſatores, pa-bulatores, eſſedarij, vaſtai, extraordinarij, gyneciarij, ar-migeri. De quib. omnibus Vuol. Laz. li.6. Com. Reip. c.4.

horum, leuis armaturæ velites expediti ſine ocreis, ſine lorica, clypeo graui cũ ſagittis, lapidibus, haſtis, iaculis: alij contrà. Pedites quoq; erant leuis armaturæ: ferentarij, ſagittarij, fundatores ante exercitũ hoſtes prouocantes. Adminiſtri horum, medici, chirurgi, mercatores, caupones, lixæ, calones, ſpeculatores, itinerum ductores, famuli agazones, meretrices vt plurimũ: & vxores Germanis & Perſis. tubicines, lituicines & pręcones, quorũ munus & ſilentium in certaminibus pronuntiare, & ſacrificijs, fœdera annunciare, inducias indicere, certatores deſignare, vt ait Iul. Pollux lib. 4. c. 12. Nomina porrò generalia militaris exercitus erunt, vt milites in metatione dicantur caſtrorum, teſſerarij, alij angariati, parangariati, q vigilias, ſtationes, geſtationes, in vſum belli obibant, alij commentarienſes, centuriati ſiue phrygiones, & polymitarij bini in qualibet centuria, beneficiarij, ordinarij, extraordinarij, voluntarij, conſiſtoriani, cornicines, tibicines, claſſici, buccinatores, æneatores. In militia legionarij, vexillarij, claſſiarij, ſubſidiarij, præſidiarij, ſcholares. Horum gradus, anteſignani, poſtſignani, lorarij, triarij, inter ordinarios ſeu ordinatos. Polybius in 6. ait Romanos ex conuocatis omnibus in vnum militibus, deligere in pilanos minimos ætate, & tenuis formæ: adultiores, in haſtatos: ætate & robore valentes, in principes: natu maximos, in triarios. Minimorum arma, gladius, pilum, parma rotunda, tripedalis haſtati, ferre armaturam debebant: armaturam autem primum clypeus, enſis anceps, mucro, veruta, caſſis ænea, crurum tegmen ocrea. Legiones ex iſtis omnibus perficiebantur, quæ aut ordinariæ, aut extraordinariæ erant: ordinariæ perfectè directæ expeditæ, & quadratæ, conſtantes 6000. peditibus, & 730. equitibus: extraordinariæ ſeu imperfectæ, 5000. peditum & 400. equitum erant, vnde duæ gemellæ proceſſerunt, altera 4000. pedit. & 3000. equitum, altera 4000. pedit. & 200. equi Legiones, diſtinctæ apud Romanos, vel à nominibus prouinciarum, ad quas mittebãtur, vt Macedoniæ, Ponticæ, Galliæ, &c. vel à tempore, antiquitate ſcilicet, vt veteranæ: vel à loco, vt prætorianæ: vel à perſonis, quibus conflabãtur, vt libertinæ, ſeruorũ, vernaculæ, domeſticæ, gentiles, coloniares, agreſtes, vrbanę, palatinæ, comitatenſes: vel ab inſignibus illarum, & ab imaginibus ſuorum vexillorum, vt alaudæ, mineruiæ, martiæ, Iouiæ, Herculeæ ſolenſes, cornutæ, laureatæ, ſiue prætexatæ, & auguſtæ: vel à ducibus illarum, vt Tyberiana, Traiana, Flauia,



Flauia, Conſtãtiaca, &c. & ſi vnius nominis plures eſſent, addito numero dicebantur prima, ſecunda, tertia, quarta, &c. In legione peditæ ſunt in cohortes diſtributi, equites in turmas: cohors certa quædam militum diſtinctio. Inter cohortes præſtantiſſimæ habitæ, prætoriæ, vrbanæ, millenariæ, veteranæ, illis ipſis copiæ ſeu multitudines militum latius patent, nam illæ ſunt quidem legionariæ, ſed vltra & auxiliares & voluntariæ, centenariæ: & inclinante imperio cohortes tyronum libertinorũ tumultuariæ, euocatæ, repentinæ, auxiliares, ſtipendiariæ, ex prouincijs dictæ: vt Germanorum, Timbrorum, Sicambrorum, &c. vel à munere illis iniuncto, vt ſtationariæ, ſpeculatoriæ protectorum, ſtipatorum. Turma ex triginta duobus equitibus conſtabat, quaſi terdena dicta: interdum maior, ex 300. ea quæ ſingulis cohortibus adijciebatur, & dicebatur legionaria: At à forma, ſi in ouis formam, oualis & ab alijs formis, vt & homœoſtomus ſiue laterculũ. Tertiaca, quę accedebat poſt acies laſſas, eas redintegrãs. Ex ijs decuriati equites, ſi decem globus equitum, in excurſionibus: cumulus equitum ſi in formam pyramidis. Turmis præfecti erant, dicti capitularij cingebant cohortes, equites ex aliqua parte vexilli, alæ modo, vnde ea turma ala dicta, Macedonibus agema, vel dextra vel ſiniſtra vel trecenaria, ſubſidiaria, reducta, quadrata, amphiſtomus, rhombus, & Macedonib. ſacra: Equitũ hodie alij, alterius nominis ſunt ſocietatis cuiuſdã particularis, quales equites torquati ſancti Michaelis, ex ſocietate regis Galliæ, alij velleris aurei à Philippo Burgundione duce introducti 10. Ianuar. 1429. vt latè tractat Meierus lib. 16. annal. Flãd. alij Rhodiẽſes, Theutonici, Templariorũ, &c.

## *De armis militaribus.* CAP. V.

ARma ab armis, id eſt humeris, ex quibus pendent, à Feſto dicuntur, à Varrone ab arcendo hoſte, quod magis placet: arcemus autem inuadendo, & propellendo. Armatura Romanæ Reipubl. varia eſt, alia ad protegendum corpus, alia ad feriendum vel defendendum: Ad tegumentum pertinent corporis, Thorax, coriaceus, bubulus, ſcammatus ferro, à Cilicibus cilicius dictus: pectorale vocant plaſtre, ſubarmale, lorica, caſſis, capitis tegumentum ſilus apud Valturin. lib. 1. cap. 3. habens naſum ſeu roſtrum ſummum ſurſum Galea criſtata iuxta conum: Buccula hodiè, *la bauiere de la ſalade*, Et ad tegendum vtrinque omne corpus, clypeus, par-

ma, pelta, ſcutum lunatum, clypeocentrus in libro vtriuſque imperij, in rebus bellicis: vmbones, ſcutum camparuus clypeus Hiſpanicus, ancile forſan rondelle, ſcutiſa ænea tegumentum hominum ad obſidionem cuntium ciuitatis, teſtudines, cochleæ, currus recti, turres ligneæ, loricæ. Ad pugnam pertinent, quibus pungitur, feritur, iacitur, haſtæ, gladij, iacula. Haſtilia diuerſi ſunt generis, quædam iaciuntur, quædam perpetuo tenentur & feriunt, quędam iaciuntur & retrahuntur. Iaciuntur veruta, plumbatæ, tribolatæ, plumbatæ mamillatę, equeſtre pilũ, pedeſtre ve, ſpicula phalarica, haſta breuis, qua ignis ligatur, & ea iactata machinis ſubijcitur, cuius generis breuiores tamen iacula ſunt, malleoli concaui. Quæ tenentur nec iaciuntur, haſta gallica, velitaris λογχὴ, lancea vel geſa, ſudes noſtris: Romphæa, quæ Thraica haſta, noſtris pigne: furcæ, framea haſta, vel gladius longus rotundus, interdum in hoſtes proiectus, graues haſtæ conti, perches longues ſans fer: hami crocz, poſſunt & annumerari clauæ, olim frequentis vſus, maſſes d'armes: fuſtes nunc paulx, baculi: haſtæ iactiles, quarum quæ retrahi poſſunt, dicuntur tragulę, haſtilia Hiſpanorũ: eſt & Catheia apud Valturinum lib. 10. c. 4. eius generis. Equorum tegumenta, ephippia chalybea vel ferrea, & phaleræ quas vocant Bardes, capitalia quæ vocant caparaſſons. Gladius à clade Plinio mutata g in c litera. Gladiorum variæ formæ & nomina: machæra Græcis, ſica Latinis à ſecando, Gallis coutelas, & ſeceſpita etiã enſis alius, harpe, falcatus & incuruus gladius quod erat vtrinq; armatus currodrepanus, vt patet ex figura eius in imperio vtriuſque orbis. & apud Vegetium, Parazonium, gladius qui pendet zona vt à clauibus clunadium, quia ibi pendet lingula, gladius venatorius pertuſane: pugio, vn poignard, à pungendo. Dolones ſunt flagella, intra quorũ virgas gladij, à dolo ita dicti: dolones quoq; dici poſſunt enſes longi & rotundi, nũc dicti Stocs, vt innuit Valturinus lib. 10. c. 4. gopides, cultri recurui. Sunt & dolabræ, ſecures, acinacis, Perſicus gladius, Curtio in 6. de geſt. Alexan. Cæterum enſis, mucro, ſpatha, pro eodem; etſi mucro alias ſit ſummitas. Bipennis, vtrinq; ſcindens: vtebantur quoque ſcalpris, ad occidendos Elephantes, ictibus inter collum & caput adactis: erant & Danicæ, coignees longues, acutæ & ſcindentes: item & falces. Sũt & cuſpides pieux Gallis. Arma quæ percutiunt eminus & iaciuntur ſunt, ceſtæ fundarum lapides, aclides, claui genus, apud Virgil. 7. Aeneid.



Aeneid. Ceſtrophendo, ſagitta miſſilis ſpicula, ſagittæ maiores cum ferro triangulari: ſparus, telum recuruum minimum, ruſticorum. Rumex ſimile iaculum proximo, ſed quod capitatum, quodq́; Gallis maſſue; erat & ſoliferreum omnino ferreum: arcus baliſtæ, ſcorpiones, nunc arbaleſtes, quibus & tela, ſagittas ſpiculatas & alias, & lapides mittimus fundæ, quibus proijciebant lapides & glandes, id eſt, plombees. Subſternebantur & itineribus ad prohibendum equitatum vel tranſitum vadi fluminis, taleæ, hamis ferreis transfixæ, ſtipites teretes, præacuti & præuſti, lilia dicta murices, ſeu calcatrapes & ſimilia. In murorum porrò expugnatione, inſtrumentis alijs fortioribus & armis viſi catapultis, baliſtis, trifacibus, veſtibus, tollonibus, ſcalis, ſambucis, pontibus, bombardis, cuniculis, arietibus, ſcorpionibus; addit Vueſpergenſis abbas in chronico, in ſecunda Mediolanenſium obſidione, mangos & cattos; adde & muſculos ad deijciendos & ſuffodiendos muros. At defendunt vineæ, valli, plutei, loricæ ex cratibus, foſſę, ſtipites ex truncis arborũ, ſtoriæ nunc, gabions, cerui, pinnæ, aggeres, furcæ ferreæ ad deijciendos muris conſcendentes hoſtes. In portis cataractæ, portes coolices, treilliſſees, herſes, pontes penſiles, ijq́; varij, & tractiles. Contra impetum bombardarum & machinarum ignearum in muris, vel ponè muros, aggeres obijciuntur terræ, fimi, maximè culcitrarum lanæ: & deiectis muris, ſariſſarij, grauisq́; armaturę milites, ſclopetarij dolia terra impleta, ſuccedunt.

## *De ſignis militaribus.* CAP. VI.

SIgna in exercitu triplicia, vocalia, ſemiuocalia, muta. Vocalia ſunt, verba vel nomina, quibus vtuntur qui circuunt excubias noctu, vt internoſcantur, vel in prælio milites, dicimus, mot du guet. Semiuocalia ſunt claſſicum, receptus. Muta ſunt, vexilla: veluti dracones, aquilæ flammulæ, manipuli, &c. Item teſſeræ atq; in diſtantibus locis, ignis accenſus & lucernæ. Nam belli præſertim tempore, qui oceanum accolũt, in vicinis tumulis lucernas pilis affixas locant, ac vbi ex hoſtis aduentu maior illuſtriorq́; res accidit, ſubitò lucernas accẽdũt, clamoreq́; per agros & regiones ſignificant: hinc alij deinceps excipiunt, proximiſq́; eodem modo ſignum edunt, atq; ſic celeriter ad omnes vicos & vrbes fama perfertur, & agreſtes, ciuesq́; aduerſus hoſtem ſe armant. Polydor. Virgil. lib. 25. hiſtor. Anglic. Scribit Liuius in 1. cum filius Tarqui-

nius mandaſſet Romę patri quid de Gabijs facturus eſſe, reſpondiſſe patrem non voce, ſed ſigno: paterſ nam q; nun-cio, quia dubiæ fidei videbatur, nihil voce reſpondit, ſed veluti deliberabundus in hortum ædium tranſit ſequen-te nuncio, ibiq; inambulans, ſumma papauerum capita baculo decuſſit & interrogando expectandoq; nuncium defeſſum, redijſſe, & quæ vidiſſet narraſſe: non latuiſſe autem filium conſilium datum de præcipuis Gabinorum detruncandis. Signa muta militantia, pro nutu inſignia habebant ſculpta vel picta, qualia animalia, imagines, circuli. Congregationis autem ſigna, literaria: cohor-tium, aquilæ: equitum, dracones. Apud ſigna, erat ære-lum ſacrum: ibi depoſitio fiebat partis dimidiæ rerum à militibus comparatarum, quæ omnibus debebatur, vt alacres velut pro rebus ſuis, ſaltem ſigna tutarentur: ibi quoq; decem folles vel marſupia, in quæ contribuebat tota legio, ſepulturæ cauſa.

### *Veſtimenta quædam caſtrenſia.*

### CAP. VII.

PAludamentum, chlamis, ſagum, macrochæra, pan-gauda, campeſtre, lacerna, penula, ocreæ, perones, cingulum, baltheus.

### *De caſtrorum diſpoſitione.*

### CAP. VIII.

IN caſtris, vallum, lorica duplex: in interiori erant ca-ſtrorum munitiones, foſſa, veſtibulum, portæ, vna præ-toria, verſus caſtra hoſtilia, vbi prætorium: quæſtoria alia à dextris, exercitui hoſtili oppoſita: quintiana alia & decumana. In caſtris tabernacula & tentoria diſtincta, ſed ducum erant inſigniora, vel tapetibus, vel ſculpturis, pi-cturis, tenſionibus, pellibus, &c. In medio ſeu vmbilico, ſignorum receptaculum, vbi tentoria erant ducum. Erat in caſtris prætorium, vbi præcipuus militiæ degebat. Quæſtorium vbi quæſtoris tabernaculum, & pecuniæ ra-tionalis: ibi & ſubadiuuæ, actuarij, chartularij, excepto-res. Erat & forum venale in medio caſtrorum, ſine tento-rijs. Erat & templum caſtrorum, de quo & Herodian. ing. meminit: ſemper enim omnes nationes, aliquod numen in bellorum diſcriminibus adorarunt, & cultum aliquem reliquijs religionis ob-ſeruarunt.





### *Munera quæ erant in caſtris.*

### CAP. IX.

PRæfectus caſtrorum, Quæſtor caſtrorum, metatores, metatici, epiſcopi, ſtratores, magiſtrani, armatura-rum præfecti, tribuni, rectores, magiſter & præfectus vehiculorum, præfectus ſarcinalium iumentorum, præ-poſiti baſtagiarũ, officinatores, fabricenſes armorum, li-gnatores, pabulatores, frumentatores, aquatores: machi-narij machinarũ, ſcilicet obſidionalium, ſcorpionũ, ona-grorum, arietum, heleopoleos. Erant vigiles & cuſtodes prætorij, quæſtorij, valli, portarum. Tribuni militaris offi-cium, ſacramento militari ſuas cohortes adigere, illis iu-ra reddere, exercere tyrones ſuos, ſuam cohortẽ in aciem deducere, & ſtatuere certo loco, vigilias & ſtationes cura-re, miſſionem ſuis dare, & ſacramento ſoluere: carcerum cuſtodiã habere, mitti à principibus cum ſuis ad aliquos capiendos, exequi alias à principe impoſitas legationes, deſtinatos morti à principe occidere, dare ſymbolum vel teſſeram militarem militibus ſuis, legatos extraneos in caſtra venientes ad principem deducere, in exequijs, & funere principis & imperatoris cineres ad tumulum deferre, vigilias circuire.

### *De inſtructa acie.* CAP. X.

EX militibus equites maximè vſui ſunt in planis, & vndequaque patentibus locis: pedites, in præruptis, montanis, & ſylueſtribus, & cuſtodia ciuitatum, op-pidorum, & caſtellorum. Conueniunt autem interdum cùm prælium conſerendum eſt, & inſtruendæ acies, qua-rum ordines varij ſunt & nomina, & formæ ex regionum varia obſeruatione, & pro locorũ in quibus pugnandum eſt commoditate vel incõmoditate. Habet vt plerunque exercitus tunc, ordines, principia, & globos militares, acies duas anteſignanorum & poſtſignanorũ: ibi ſemper duces primi meliores: qui ſecundi, vltimi & poſtites: illi vt probè ducant, iſti à tergo vt cõtineant milites in ordi-ne. Conſtitutio totius multitudinis, phalanx, dicitur vel acies, cuius in ſeriem inſtructio, longitudo eſt. Prima pars vocatur facies, frons, os, iugum: poſterior, latitudo: dua-rum partiũ quæ in fronte aciei, altera dicitur dextrum, al-tera ſiniſtrũ cornu, inter has & cauda. Ibi poſt milites gra-uis armaturæ, pedites, ſtatim velites ordinãtur: poſt veli-tes equites grauis armaturæ: variantur tamen interdum,

ſi neceſſitas exigat. Fortiſſimus omnium, eſt in dextro
cornu: illi virtute ſecundus, in ſiniſtro: tertius in medio a-
ciei, ſi per cornua acies ita diſtinguatur. Siquidem alio
modo cornu diſponitur: ideo, aliud cornu dicitur conti-
mum, abruptum, circundans, & acies alterius formæ eſſe
poteſt, ſcilicet formæ cunei, forficis, roſtri equini, ferræ,
teſtitudinis: vel acies quadrata, orbiculata, directa, cre-
cta, explicata, extenſa, extenuata, obuerſa, auerſa, ſtata-
ria, detracta loco, curuata, duplicata, attenuata, denſata,
conſtipata, oblonga, triangularis, linearis, comprehenſa,
arrecta, deducta, duplicis frontis, duplaris, antiſtomos,
periſtomos, inflexa, implexa, incurua: & ita iuga & ſeria
variant eius. Turbanturq; hæ formæ quoque inter præ-
liandum, pro occaſione inſtantis vel fugientis, vel dece-
dentis hoſtis, non ſecus ac in duello: quamobrem fiunt
in ea declinationes, mutationes ordinum grauis arma-
turæ & velitum & equitum, prout hoſti obſiſtendum: &
oportet duces ſæpe iubere declinare milites, vel haſtam
verſus, id eſt, ad dexteram, vel in clypeum, id eſt, læuam.
Et mutatur ſæpe frons in tergum, & contra: Quod ſi con-
denſata ſit acies, & viritim fieri mutatio nō poſſit, fit con-
uerſio, & tota acies ſimul ſe vertit, vt in naui fit: fiunt & i-
ta variæ euolutiones, vt Laconica, Macedonica, Chori-
ca, vel Perſica. Interdum enim mutant locum: interdum
tantum verſa facie in tergum, tenent eundem locum: &
interdum ordines mutant. Et quemadmodum ſunt va-
riæ aciei in iſtis facies, ſic & ſignorum variæ nomencla-
turæ: vt alia prima, ſecunda, poſtrema: in exercitu laure-
ta, fixa, non fixa, euulſa, elata, promota, illata, ablata, con-
uerſa collata, recepta, expedita, turbata, infrequentia.

### *De acie iter agente.* CAP. XI.

AVt exercitus aliò pergit inter inimicos, vel pugnam
expectat. In vtroque primùm Deo litet & ſacra pe-
agat, vt ait in Hipparcho Xenoph. Si iter agat, deli-
gat itinera ſuis copijs aptiora, optimos & fidos & pe-
tos itinerum duces, ſemper ante præmittat, anteſigna-
nos, expeditos exploratores, qui præuideant num in-
die lateant. Dux, non omnibus, quando, quò, & quà pro-
fecturus ſit, explicet: ſed inſinuet ſecretò vel per ſe vel per
præconem, centurionibus & decurionibus: recordentur
ſyluis & præruptis, pedites, equites ſperare poſſe: in pla-
nitie, pedites ab equitibus ſuperari. Si vicini hoſtes, po-
terit vti ſtratagemate, vel eos allicere, ſi cautè ita ambu-
le-



ſe vt pauciores ſui videantur quàm ſint, quod fiet ſi con-
ſtipati incedant, ſi ex equitibus pauci haſtas tollant. Vi-
debuntur autem plures eſſe, ſi vt palantes eant, ſi ſe dif-
fundant, ſi haſtas tollant omnes: & noctu plures videbun-
tur ſclopetarij, ſi reſtes in pergulas incenſas ordine infe-
rant, & ita vnus quilibet inſtar multorum.

### *De exercitu pugnaturo.* CAP. XII.

VBicunque exercitus ſit, ſummopere vigiliȩ & explo-
ratores requiruntur, ne improuidè ab hoſtibus cir-
cumueniatur. Ordinaturus aciem, vt monet Veget.
lib. 3. cap. 14. obſeruat Solem, puluerem, ventum: Sol ante
cripit viſum, puluis oculos implet, ventus contrarius tua
inflectit & deprimit tela, hoſtium adiuuat: nocet etiam
pulueri pyrio ventus, & pluuia. Antequam in hoſtes mi-
lites dux educat orationē ad illos habeat, de morte con-
temnenda, de proximio & honore victoriæ, de officio in
rempubl. de principis bonitate, de iuſta cauſa belli, de ho-
ſtium iniuria, imbecillitate, timore, diuitijs conquiren-
dis. Non prius pugnent milites, quàm ſignum à duce ac-
ceperint. Signum hoc vel vocale, vel ſemiuocale, vel mu-
tum vt diximus. Mutum fuit in pugna Macedonum & A-
chæorum, Illyrijs certaminis inchoandi, cum primùm ex
locis quæ circa olympum montem erant, oſtenſum lin-
teum proſpicerent. Megalopolitanis quoq; atque equiti
bus ſignum ineundi prælij erat, cum primum à rege pur-
purcam veſtem erectam conſpexiſſent, Polyb. 2. hiſtor.

### *De exercitu claſſico & armamentis eius.* CAP. XIII.

CLaſſis nautica vel in mari vel fluminibus ad tuen-
dos limites, vel ad expugnandos hoſtes: vel in ſta-
tione, vel hyematione. In claſſe nauali, viri neceſſa-
rij, Præfectus ſeu Prætor, Trierarchi, Centuriones, Claſ-
ſiarij, Limenophylaces, dicetarci, id eſt, ſolo victu conten
ti, naues cuſtodientes, vrinatores, ſcrutatores, vtrarij, du-
ctores triremium, remiges, ſocij nauales, decuriones re-
migum, vectores, detorſores, & qui erant in collegio fa-
brorum, dendrophori, centonarij, dolabrarij, ſcalarij. In-
ſtrumenta & armamenta nauium, anchorȩ, antemnæ, ve-
la, remulcus, haſta hamata ad trahendas naues, harpago-
nes, ſcalæ, manicæ ferreæ, trullæ ferreæ, pontes, ſubliciæ,
cataractæ, lupus naualis, falx naualis, tellanæ, bipennis
naualis, ſecuris ad rumpendos rudentes & funes ſecreto

nauium

nauium hoſtilium, ſartagines, quibus ignis continebantur: alucoli, & rutra: quibus & alia arma addi poſſunt terreſtrium militum, cùm ad manus venitur, vel iaculis pugnatur. Vtuntur autem potiſſimum nauales concertationes ignium artificialium ope & dolis, oleo incendiario, ſtupa, ſulphure, bitumine, ardentibus ſagittis ſeu igne additis, reſina, pice, cera, pinguedine, nitro, camphora, & alijs ignis fomentis. Naues autem nauali bello deſeruientes, prætoriæ vbi princeps: roſtratæ, tectę & non tectæ, longæ cum ſuis diſcriminibus, ſcilicet biremes, triremes, quadriremes, &c. Liburnæ, celoces, actuariæ, curſoriæ, ſpeculatoriæ, tabellariæ, onerariæ, frumentariæ, piſcatoriæ, ſynedriæ, ſchediæ, ſubliciæ, epibates, myoparones. In pugna nauali inſtructa, roſtratæ fortioreſque naues opponuntur, aduerſarius cingitur, vētus obſeruatur ne contrarius: pellitur hoſtis alto mari ad litus, ne motus [illegible] leritas: vtuntur aſſere vice arietis, trabe ſcilicet vtrinque ferrata ad ſimilitudinem antemnæ pendentis in malo [illegible] uis: vtuntur & falcibus longiſſimis contis præfixis, quibus aduerſariorum nauium funes colatorios, & ſuſpenſoria antemnarum perfringunt: Bipennibus quoque, quibus dum immodico ardore pugnatur, interim nautæ tacitè aduerſariorum nauium gubernacula ſcindunt, & inutiles naues reddunt, ſicut & doloſè interim vrinatores ſub aquis perforant eaſdem.

## *De cura & diſciplina militari.*

## CAP. XIV.

QVatuor exercitui maximè neceſſaria, commeatus, bona valetudo, ſcientia rei militaris, obedientia. Xenoph. lib. 1. Cyripæd. Commeatus reſpicit curam alimentorum, vt eorum gratia ſint armēta, greges boum arietum, panis, & ſimilia, & in tuto impedimenta & ſarcinæ ſint militares. Sanitas optimis medicis, & chirurgis conſeruatur & habetur, & ex electione ſalubrium locorum in caſtris metandis. Scientia, exercitio & diſciplina comparatur: obedientia legibus retinetur.

## *De ducis optimi diſciplina.* CAP. V.

DVx bonus, debet potiſſimum eſſe optimus miles, peritus in omnibus, potiſſimum in mathematicis diſciplinis, ſaltem arithmetices: vt acies diſponere poſſit, vt ait Plat. lib. 7. de republ. ſine ordine & diſciplina quoq; inutilis peditatus apud Ariſtot. 4. polit. cap. 13. [illegible] [illegible]



ximè ad regionum interſtitia. Requiritur & in eo geometria, coſmographia, aſtrologia, ad magnitudinem dierum & noctium, ſolſtitiaque internoſcenda, & eclipſes quæ aliquando inſcios exercitus perdiderunt & terruerunt, vtque poſſit temporum qualitates, pluuias, ſerenitatem, lunæ ſplendorem vel ſilentium eligere, quantum appareat eius lux, ſcire. Polyb. in epit. lib. 9. in duce ſeu imperatore primum requirit, vt ſilentium ſeruet eorum quæ facturus eſt, conſultet cum quibus oportet. 2. teneat diurna & nocturna itinera, terreſtria & marina. 3. opportunitatem temporis ex circunſtantijs cognoſcat. 4. modos exequendi faciliores non contemnat: adde vt noſcat hoſtis ingenium, arma, indolem, modum pugnandi eius. Dehinc nihil in bello contemnendum, non fidendum vnquam: Diffidentia vrbes conſeruat, confidentia perdidit. Fortunæ quoque plurimum tribuerunt in bellis antiqui ethnici, vt Aemilius Probus in Thraſybulo, Cæſar lib. 3. de bello Gallico, Iſocrates in Archidamo, Aeſchines oratio, παραπρεσβ. Nos Deo, & diligentiæ, & prudentiæ. Prætor militaris operam non ludet, ſed ei erit maximo commodo, ſi iubeat turbarum ſimiles per omnes turmas eſſe voces, ſi ictus quoque tympanorum pares inter pedites, ne confuſio oriatur: ſi enim omnes in acie æquè ordinem & diſcrimen vocum intelligant, conſenſu vnà pugnabunt, vna mouebuntur & deſiſtent, vt in remigando remiges obſeruant, voces gubernatoris.

## *De diſciplina & exercitijs militaribus.*

## CAP. XVI.

MIlitem ita cenſet educandum Plat. 2. & 3. de republ. vt canem, qui ſit erga domeſticos mitis, in extraneos ferox & atrox, illi gymnaſtica & muſica arte vtendum, vt muſica efferatos animos temperet: gymnaſtica exercitatione, corroboret corpus: curſui exerceatur, vt in ſaliendo alacrior, & in alijs agilis: vt robur ſibi acciat, conſueſcat vibrationi manuali lapidum, iaculorum, ferri, luctæ. Sic armorum pondera facilius feret, & acrius feriet: aſſueſcat ferendis dorſo maximis ponderibus, vt diſcat dum opus erit longius iter protrahere, commeatum ſecum deferre: natare quoque diſcat. Hoc enim illi maximè ex vſu erit: diſcat arma quibus vtatur pertractare, palæſtramq; & gladiatoriam & haſtariam artem: commodum quoque exercitium, aſſueſcere ferre arma quib. vti debet, ſcopetarij, baliſtarij, & funditores, diſcant ad

vocem

vocem ducis vel manipularij, omnes ſe in proprios ordi-
nes digerere, diſcant ſcopum ſecurè pertingere, diſcant
& voces tubarum & tympani ictus, & ſeruare ordines.
Polyænus, lib.3. ſtratage. ait quòd Iphicrates ſuos milites
exercebat, falſa conſilia excogitans, falſas inſidias, falſas
proditiones, falſa ad hoſtes transfugia, falſas hoſtium in-
ruptiones, falſos terrores panicos: vt ſemper aliquando
ſi quid tale accideret, parati eſſent, nec vllo pacto permo-
uerentur. Nunquam ſinebat eos otiari aut ceſſare; ſed e-
tiam ſi bellum non eſſet, iubebat eos aliquid fodere, aut
foſſas ducere, aut arbores cædere, aut caſtra mouere, aut
vaſa colligere & transferre, tanquam in otio homines
ſtudere rebus nouis ferè velint. Diſciplina & leges mili-
tares præcipuæ ſunt, quæ ad tria capita iuris referuntur,
honeſtè viuere, alterum non lædere ſine iuſſu ducis præ-
cipui, ius ſuum cuiq; conſeruare, & potiſſimum regi cui
fidem ſuam obſtringunt & ducib. ab eo propoſitis, qui-
bus omnino obedire debet. Siquidem præcipuam par-
tem militiæ in obediendo Plato ponebat, vt ait Plutarch.
in vita Galbæ: alioquin nocerent ſibijpſis milites, diuer-
ſitate conſiliorum, vt ſcribit Lactant. de falſa relig. cap. 4.
atque hoc nominatim de obediendo, ſacramento anne-
xum militari, tradit Polyb. lib. 6. hiſtor. ſicut & alia quoq;
iurabant ſacramento militari milites, quæ latius explican-
tur in ſacramenti formula, quam exigebat à ſuis militi-
bus Carolus 5. Imperat. Maximil. in eius politia apud Iu-
ſtin. Goblerium Guarinum, in cap. 5. & 6. politiæ, quæ ibi
videto, de quibus etiam forſan, ſi Deus voluerit, in Epi-
tome noſtra iuris, dum agemus de re militari explicabi-
mus, ne ſyntaxes vltra quàm par ſit, in commentaria con-
uertamus. Atque interim de legibus militaribus quibuſ-
dam, legendus Guill. Bellaius eques torquatus, lib. 3. *des
inſtructions de la guerre*, cap. 3. De quibuſdam alijs Aure-
liani imperatoris, apud Flauium Vopiſcum in eius vit.
Sunt & aliæ latius apud Iuſtinian. in libello de legibus
militaribus Græcè ſcripto.

## *De muneribus militum ſtrenuorum.*

## CAP. XVII.

FVerunt militibus datæ coronæ caſtrenſes, ciuicæ, mu-
rales, obſidionales, ouales, nauales, aureæ, de quibus
videndus Plin. lib. 2. cap. 3. & lib. 16. cap. 4. Aulus Gel-
lius lib. 5. cap. 5. Flauius Blondus de Roma triumph. lib. 6.
Volaterr. lib. 26. philolor. Polyd. Vergil. lib. 2. de inuent.
ger.



rer. cap. 17. Volphangus Lazius, lib. 9. commentariorum
Reipubl. Roman. c. 19. Claudian. in panegyr. Olibrij. De-
moſthen. paſſim contra Cteſiphontem & de corona. do-
nabantur cornibus argenteis, vnde cornicularij dicti: tor-
que, vnde torquati: rude ſeu baculo, vnde rudarij: bal-
theo, monozonij dicti: immunitate, veterani.

## *De Triumphis.* CAP. XVIII.

TRiumphaſſe primùm traditur Dionyſius, Liber pater
dictus, Diodor. in 5. & 6. Plin. lib. 7. cap. 56. Trium-
phus duplex olim, magnus, & oualis: magnus fiebat
ingrediente ciuitatem victore, hoſtibus profligatis vi &
manu, perlatis nominibus & ſimulachris vrbium & ca-
ſtellorum ſubactorum, concomitante præda & captiuis,
deſignante ſenatu, cum magno ſacrificio. Ouationis au-
tem cum tantùm lætitia publica excipiebatur qui vicerat
hoſtes, ſine ſanguine. De vtroque Plutarch. latè in vita
Marcell. videndus & Plinius, lib. 5. cap. 5. Liuius, lib. 1. de-
cad. 4. Magnus quoque & poſteà decretus victoribus ſi-
ne ſanguine, à ſenatu P. Cornelio, & M. Bebio. coſſ. Li-
uius, lib. 10. decad. 4. Lata dehinc & lex triumphalis, vt
non triumpharet niſi qui quinq; millia hoſtium vna acie
cecidiſſet: huic acceſſit firma alia lex. M. Catonis, & Læl.
Marij, de quibus Valer. Max. lib. 2. cap. 3. de prima quoq;
Paul. Oroſius, lib. 5. cap. 2. Triumphatum & poſteà ob ci-
ues ſeruatos, coronaq; triumphalis primum laurea, de-
hinc aurea illis data, vnde aurum coronarium. Gell. lib. 5.
cap. 6. Dionyſ. Halycarn. in 3. Porrò ordinem & modum
triumphantium deſcribit Alex. ab Alex. lib. 6. genial. die-
rum, cap. 6. Cæſaris triumphum, vnde alios colligere li-
cet, depingit Dion Caſſius, lib. 43. & 37. Alia plura Polyd.
Vergil. lib. 2. de inuentor. rer. cap. 16.

## *De pœnis militaribus.* CAP. XIX.

POenæ militares, maiores & minores erant: maiores,
vt decumatio, viceſimatio militum. Cùm plures enim
deliquiſſent, propriam pœnam militarem eſſe, per
ſubſortitionem in paucas animaduertere, tradit Cic. pro
Aul. Cluentio, quod non porrigendum ad vrbicas caſti-
gationes docet. Erat & ſecuris percuſſio, ſurreptio ad cru-
cem & ad palum, hodie inter haſtas tranſitio, ſcopetatio,
expoſitio delinquente pro ſcopo militum ictibus, ma-
nuum & olim abſciſſio, fuſtigatio vſque ad interitum, è
rupibus præcipitatio, membrorum in partes diſtractio, vt

in Metio Suffetio, capitis detruncatio, & ſimiles pro modo delictorum pœnæ. Minores & his leuiores, exauctoratio, cinguli ademptio, admonitio per ſingulares, mutatio ordinis aut tentorij, ab hybernis excluſio, cibum ſtando capere, haſtæ, equi, tunicæ ademptio, diſtinctio, ſeu exauthoratio, ſtando ante prætorium, ceſpitem ferre.

---

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS LIBER XXVI.

## In quo agitur de Nauigatione.

### *De Nauigandi inuentione.* CAP. I.

NAVIGARE nihil aliud eſt, quàm nauem agere, id eſt, arte nauem regere, inter aquarum fluctus. Materia circa quam verſatur ars, eſt aqua & nauis: forma aut modus nauigandi, præcepta continet bene ducendi & conſeruandi naues, ſcilicet benè & ſine periculo nauigãdi. Non enim à nauigio nauta vel gubernator dicitur, ſed ab ipſa arte gubernandi, vt ait Plat. 1. de republ. Quæ quidem ex obſeruatione & complurium iactura & damno, tandem à rudibus initijs, ad artem peruenit. Nam vt ait Max. Tyrius ſerm. 40. nauticæ artis inuentio hunc progreſſum habuit & initium. Homines, qui nũquam viderant nauem, externa commercia adamante, vtilitatis, interdum neceſſitatis ſtimulis acti, cùm circumſcriptos ſe crederent à mari, nantem viderunt auem ex aere delapſam: viderũt præterea ponderoſum aliquod corpus leniter ſuper aquas deferri, aut arborem quam fluuius traxiſſet. Fortè etiam aut aliquis, vt fert caſus, cum mergeretur inuitus, accogeretur membra iactare, eorum artificio enatauit, aut etiam libens ludensq́; nationem ipſam tentauit: hos ſingulos caſus peritia colligens, atque horum collectione qui nauigationem meditatus, primum ineptum aliquod atq; informe vehiculum conſtruxit, è materia leui, vt clatium forma, ex colligatis permultis lignis rudib. compactum. Paulò poſt ſenſus adaucta ratiocinatione procedens ac ſapientior effectus, vehiculum cauum inuenit, quod impelleretur à remis, veliſq́; ſuſpenſum ferretur à

ventis,



ventis, temone ad rectitudinem curſus regeretur, atque huic vitam & ſalutem ſuam commiſit gubernatoris ſciẽtiæ duntaxat confiſus. Impulit animum ad nauigandum & nauigationem inſtituendam viuendi & habẽdi libido: ad cautionem autem, periculorum quotidiana exempla. Prior cauſa curioſitatis plena eſt, altera potuit & neceſſitatis & vtilitatis & commerciorum occaſio, vt quibus egeremus cum ijs quibus abundamus permutatio fieret. Sine commercijs enim, vix poteſt eſſe vel ſubſiſtere ciuitas, vel reſpublica, vt ait Plat. lib. 2. de repub. Albert. lib. 5. de re ædificat. cap. 12. Sic vt ait Horat. 1. epiſt. epiſt. 1.

*Impiger extremos currit mercator ad Indos*
*Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.*

Et ita inter ſpem lucri & metum periculi, nauis agitur. Quod exprimit idem Horat. lib. 1. carm. od. 1.

*Luctantem Icareis fluctibus Africum*
*Mercator metuens, otium & oppidi*
*Laudat rura ſui, mox reficit rates*
*Quaſſas, indocilis pauperiem pati.*

Quamobrem qui nauigant, vt dicebat Bias, nec inter viuos, nec inter mortuos annumerandi ſunt, tanquam dubiæ vitæ, vt refert Xenocrates Platon. lib. de morte. Nã ſpes quidem, viuendi quandam vmbram conſeruat, at metus proximior morti eſt vita ipſa: quanta enim eſt, vt dicebat Anacharſis, ſpiſſitudo tabularum nauis, tantum diſtat ſolummodo à morte, qui ibi eſt, nempe quatuor digitorum gradu. Et Horat. rurſum, ode 3. lib. 1. videtur hos, vt deſperatæ ſalutis, notare, dum ait:

*Illi robur & æs triplex*
*Circa pectus erat, qui fragilem truci*
*Commiſit pelago ratem,*
*Primus nec timuit præcipitem Africum*
*Decertantem Aquilonibus:*
*Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti,*
*Maior tollere ſeu ponere vult freta:*
*Quem mortis timuit gradum, &c.*

Plin. quoque, lib. 19. in proœmio ſummam dixit audaciam nauigationem, & iniuriam humanæ naturæ, quò peruenire nulla execratio ſufficiat contra inuẽtorem, cui non fuerit ſatis hominem in terra mori, niſi periret & inſepultus. Nauium ſic primarius vſus eſt, vt te tuaq́; tranſuehant: Proximus vt bello ſubminiſtrent opem: tertius vt voluptatis illecebras communicent, quartus citius mori poſſis, vel de vitæ ſalute deſperare lubentius.

I 2

## De Aqua nauigabili. CAP. II.

NOn omnes aquæ nauigijs idoneæ ſunt, aliæ propterea quòd nimium rapido impetu ferantur, quo naues in ſcopulos inuitæ ferrentur: aliæ, quæ vorticibus plenę, turbine deglutiũt nauigio, in abyſſum quandam omnia conuoluentes & deturbantes: aliæ, quia paluſtres ſunt, vſque adeo, vt herbis implexis & arenulis limoſisq; aggeribus, & palis & tumulis, retia tranſeuntibus nauibus obijciant: innabiles item illæ quæ non niſi ſolius hominis pondus nauigio ferant, vt in Aethiopia circa capita Nili fluminis contingere tradit Senec. 6. natur. quæſtio. Nec fluminum limpidorum vndæ, tum quia tenues, tum etiam quia non profundos habeant alueos, patiuntur onerari ſeſe ponderibus magnarum nauium, quemadmodum marinæ quæ craſſæ & denſæ, onera maiora perferunt. Neque etiam aquæ quæ per ſe ſunt nauigabiles, omni tempore tutam præbent nauigationem. Nam quædam flumina quidã ſinus & tractus, certis quibuſdam proprijs tempeſtatibus infeſtantur & ſtatis temporibus ſæuiunt, vt tunc naues ſine ingenti periculo non admittant. Sic Veget. lib. 4. de re milit. cap. 39. Ex die, inquit, tertio iduum Nouembris, vſque ad diem ſextum iduum Martij, maria clauduntur: Nam lux minima, noxq; prolixa, nubium denſitas, aëris obſcuritas, ventorum, imbrium, vel niuium geminata ſæuitia, non ſolum claſſes à pelago, ſed etiam cometantes à terreſtri itinere deturbant, &c. Refert Damianus Goees, eques Luſitanus, lib. de moribus, fide & religione Aethiopum, portum eſſe quem dicunt Aquicum, ſub dictione precioſi Iohannis, quem dicunt presbyterum Iohannem, qui agitetur cum plaga illa tota, ventorum valdè graui tempeſtate per ſex menſes ex vno Cœli climate, illis ipſis per alios ſex menſes ex aduerſo ſpirantibus, miro naturæ arcano. Gelantur & flumina, quo tempore non patet in illa aditus nauibus, quinimo ſi delegante glacie intercipiantur, arietantibus fruſtris vi ponderis impacti naues quatiuntur, ſoluunturq; & alliduntur. Eſt & mare concretum aliquando, vt ea parte qua nauigatur à Nerigo in Thulem inſulam. Plin. lib. 4. cap. 16.

## De Periculis nauigationum. CAP. III.

QVi nauigant mare enarrant eius pericula, Eccleſ. cap. 4. Et qui deſcendunt mare in nauibus, & faciunt operationes aquis multis, ipſi viderunt opera Domini,



Domini, & mirabilia quæ facit in profundo, &c. Pſal. 106. Contingunt autem pericula vel voluntate diuina, vel ratione loci, vel repentina cauſa vel vi cœli, vel imperitia naucleri. Voluntate Dei, veluti vt conſtans eſt opinio, ſi cum impijs nauigatio ſit. Videtur enim mare, quod quotidie quiſquilias & ſordes à ſe ad litus pellit, quodammodo & impiorum impatiens, vomitionibus illis mouere impietatem hominum nauigantium, vt temerariam, diſplicere Deo. Ideò & Lucret. lib. 2. de rer. natur. naufragia iactari in litus credit, quòd nulla ſit conciliatio homini cum tam terribili motu, atque vt videantur & iudicium mortalibus edant infidi maris inſidias, vireſque, dolumque, vt vitare velint: nec vllo tempore credant, ſubdola cum ridet pallidi pellatia ponti. Deus quoque maris poteſtati dominatur, & motus eius mitigat, ponit & tollit pro nutu, & cõturbat, & feruere facit fundum eius, velut ollam. Iob 41. Pſal. 64. & 88. Iſaiæ 51. Ierem. 31. Aggæi 2. Matth. 4. Lucæ 8. Legimus celebre exemplum Ionæ c. 2. Ion. dum ob eius contumaciam & fugam, cùm relicta iniuncta Niniuitarum prædicatione, nauigaret in Tharſim, periclitatam totam nauim ſublatis in Cœlum vndis, & commotis vndequaque procellis, quæ non quieuerunt, donec peccatore detecto, is à naui tãquam malum, proiectus in mare fuit. Innuit & Xenophon, lib. 8. Cyripæ. nõ eſſe nauigandum cum impijs: dum ait, At Cyrus ſuorum pietatem ſibi conducere arbitrabatur: quippè qui putaret, quemadmodum qui nauigationem eligunt, cum pijs potius eligere ſolent, quàm cum his hominibus qui impiè viderentur perpetraſſe. Sic barbari Melitenſes, poſtquam ad eos naufragus D. Paulus appulit, vt viderunt viperam pendentem de manu eius, ad inuicem dicebant, vtiq; homicida eſt homo, quem, hîc cum euaſerit de mari, vltio non ſinit viuere. Et ille quidem excutiens beſtiam in ignẽ nihil mali paſſus eſt, Actuum Apoſtol. c. 28. Quod certè obſeruandum eſſet, ſi electio nauigantium bonorum & malorum offerretur: at cum rara ſit auis nauta bonus, niſi quando inſtat tempeſtas, ſi quidem, vt Plato in Phædro, in nauibus educati illiberales & mali: ſi neceſſitas impellat, non valde timenda in vrgentibus malorum ſocietas ſi boni ſimus, vt enim mali iram Dei cõcitant, ſic & vnus bonus poteſt eſſe pluribus cauſa ſalutis, iram Dei placando. Ratione autem loci offeruntur plura pericula, quæ peritus gubernator ſatagit deuitare, vt cautes, ſilices, montes, arenæ, ſcyllę, charybdes, ſunt vertigines quę

repanda trahunt & abſorbent mari quieto nauigia ſubitò, cuius rei videbis rationẽ apud Ariſtot. problem. ſect. 23. qu.5. Alia pericula pleraque numerat Pollux lib. 1. c. 9. quædam Rauiſius Textor in officina c. de periculis marinis. Repẽtina pericula, preſter, ecnephias, typhon ſeu turbo, venti repentini & validi, Plin. lib. c.8. Item quando echeneis piſciculus nauem remoratur, dictus ideo remora: reddit enim immobilem, vt allidi poſſit fluctibus: de cuius piſciculi vi Plin. lib.9. c.25. & lib.32. c.1. Ariſt. lib. 2. de hiſtor. animal. c.14. Cardan. lib.7. de rer. variet. c.37. Belonus de piſcibus. Occurrunt & interdum ſubuertunt nauigia balenæ: & in glaciali mari circa Iſlandiam inſulam, animalia ex Phyſatorum genere aquas fiſtula quaſi tuba ſupra ſe eiaculantia, niſi terreantur bombardis & tubis, vel illis illudatur dolijs vacuis in mare miſſis. Vi cœli ventorum impetus emergunt, tempeſtates, maris ſæuitia, ſi in ſcopulos feratur nauis. Ex imperitia, ſi ignoret nauta locorum itinera, pericula marium, naturam, æſtus; & alia, quæ artis ſunt. Si nimium oneret nauem quæ ideo ſubmergatur, ſi oneretur nec velis ſuſtineatur nauis. Ex ſegnitia, ſi rima, obducta caſu vel tempeſtate, admittens aquam, citò non occurrant nautæ ſtupa, xylo, ſeu cotto, alijſque tomentis. Nauis vetuſta dignoſcitur ſtridore, pice, ligniſque carioſis, ſi aquæ non exhauriantur immiſſæ. In ſumma pericula ſunt aut ipſa ex naui, aut extrinſecus importabuntur. Extrinſeca ſunt, vndarum vis, ventorum moles, ſcopuli, ſyrtiſque incurſus. Quæ omnia rerum maritimarum & locorum, ventorumque cognitione & peritia ſatis maturè vitabuntur. Innata vitia faciemt, aut lineamenta, aut materia, quibus & prouidendum eſt. Leo Baptiſta Albertus, lib.5. cap.12.

## *De Nauibus.* CAP. IV.

NAuigatur ratibus & nauibus. In initio tantum ratibus, id eſt connexis trabibus, vt dixi iam ex Maximo Tyrio, & docet Plin. lib.7. c.56. vbi de inuentione longæ nauis, biremis, triremis, quadriremis, quinqueremis & ſex ordinũ, & decem, & duodecim, quindecim, triginta, quinquaginta. De oneraria, cymba, celoci, cercure. Et de inuentione velorum, mali, antemnæ, de tectis longis, de roſtratis, anchora, bidente, harpagone, manu & alijs adminiculis. Nauium materia ligna vt plerumque ſed deformationis alterius quàm ratibus conueniat. Fuerunt & olim naues ex corio conſtructæ & ex ligno,

vt Plin.



vt Plin. refert lib.4. cap.16. Britãnos vitilibus nauigijs corio circumſutis, nauigare ad inſulam Mictim, ſed dierum nauigatione diſtantem, in qua candidum plumbum prouenit. Repetit lib.7. cap.56. vbi addit & in Nilo fieri ex papyro ſcilicet arbore, ſcirpo, & arundine. Herodotus quoque in 1. tradit, nauigia eorum qui per flumen commeant Babylonem, eſſe orbiculata & coriacea, quę pecuarij Armenij, qui ſupra Aſſyrios incolunt, ex cæſis ſalicibus faciunt, inſtruuntque pellibus, nudo illarum extrinſecus poſito in modum ſoli: neque puppe diſcreta, neque prora acuminata, ſed in ſpeciem clypei magis orbiculata. Materia expetita nauigijs diuerſa, ſed maximè abies: quare & illa veluti maria fugiens videtur, montes altos incolere, vt ait Plinius libro 16. cap.10. in Aegypto & Syria Reges abietis inopia, cedro feruntur vſi, Plinius lib.16. cap. 40. verùm circa Nilum, ſpino arbore ad naues vſos, docet Herodotus libro 2. vbi de more & arte nauigandi eorum. In Tylo inſula comites Alexandri Magni prodiderunt, arbores eſſe, ex quibus naues fierent, quæ ducentis annis, etſi mergerentur, durant & incorruptæ. Plinius libro 17. capite 41. At ſi credamus Plinio libro 9. capite 10. in inſulis circa mare rubrum in India nauigatur cymbis, ex ſingulis teſtudinum ſuperficiebus. Aſſeres lignei, clauis compinguntur, pice, reſina, & cera, ne commiſſuræ admittant aquam. Cæterùm nauis aliquando vnius arboris corpore conſtat excauato: vt in Germania, prædones ſingulis arboribus cauatis nauigant. Plinius libro 16, capite 40. Leo Baptiſta Albertus libro 5. de Re ædific. capite 12. nauium fabricandarum rationem & lineamenta à piſcibus, architectos antiquos ſumpſiſſe tradit, vt quòd in piſce dorſum ſit, in naui ſit carina: quòd illi caput, huic proratum & pro cauda temon: & pro remis braucæ & aliculæ. Refert & Plinius libro 9. capite 29. inter præcipua miracula eſſe, quòd piſcis qui vocatur Nantilos, ab alijs Pompilos, ſupinus in ſumma æquorum peruenit, ita ſe paulatim ſubrigens, vt emiſſa omni per fiſtulam aqua, velut exoneratus ſentina, facilè nauiget, poſteà prima duo brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit. Qua velificante in aura cæteris ſubremigans brachijs, media cauda vt gubernaculo, ſe regit: ita vadit alto liburnicarum ludens imagine: & ſi quid pauoris interueniat, hauſta ſe mergens aqua.

## *De Nauium diſtinctionibus.* CAP. V.

IVlius Pollux lib.1. Onomaſtici, cap.9. varias adfert nauium ſpecies & nomina. Marcellus I.C. lib.49. ff. in de captiuis, & de poſtliminio, & de reuerſis ab hoſtibus l. 2. naues diuidit in longas & onerarias, propter belli vſum paratas, piſcatorias, actuarias. Leo Baptiſta libro 5. de Re ædific. cap.12. in duo diuidit genera: in onerarias, & fugaces: & ibi de ratione componendarum nauium longarum & onerariarum, & in libro proprio eiuſdem, qui Nauis inſcribitur. Phocenſes primi longis nauibus vſi feruntur apud Herodotum in 1. verùm ad Iaſonem refert Philoſtophanus apud Plin. in 7. Diod. Sicul. in 5. Sed & alij inuentores aliarum feruntur, quod non magni intereſt præſcire. Longæ naues egent remis, vel pluribus, vel paucioribus: horum diuerſi ordines, inde biremes, liburnicæ erant, triremes, quinqueremes, &c. Inter maxima nauigia Ptolomæi Philadelphi, Athenæus lib.5. cap.5. memorat & triginti remes, & cap.6. meminit de quadraginta remi naue Philopatris, longitudinis 280. cubitorũ, altitudinis 40. cum 4. gubernaculis, triginta cubitorum, cum duabus prioris, & duabus pupibus, &c. Meminit & de thalamago fluuiali nauigio, cuius longitudo dimidij ſtadij latitudo triginta cubitis amplior, altitudo ferè 50. cubitorum. & cap.7. deſcribit nauem Hieronis. Iſtæque erant tectæ, vel conſtratæ, & militares roſtratę turritæ, &c. Onerariæ naues Polybio in 1. φορτηγοί. Appianus 5. de Bellis ciuilibus, vocat ὁλκάδας & σκευοφόρους, item γαύλους. Iulius Cæſar graues, nempe quòd oneribus ferẽdis idoneę ſint, ſine remis tot nominibus ferè diſtinctæ, quot ſunt earum diuerſa onera: ita quæ frumenta gerunt, frumentarię, σιτηγοί: nauis vini, vinearia: Venetijs aquaria. Sunt itaque lignariæ, arenariæ, literariæ, farinariæ, carbonarię, fenariæ, aliæque id genus ab eo dictę, quod ferunt. Piſcatoriæ naues erunt, quæ capiendorum piſcium cauſa parantur, tales nauicellæ, cymba, lenunculi piſcatorij, Marcellino libro 14. & 16. Cęſari Comment. libro 2. vbi & pro ſcaphis nauium. Actuariæ ideò dictæ, quòd remis agerentur: non tamen ideò inter longas numerantur. Erant & vectoriæ, grauiaque nauigia, exercitoria ad onera inhabilia, fluminibus traiciendis conuenientia, non mari idonea, vt longæ naues. Erant hæ ἐπιβάδες. erant acatia, leuia nauigia, quæ vix viginti quinque recipiant vectores. Inter fluuiales naues, lembus qui non plus, quàm ſexdecim



ſexdecim remis agitur. Erant & maiores lembi ad vſum belli non inutiles. Huius generis quoque exploratoriæ naues, catacoſpia celetes, vel celoces naues vno remige motæ. Referimus huc ναλιάδα, nauiculam paruam, talis enim eſt κλιάς. Fluuiales quoque erant monoxylæ, ſeu vnius ligni excauati, lintres, ſcapha, ſeu nunc batelet, bacrates, ſchedia. Sunt nauium & genera dicta κοντωτὰ, qđ contis propellerẽtur, Diodoro Siculo libro 17. Nauigiolum duorum ſcalmorum: Veneti gondulam dicunt. Alia nauium nomina, quæ ad ſuperiores pertinent ſpecies, refert Gellius libro 10. capite 25. præter ea quæ retulimus, conitas, caudicas, hippagines, cercuros, oxias, remunculos, proſumias, vel geſeretas, oriales, cattas, pontones, micturias, medias, phaſelos, parones, myoparones, capulica, mare placidas, cidara, ratarias, alia quoque nauigiorum genera explicat Ioan. Rauiſius Textor in Offic. cap. de Nauig. diuerſ. generib..

## *Nauium partes.* CAP. VI.

SCalmus, circa quem alligantur remi: hypoſcalmos ſcalmi baſis, litera ſeu pleuræ nauis, dextrũ ſiniſtrúmque nauis. Iulius Pollux. Carina ſeu τρόπις, fundamentum & nauis alueus δρύοχοι, Venetis *el colomba*. Carina quò latior erit, eò ponderum erit tolerantior. Carina extenuata & reducta, velocior. Sed niſi indideris plurimum ſaburræ vacillabit: ampla, aptior vadoſis: gracilis, alto mari ſecurior. Coſta nauis, dicitur nobis *les courbes*. Sentina, vbi congregãtur aquæ Fori, ſeu ἐδώλια, tabulata, quibus circa nauem feruntur nautæ. Puppis pars poſterior nauis, quam Græci dicunt πρύμναν, vbi ſedet qui clauum tenet, qui regit & inhibet remiges: in ea parte ponebant λαμπῆρας, lumina, vocant nunc, phanon. Qui huic parti imperabat, Iulio Polluci gubernator. Prora oppoſita puppi, anterior nauis pars: prora & latera celſa, aduerſus impetentes fluctus peruicacia: ſed ventis validioribus peruincuntur. Qui ibi imperabat πρωρεύτης Iulio Polluci & Xenophonti πρωρεύς, & qui ſociis naualibus imperat κελευστής: qui lateri, τοιχάρχος, qui foro ἐσχαρεύς, Croſtolia, extremæ nauis partes: quæ facilè euellebantur, dum collibitum eſſet. Antennæ, κεραία, antennarum extremæ partes cornua, quibus vela ſuſpenſa. Malus Græcis ἱστός, cuius partes ex Macrobio in 5. Saturnal. Is inferiorem eius mali partem, pternam dicit, mediam τράχηλον, ſummam verò charcheſium, inde malit vtrumque

latus cornua. Eſt & in malo corbis. Sunt aliquibus na-
uibus & duo & tres mali, vel autem magnitudine mali
reſpondent. Artemon veium malis maius, vulgò quo-
que artimon. Minus velum, dolo, Græcis δόλων. Velum
à tergo exiſtens, quod ἐπίδρομος: pars vili quæ pendent
in naues alligatur, & relaxatur quando oportet, dicitur
pes, Græcis πόες. Tranſtra in naui ſedilia, vbi ſedebant
remiges, ἐπωτὶς, pars proræ, quæ vtrinque ſtat ad latus ro-
ſtri. Erat & in liburnica θρᾶνος, vnde θρανῖται. ζυγὸς vnde
ζυγῖται remiges: Talamus in altera parte nauis. Pertinent
ad naues deinceps calos, rudentes, ſeu funes, quibus ve-
la ſuſpenduntur ora, prymnenſia, paraſemon, ſignum vel
inſignia alicuius Dei, vel turres, roſtrum, ſimplex vel tri-
dens in prora: clauus, gubernacula, anchoræ.

### *De Inſtrumentis nauticis.* CAP. VII.

INſtrumenta nautica enumerat Iulius Pollux lib. 10. ca-
pite 30. & ſunt veluti remi, conti, remiges, anchora, vi-
natores, rudentes, roſtra, pali, tonſillæ, turres, pontes,
aliaque armamenta.

### *De Præceptis optimè nauigandi generaliter.* CAP. VIII.

PRimùm, nauclerus cognoſcat marium locorumque,
quæ nauigare decreuit, diuerſitatem, eorumque iti-
nera, & ſitus ex quadrato nautico. Secundò, noue-
rit tempeſtatum præcognitionem. Tertiò, ventorum diſ-
crimina. Quartò, nouerit Solis & Lunæ varios curſus, &
aſpectus, & quarundam ſtellarum ortus & occaſus.

### *De marium natura & itineribus.* CAP. IX.

DE marium diſtinctione, & reciprocatione & æſtu di-
ximus in libro de Element. cap. 38. Quamobrem nec
plura addam, præterquam conſulendum eſſe nau-
tis libellum Petri Graciæ Ferrandi, qui compoſuit librum
vulgari ſermone Gallico impreſſum Pictauij per Ioan-
nem Marnefolim, *le grand roturier pilotage & anchrage de
mer*. In quo itinera, interſtitia, portus, pericula, cautes, a-
renas, æſtus & receſſus ſeparatim tractat maris, flumi-
num, portuum, Alemaniæ, Galliæ, Britaniæ, Angliæ, Hi-
ſpaniæ, & à quibus quiſque nauclerus cauere debeat,
& vbi diligentius ſibi proſpiciendum ſit. Opem ferent,
in



n alijs cognitio geographiæ, ex tabulis Ptolomæi, ex li-
bris Dionyſij de ſitu orbis, Strabonis, Pomponij Melæ,
Pij pontif. Max. Solini, & aliorum. iuuabit & potiſſimùm
globus Orontij Finei, Petierij, & charta dicta nautica, iti-
nerarium Antonini. Videndus & Pet. de Medino lib. 3. de
arte nauigandi, vbi & ventos explicat chartæ marinæ,
vſumq; eius, modum eligendi & annotandi loca à qui-
bus ſubducenda nauis nauclero, & in quæ ire decreuit,
itineris intercapedinem, & alia neceſſaria.

### *De pyxide nautica ſeu verſoria.* CAP. X.

PRæcipuum quod obſeruant nautæ, verſoria eſt, ad
quam nauigationem inſtituunt, ac longa maris ſpa-
tia, locorumq; ſitum ac diſtantiam dimetiuntur, quā-
tumq; viæ peractum, quantúmve peragendum, vt expli-
cat Leuinius Lemnius lib. 3. de occul. rer. mirac. cap. 4. hu-
ius verſoriæ, hæc ſit deſcriptio. primum eſt pixidula benè
æquata, & excauata. Subeſt huic pyxidulæ, rotula quæ-
dam verſatilis papyracea, plana circinnatæ rotunditatis,
tenui ac bipartito ferramēto ſuffulta, in cuius centro ſeu
medio, turricula ænea acuminata (nam ferrum rei effe-
ctum eo loco impediret) affixa eſt, quæ ſtilo aut cuſpidi
acutiſſimæ inſidet, eoq; hinc inde in æquilibrio voluitur.
atque vbi conquieſcit pars ea quæ lilij imagine inſcripta
eſt, & in qua ferramentum magnete confricatum deſinit,
ſtabiliter Septentrioni obuoluitur, polumq; arcticum
ſpectat, quocunque etiam contorto clauo nauis impel-
litur: producuntur autem in huius rotulæ circulo à cen-
tro ad circumferentiam æquali diſtantia duæ ac trigin-
ta lineæ, quæ & ventos & cœli cardines deſignant, ter-
ræq; ac maris ſpatia portubus diſtincta commonſtrant,
ſi ad gradus ad quos terminant recurras, prout in fi-
gura quadrati nautici cap. 25. libri noſtri de elementis vi-
debis: atque numeratis reuolutiſque clepſydris, aut vt
nunc vſus eſt defluente arena, clepſammis, quantum iti-
neris emenſum eſt, & quid emetiendum, quantoq; inter-
uallo à loco quo properant abſint, exactiſſimè dinume-
rant ac metiuntur. Quod regit, in hoc vtiliſſimo in-
ſtrumento quadratóue nautico, acus eſt ſeu lingula
tacta à magnete, qui eam dirigit ad polum arcticum,
tantæ ſubtilitatis & induſtriæ, vt ſumma cura ſit ibi adhi-
benda, ne fallamur ob errorem eius. Error autem circa
verſo-

verſoriam ſex modis accidere poteſt, & totidem cura-dari poteſt. Docet Petrus de Medino in 6.lib.art. nauigatoriæ cap.1. In ſumma proſpiciendum vt index cynoſuræ vel lingula, ſit ſatis adfricata magneti, ne virtus diffluſa ſit, cui vitio lapidis magnetis admotio remedium adfert, ideoq́; magnetem nauita deferre ſecum debet optimum. Secundò cauendum ne mucro vel haſtula lingulam deferens tortuoſa ſit, aciéſve obtuſa, ſed recta & optimè quadrato conſentiens. Item ne pyxis admittat aërem, aquamíſve ſcateat, ne exhaletur vis magnetis, addendum, ne allio cæpíſve proximetur, hæc enim magnetis vim corrumpbent, vt ait Ptolom.lib.1. operis quadripartiti, cap.4.

## *De nauium gubernaculo.*

## CAP. XI.

GVbernaculum paruũ, in extremo nauis ſeu in puppi, tantas habet vires, vt ab exiguo temone tanta nauigij agatur moles: cuius rationem adfert Ariſtoteles in quæſtio.mechani. q.5. atq; quæſt.6. & de remo vi, & cur palmulæ remotum nauem ita impellunt, & cur remiges qui in medio ſunt, eam mouent maximè.

## *De tempeſtatum præcognitione & ſedatione.*

## CAP. XII.

LAudat Typhin percelebrem Argo nauis naucleum Apollonius Rhodius lib.1. Argonautic. quod præno-ſceret tempeſtates maris & itinera, hoc modo:

Τήφυς δ᾽ Ἀγνιάδης, Σιφαιέα κάλλιπε δῆμον
Θεσπιέων, ἐσθλὸς μὲν ὀρινόμενον προδαῆναι
Κῦμ᾽ ἁλὸς εὐρείης, ἐσθλὸς δ᾽ ἀνέμοιο θυέλλας
Καὶ πλόον ἠελίῳ τε καὶ ἀστέρι τεκμήρασθαι.

Id eſt, Tiphys autem Agniades, Siphæum reliquit populum Theſpienſium, egregius quidem turbatum prouidere fluctum maris lati, adeoq́; venti procellas ſimul nauigationem à Sole & aſtris coniectare. Pluuiarum quædam præſagia, & tempeſtatum, ex nubibus dum agere-mus de aere in lib. de elementis tradidimus: item & terræmotus Aratum in Phænomenis, Virgiliũ in Georgicis, & Pliniũ. Præſagiunt itẽ maris ſæuitiã, echini. Plinius lib.9. c.30. pluuias, tẽpeſtates aere ſereno ſtellæ ſcintillãtes, & ſi illarum lumen ſubitò obnubiletur, & arcus duplices cœli potiſſimum à meridie apparentes: nam ſi ab occidente, præſagiunt tonitrua cum leui pluuia: ſi ab oriente, ſere-num tempus. Luna recta quarto die magnam tempeſtatem indicat mari: ſi coronam circa ſe habeat, ſerenitatem: in plenilunio pura, ſerenum: rutila, ventos: nigra, imbres: in quinta luna, cornua obtuſa pluuiam: erecta, ventos: Septentrionale cornu acuminatum, ex ea parte ventum præſagiunt, &c. vt apud Plin.lib.18.cap.35. Mare turbatum tranquillari putant oleo. Plin.lib.2. cap.103. Narrat idem lib.37.cap.10. Chelonitidem gemmam, quę fit aureis guttis, cum ſcarabeo deiectam in aquam feruentẽm, tempeſtates auertere, & alia quæ gloſſopetra dicitur, ventos comprimi. Item tempeſtates abigi, muliere vel menſtruoſa, vel ſine menſtruis connudata, Plin.lib.28.cap.7. Si quãdo tempeſtas exiſtit, imperiti nauigationum iubent ad terram curſum dirigere: at gubernator quàm longiſſimè in altum refugit. Nam in alto nauem perijſſe cognitu rariſſimum eſt. verùm iuxta littora quæ ſub promontorijs ſunt, naufragia cernuntur. Dion Pruſæus Sophiſta lib. περὶ τ᾽ ἀπιστίας.



## *De ventorum obſeruatione.* CAP. XIII.

DE ventorum diuerſitate & natùris, diximus etiam lib. de elementis à capite 24. vſque ad cap.32. Contra ventorum impetum, vela deprimuntur: quia quantò antemna ſublimior fuerit ab hypomochlio qui ſedes mali eſt, celerius feruntur nauigia, ſecundum Ariſt. in quęſtion.mechanic.q.6. vt periculum immineat concitatis ventis, ne pręceps feratur nauis in ſcopulos, vel ſubuertatur à ventis: aliter enim ars nautæ nihil contra hanc vim cœleſtem, vt explicat Plutarch. de tranquill.anim.

## *De obſeruandis in Sole, Luna, ſtellis, & Cœlo.*

## CAP. XIV.

HAec nauta ſcire quoq;, ſi peritus in arte eſſe velit nauigatoria, vbi ſit linea æquinoctialis, Solis declinationes ab ęquinoctiali, meridiani altitudines & gradus, circulum zodiaci, horizontem, tropicos cancri & capricorni, polum arcticum ſeu ſeptentrionalem, polum antarcticum ſeu meridionalem, longitudinem & latitudinem cœli & terræ, parallelos, hemiſphæriũ, zenith, centrũ, quæ omnia explicata inuenies in lib. noſtro de cœlo & mundo, vt de Lunæ coniũctione cum Sole, oppoſitione, quadratis, triãgulis, & de cœlo, & aureo numero. Debet etiam præcipuè Septentriones vrſæ, id eſt, ſtellas ſeptem quę in polo arctico, cognoſcere. Circa enim polum antarcti-

antarcticum, illæ intra 24. horas mouentur, inter has illa quæ proximior polo eſt, ex qua cum alijs duabus quæ in capite vrſæ ſunt, colligunt nautæ & poli & horizontis altitudinem, & horam noctis: prout praxis perpulchra cum eſt apud Petrum Garciam in lib. qui, *le pilotage*, dicitur & apud Petr. de Medino lib.5. de arte nauigat. c.4.5.6. debet cognoſcere & alias ſtellas quæ pluuias ſuo ortu, & ſæuitiam hyemis indicāt, hyadas & arcturum & ſimiles apud Aratum in Phænomenis.

## *De legibus nauticis.* CAP. XV.

DE illis non addam cum in iuris tractatione latè de illis dicturi, ſi Deus voluerit, ſumus.

---

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER XXVII.

In quo agitur de agricultura.

## *De agriculturæ origine & honore.* CAP. I.

PRIMVM opus, cui homo addictus fuit poſt peccatum, terræ cultura fuit. Geneſ.3. vt qui noluiſſet cœlo potiri, terram in pœnam tribulos, & ſpinas producentem, excoleret, vt veſceretur pane ſuo in ſudore vultus ſui. vnde agricola ſemper vt ſibi conſulat, in ſuis laborat: aliena non appetit, lucrum magis quàm honores ſequitur, teſte Ariſtot.7.Polit.c.4. Isq́; tradit lib.1.Polit.c.5. hanc ſpeciem acquiſitionis videri à natura datam, nos à Deo impoſitã diximus & creatã, Eccleſ.c.7. Sic Plato in epinomide hanc in œconomia retinet, laudatq́; maximè Xenophon in Oeconom. Cicero quoq; 1.Offic. atq; in Cato. nihil vberius homineq́; libero dignius, agricultura dixit, iuſtiſſima acquiſitio Ariſt.1. œcono. cap.1. vt à matre omnium magna & volente petitis alimentis & quæſitis, non ab inuitis vt per bellum: nec à nolente, vt per cauponariam & mercatoriam. Neque enim alia intentio agricolæ videtur quàm alimentorum quæ ſatis ſint à terra accipiendi, vt notat



notat Plato in Eutyphrone & Eutydemo. vt non mirum, ſi plures præſtantiorum ad agriculturam, veluti ad portum tranquillitatis, ſemotum ab omni ambitione & cupiditate, ſeſe receperint, vt Geneſ.4. Eſau, Geneſ.25. Adam, Zacharias, & alij, Zachar. cap.13. Plinius lib.18.cap. 3. vbertatis priſcæ cauſam reddens ait, tunc manibus ipſorum imperatorum colebantur agri, vt fas eſt credere, gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore: ſiue illi eadem cura ſemina tractabant, qua bella: eademque diligentia arua diſponebant, qua caſtra: ſiue honeſtis manibus omnia lætius proueniunt, quoniam & curioſius fiunt. Sic 1.Regum lib. cap.11. Saul rex ſequebatur boues veniens de agro. Dixit agricolam Deum patrem Deus filius, Ioan.cap.15. Erat & Ozias rex victorijs celebertimus, agriculturæ deditus, 2.Paralip.cap.26. Antiquis in ſumma, agrum malè colere, cenſorium probrum erat: atque, vt refert Cato, quem virum, bonum colonum dixiſſent, ampliſſimè eum laudaſſe exiſtimabant: hinc & locupletes decebant, loci, hoc eſt, agri plenos, teſte Plinio in prædicto lib.18. cap.3.

## *Quòd agricultura ſit ars, quid & eius principia.* CAP. II.

PLato in Epinomide, artem non putat humanam agriculturam, ſed eam ſine arte, ab initio beneficio Dei fuiſſe aggreſſos homines: Xenophon autem in Oeconomic. artem artium vocat, omniumq́; nutricem. Dixit & artem Philo quoq; Iudæus lib. quod deterius potio. inſidie. & M.Varro lib.1. de re ruſtic. cap.3. Non modò, inquit, agricultura eſt ars, ſed etiam neceſſaria ac magna: eaq; eſt ſcientia, quæ docet quæ ſint in quoquo agro ſerenda, facienda, quæq́; terra perpetuò maximos reddat fructus. Eius principia ſunt eadem quæ mundi, ſecundùm Ennium, aqua, terra, aer, Sol, vt idem Varro lib.1. cap.4.

## *Præcepta iſtius artis.* CAP. III.

PRæcepta agriculturæ hæc erunt: benè colere, agri, aeris, aquæ, terræ, & induſtriæ habere rationem. Pallad.1. de re ruſt. adiungat prudentiam rei facultatem impendendi, voluntatem agendi. Columella 1. de re ruſt. cap.1. vt cognoſcat agri vel loci qualitatem, quò idonea illi committat, ne impenſam & operam aliter ludet: num ad villam, ſtabula, ſationem, vineas idoneus: num calidus, frigidus, tepidus. Segetes meliores campeſtres vineæ collinæ, ſyluæ montanæ. Quædam pinguem glebã, quædam

quædam macrã, quædam vliginoſam, alia alterius generis ſolum deſiderant. Modus in ædificando, ne fundus villam quærat, neque villa fundum. Plin. lib. 18. cap. 6. non eſt vertendum, ſed arandum: vnumquodq; opus ruſtici ſuo tempore faciendum, ſingula ſuo tempore præparentur, ferantur, colligantur: huicq; parti maximo erit munimento Palladij opus, quo diſtingũtur, quæ ſingulis menſibus facienda ſunt, item Vergilij Georgic. lib. 1. vbi,

*Quid faciat lætas ſegetes, quæ ſydera ſeruet*
*Agricola, vt facilem terram proſcindat aratris,*
*Semina quo iacienda modo, cultusq́; locorum*
*Edocuit.*

Et in 2. de vitibus, & oleis, & alijs arboribus. In 3. de animalibus rei ruſticæ idoneis. & in 4. de apibus. De pecuaria etiam relatè Varro, lib. 2. de re ruſtica.

### *De agri cognitione.* CAP. IV.

TErra agri, in triplici differentia: macra, pinguis, communis, Varro 1. cap. 9. apud Pallad. lib. 1. cap. 5. fœcunda vel infœcunda. Fœcundæ notæ, gleba putris, ferè nigra, rara, glutinoſa: infœcundę ſigna, alba, nuda, gleba: macer, ſabuloſa, ſine admixtione terreni, creta ſola, arenę ſcalentes, ieiuna glarea auroſi pulueris, macies lapidoſa, guſtu ſalſa & amara, vliginoſa, tophus arenoſus, vallis nimium opaca & ſolida. Frumentoſæ terræ notæ, quando naſcitur ibi ebulum, prunus ſylueſtris, rubus, bulbus minutus, trifolium, herba pratẽſis, quercus, ſylueſtris pyrus, malusq́;. Plin. lib. 18. cap. 6.

### *De tribus generibus inſtrumentorum agriculturæ neceſſarijs.* CAP. V.

INſtrumenta rei ruſticæ, vocalia, ſemiuocalia, muta: vocalia, operarij, qui laborem ferre poſſint: Semiuocalia boues aratorij, non trimis minores viribus magnis: latæ frontis, amplis cornibus, & ſi fieri poſſit nigris, naribus ſimis, lato pectore, latis coxendicibus: ſunt & aſini & equi ad arandum, vbi leuior terra, vel ad fumum & onus gerendum: oues ſtercorandi cauſa. Canes noctu vigiles, die clauſi & dormire aſſueti. Muta inſtrumenta, corbulæ, corbes, dolia, fiſcinæ, tribula: funes, tegetes: aratrum, quod conſtat ſtiua, ligno in qua concauitas anſa, ἐλύμα cui ſtiua infigitur, furca cui iugum aptatur, vomere, id eſt, ferro quod ſcindit terram, cuius ſummitas nymphe: furca, incurua pars, cui ſubtenditur clauis & dentale, hiſtoboo, id eſt, ligno quod ad boues peruenit, cuius apex



apex circa iugum κορώνη lorolato iugum continente, quo tantur cum in iugi foramen palum aut paxillum immittant. Dehinc, ſunt crates ſtercorariæ, clitellæ, ſarcula, bidens, tridens, ſecuris, palæ, raſtrum, raſtella, bipalia, paſtina, ligones, falſes, torcular, culei, ventilabrum ſeu vannũ, occa, malleus, mortarium, piſtillum, ſtorea, cophiniq; corbes, & ſimilia quæ villicum oportet habere certo ſuo loco quæq; ruri diſpoſita. Sunt & plauſtra, conſtantia axibus, roſtis, ſcalis, quibus tabulata, dehinc vtrinq; prominentibus alis, ſiue palis fixis.

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER XXVIII.

In quo agitur de Medicina.

### *Medicina quid, & morbus.* CAP. I.

MEDICINA à medio dicta eſt: medium autem eſt, inter exceſſum & defectũ. vnde apud Hippocratem dicitur deficientis adiectio, & ablatio ſuperantis. atque in ſumma ea eſt, ad temperamentũ deducens extrema excedentia, vel medium illud conſeruãs. Sic duo ſcopi medicinæ, curare & ſanitatem tueri Galeno de ſectis, & Ariſtot. lib. de iuuẽtu. & ſenectut. nec opus valẽtibus medico, Matth. 9. Marc. 2. Luc. 5. hoc dum agit, ad morbum reſpicit, vel vt illum iugulet & arceat omnino, vel vt leniat aut iter ei intercipiat. Morbus, eſt contra propriam cuiuſque naturam medij & temperamenti ſalubris, accidens, quod functionem naturalem prohibet. Ferè morbus à morte, quòd is ſit monitor futuræ aliquando mortis & interitus, cùm videmus corpus hoc obnoxium tot corruptionibus & alterationibus. Max. Tyrio etiam, ſermo. 23. Morbus nihil aliud eſt, quàm diſſolutio quædam ac perturbatio fœderis, exiſtens in corpore: ſicut & ſanitas eſt conſentientis bene corporis conſummatio quædam.

## *De diſtinctione medicinæ, & medicorum.*

### CAP. II.

QVia medicatio & hominum & animalium eſt aliorum, ſic in medicina & medici diſtinguntur, vt alij qui propriè ratione nobilioris ſubiecti medici dicantur, nempe qui ſubiectum habent hominem: alij autem qui curant animalia alia, veterinarij, & veterinaria medicina, quæ propriè de iumentis & mulis & alijs maioribus animalibus ad vehenda onera idoneis: quam & ad pecora extendit Colum. lib.7. cap.3. & nos etiam ad alia animantia, vt ad canes, aues, &c. Cæterum in corpore humano, cùm anima inſit, morbi ſeu vitia in anima ſicut in corpore, eſſe dicuntur, interdum in ſola anima, interdum in corpore ſolo, interdum in vtroque ex compaſſione. Proinde medici quidam animæ, quidam corporis, quidam vtriuſque partis erant: diuerſiq; iſtis modi curandi, ſicut obiectum diuerſum. Spiritales ſpiritualibus pharmacis, vt plerunque & verbis, medentur animæ vitijs & paſſionibus: corporum medici, corporalibus: vtriuſque partis vtriſq;.

## *De medicina purè ſpirituali, & eius ſpeciebus.*

### CAP. III.

MEdicina ſpiritualis, eſt quæ animi morbos emendat, cùm illa obſeſſa vitijs, non poteſt fungi naturali ſua proprietate, nempè rationali, vel eſt quæ conſeruat animam ne vitijs aut delictis, quæ morbi ſunt, inficiatur. Huius medici ſunt plures: in primis Deus optimus maximus, Pater, Filius, & Spiritus ſanct. Diuinã medicinã exhibuit Deus dominus noſter IESVS CHRISTVS. Sunt & legislatores ſeu nomothetæ: atq; præceptores ſeu philoſophi, & admonitores, & conſolatores medici. De medico illo ſummo, non eſt quod multis agam: nam nomen ipſum, IESVS, nihil aliud eſt, quàm ſalus: quia ipſe ſaluum fecit populum ſuum à peccatis, Matth.1. Eſai.12.17.43.62. Daniel.6. Mich.cap.7. Zachar.9. Luc.2. Ioan.3. 1. Timot.4. & 1. Ioan.4. &c. Et Domini eſt ſalus Pſal.3. Eſai.49. Hier.3. Atque finis fidei noſtræ, hæc ſalus animarum noſtrarum. 1. Petri 1. virtus nobis ſalutis, egreſſa ab illo torrente Dei, & ab aquis ſacramentalibus & arboris fructu, qui in ſalutem omnium nationum, per agnum & Dominum crucifixum omnibus datus eſt, iuxta prophetiam Ezech. cap.47. explicatam, cap.22. Apocal. vnde D. Auguſt. contra 5. hæreſes. Fuſus eſt ſanguis medici, & factus eſt medicamentum frenetici. Sic Clemens Alexand. lib.1. pædagogiæ, cap.2 Eſt pædagogus, inquit, noſter verbum, ſcilicet filius Dei, qui præter naturales animæ affectiones, curat per admonitiones. Morborum enim corporis auxilium propriè vocatur medicina: quæ docetur, humana ſapientia: verbũ autem paternum, ſolus eſt humanarum ægritudinum, Pęonius medicus, & ſanctus ægrotæ animæ incantator. Omitto referre reliqua quibus à ſanctis patribus Deus dominus noſter IESVS CHRISTVS, medicus dicitur. Satis enim conſtat, ipſum languores noſtros tuliſſe, Eſaiæ 33. & peccata multorum, Eſai. cap.25. Sicut per vnius hominis primi peccatum, mors, & morbi, & vt ait Horat. 1. car. od.3.

*Poſt ignem ætherea domo*<br>
*Subductum, macies, & noue febrium*<br>
*Turris incubuit cohors:*<br>
*Semotiq; prius tarda neceſſitas.*<br>
*Lethi, corripuit gradum.*

Ita per vnũ hominem & verum Deũ, vita, & à morbis animæ & corporis curatio & ſalus, vt docet D. Paulus ad Rom.5. & 8. Et virtus peccati, gratia Dei, 2. Coloſſ.15. Atque per eius meritum, per ſacroſancta myſteria & ſacramenta, veluti per medicinas, morbi ex peccatis contracti, ipſa ſcilicet peccata, remittuntur nobis reuelatis peccatorum vlceribus, & confeſſis, Matth.3. & 26. Lucæ 7. & 24. Ioan.1. ad Hebr.1. & 10. Iacob.5. & 1. Ioan. epiſtol.2. Apocal.1. &c. Huius ſacroſanctæ medicinę myſteria diſpenſant presbyteri & aliæ eccleſiaſticæ perſonæ, prout cuique ordini tributum eſt: qui vt periti medici, pro modo vulneris, morbi & peccati detecti medicinam applicant. Itaq; aliquãdo vt in corporali medicina mordicat & incidit remedium, timore & contritione: aliquando reſoluit, per lacrymas & admiſſi pœnitentiam: interdum macerat, ieiunijs, vigilijs, & ſimilibus: aliquando iubet euomere & uacuare per confeſſionem, reſtitutionem, ſatiſfactionem, &c. aliquando impinguat, clementia, dulcedine, benignitate, conſolatione: aliquando abſtergit & corrodit, correctione, & afflictione. Atq; quod valdè timendum eſt, aliquando inefficax eſt & impotens medicina, non ratione ſuijpſius, ſiquidem meritum paſſionis Chriſti per ſe efficax eſt, non ad redemptionem quidem tantum iſtius mundi vniuerſi, ſed & ad aliorum infinitorum ſalutem, ſi plures eſſent: verum inefficacia ex parte ægro-

ti & peccantis eſt. Cuiuſmodi morbi ſunt, animæ deſperatio, præſumptio, obſtinatio, & ſimilia, vt rectè de his Hieremias dixerit, cap.46. Fruſtrà multiplicabis medicamina, ſanitas non erit tibi. Et D. Ioan.1. epiſt.c.5. eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. Verum vt ait Ouid.1. Metamorph. Tunc

*Cuncta prius tentanda ſed immedicabile vulnus*
*Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur.*

Quamobrem & incorrigibiles excõmunicationis poſtremo mucrone feriuntur, ne alios inficiant tabe. Neque tamen quia omnes ægri non conualeſcunt, idcirco nulla medicina eſt, Cic.2. de natur. Deo.

## *De Medicis alijs pathematum & morum.*

## CAP. IV.

OMnes perturbationes animi graues ſunt, concitantes eum, dimouenteſq; ab ingenio ſanitateq; priſtina, vt ait Philo Iudæus, lib. de Decalog. Et Phallaris grauiſſimas ægritudines animi dixit, vt non niſi morte curari poſſent. Sic enim ſcribit Archiboo epiſt.1. σώματος ἀῤῥωστίαν θεραπεύει τέχνη. ψυχῆς δὲ νόσον ἰατρὸς ἰᾶται θάνατος. id eſt, corporis ægritudinem curat ars: aut animæ morbũ medicum mors curat. Cęterum non omnes eadem ſenſerunt, ſed mederi morbis animæ philoſophia probarunt. Atq; ideo medicinæ ſoror dicitur philoſophia à Q. Sept. Tertull. lib. de anima, in princ. à præceptoribus itaque & ipſa philoſophia, animi puerorum & hominum curantur à vitijs, quæ impediunt rationis & veri hominis functiones, veluti, vt Horatianis verſibus loquar, lib.1. Epiſtol.

*Feruet auaritia, miſeraq; cupidine pectus.*
*Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem*
*Poſſis, & magnam morbi deponere partem.*
*Laudis amore tumes? ſunt certa piacula, quæ te,*
*Ter purè lecto poterunt recreare libello.*
*Inuidus, iracundus, iners, vinoſus, amator:*
*Nemo adeo ferus eſt, vt non miteſcere poſſit,*
*Si modò culturæ patientem præbeat aurem.*

Plato in Phædro medendi artis atq; dicendi, eandem ferè eſſe rationem tradit, & animæ per rationes, legitimaſq; inſtitutiones, perſuaſionẽ affatim virtutemq; adhiberi, Cic.3. Tuſculan. Philoſophiæ remedium aduerſus vitia, medicinæ facit ſimile, dicitq; vitia ægritudinem. Sic Philip.2. vt quidam, inquit, morbo aliquo & ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt, ſic libidinoſi, faſcino-

roſi.



roſi, auari, veræ laudis guſtum non ſentiunt. Max. Tyrius ſermo.12. epulas dixit ſermonum ſaniorum, earumq; ſalubritatem, à quibus Socrates, Plato, Xenophon, Aeſchines ſanitatem acceperunt: timere animum hominis, inuidere, dolere, & alijs multis affectionibus vrgeri, vt neceſſe ſit recurrere ad animi medicum quem Deum præcipuũ ponit. & ſerm.28. in hac vita, animum multis morbis ex ingurgitatione terrenorum affici docet. Et Aeſchylus in Promet. vincto ſcribit, quod λόγοι dicuntur ἰατροὶ ὀργῆς νοσούσης: Morbi iracundię, ſermones medici. Menander quoque λύπης ἰατρός ἐστιν ἀνθρώποις, λόγος, id eſt, ægræ medela mentis, eſt oratio. Et Clem. Alex. lib.1. Pædag. c.2. Medicina, vt ait Democritus, medetur morbis corporis: ſapiẽtia autem liberat animam à perturbationibus.

## *De Legiſlatoribus.* CAP. V.

CIc. Philip.8. & in Vatinium, à medicina arguit ad adminiſtrationem Reip. vt ſicut illa, membra putrida alijs nocentia tollit, ne alijs noceãt ſanis: ſic & mali tollendi ſint, ſi rempub. ſaluam eſſe velimus. Et reſpub. certè omnis, & ciuitas, inſtar corporis humani eſt, ſicut docuit populũ Agrippa Menenius apud Dionyſ. Halicar. lib.6. Magnus quoq; Tyrius, ſermone philoſophico 37. docet animi morbos, difficulter à lege ſanari, quod per eos ad legis contemptũ perueniatur: quamobrem legib. Deũ ſuppetias ferre, & ideò illũ animũ, odioſè repellere.

## *De medicina corporis humani, num ars: & de tribus gradibus eius, & medicorum.*

## CAP. VI.

MEdicina cuiuſcunq; ordinis ſit, ſiue præſeruatrix, ſiue cõnſeruatrix, ſiue reſtauratrix ſanitatis, duplici modo inuenta experientia & ratione. Galen. in 1. aphoriſ. Experientia tamẽ præcipuum principium, vt idẽ ait in introductorio cap.2. additæ ſunt poſteà propoſitiones ex philoſophia, & aliud ex alio ratiocinatione erutum, factaq; ars præceptis ex obſeruationibus compoſitis, cum legitima rationis inquiſitione. Sicq; ars dicta ab Hippocrate, in prin. dier. decreto. de natura homin. & alibi à Galen. lib. de arte medici. ab Auerroe in 1. eius lib. cõtento. & lib.1. collectan. &.2. collect. cap.3. Diſputat & Cardan. lib.1. contradict.5. medicor. tract.5. contradict.5. & Aurel. Cornel. Celſus in prologo medicinæ. Et quia non ſtatim, ars cuiuſcunque generis ſit, perfecta fuit, neq;

omnes quamuis eiuſdem artis, perfectè eadem teneant, idcirco & artificij eiuſdem contingit ſemper diuerſos eſſe gradus artificum, & inter illos quandam eſſe differentiam. Quamobrem & in medicina tres gradus conſtituimus cognitionis: in primo & inferiore ponemus ſcilicet quos vocant empeiricos, qui ab experientia ad ſimilia curanda ducuntur, citra morbi & cauſæ eius notitiã, nec medicaminis quod iuuat ratiocinationem habentes, & ſimilibus ſimilia conferentes, ex particularibus experimentis, regulam conſtituunt curationis generalem. Meminit de his Celſus in prologo. Galen. lib. 7. & 13. meden. Ex quibus nati videtur dogmatici ſeu methodici dicti, quos in ſecundo gradu ponimus, ex effectibus regulas conſtituentes generales, non ab experimentis ſingularibus, vt empeirici, ſed ex communi indicatione principij. In tertio gradu autem ponimus perfectos medicos, nempe rationales ſeu logicos, qui quidem nec experimenta, nec methodum contemnunt, imò valdè amplectuntur, ſed ea ad rationem & cauſas vnde procedant tradunt: & ex cauſis & ratiocinatione & experientia aliorum, ad aliorum morborum cognitionem & curam perueniunt: Et de illis pauca dicamus.

## *Quæ debeat præſcire optimus medicus.*

## CAP. VII.

QVia vbi deſinit phyſicus, ibi medicus incipit: coniunctio phyſices & medicinæ erit neceſſaria. Proinde medicus antequam ad ſubiectam ſibi materiã, corpus & temperamentum ſcilicet hominis, veniat, cogitur præſcire cum phyſico elementa eſſe quatuor, ex quibus omnia perfecta corpora, quale hominis, componuntur: ignem calidum & ſiccum, aerem humidum & calidum, duo leuia: aquam humidam & frigidam, terram frigidam & ſiccam, alia duo grauia. Dehinc ex illis fieri quatuor qualitates tangibiles, calidum quod eiuſdem naturæ congregat, & diuerſæ ſegregat: frigidum, quod diſſimilia congregat: humidum & ſiccum. Tertiò, hinc progreditur ad mixtionem eorum, vnde temperamentum qualitatum fit in aliqua ſpecie, vel in toto eius corpore, vel in aliqua parte, & hinc facilè ad temperatum deſcendet ſi compoſitio lædatur, ſi ſoluatur, ſi corpus vel pars vel membrum calidius, ſiccius, humidius, frigidius ſolito, vel præter naturam compoſiti: tunc enim quandam in elementis cognoſcit ſeditionem: quæ ſi non componatur





aut refrenetur, conijcit adfore corporis detrimentum, vel magnum vel minus, prout à pace & concordia & ab impoſita temperati lege receſſerint, & ex prædominanti & diſſidente qualitate, iam præuidet vtcunque cauſam diſſidij. adijcit poſteà conſiderationem quatuor humorum, qui in corpore humano ſunt, quiq; niſi ex prædictorum elementorum qualitatibus dignoſci poſſent: nam bilis flaua, igni, calida & humida, ſanguis aeri reſpondet: pituita aquæ: atra bilis terræ. Quos poſteà conſiderat vt naturales & non naturales, per ſe & per accidens, & alios ſimiles excrementorum loco foras extra corpus mittendos: quales pituita narium, aquoſa, mucoſa, vitrea, gypſea, vrinã, ſudores, deiectiones, excrementa cutis. Deinceps conſiderat per partes corpus, & per membra facultates, actiones, ſpiritus. Atque ita ſuo ſubiecto corporis cognito, transfert cogitationem ad ea quæ hoc corpus conſeruare ſanum, quæ ve lædere poſſunt extrinſecus, & aliundè, quàm ex harmonia & diſſidentia intrinſeca: conſiderat itaque aerem ambiẽtem cibum, potum, quietem, ſomnum, vigiliam, repletionem, inanitionem, animi affectus: quæ nos in quinque contraximus morborum cauſas: nam eadem conſiderantur & pro ſanitate confirmanda, & pro morborum cauſis dignoſcendis. Quartò poſtquam hæc nouit generaliter peruenit ad rem propius, nempe ad indiuiduum conſiderandum, in quo obſeruat morbum cuiuſmodi ſit, cauſas & ſymptomata. Et ita 5. ratiocinatur apud ſe, ex præteritorum cognitione, præſentium inſpectione, futurorumq́ue præſagio quid ſibi de hoc morbo vel corpore præſenti conſeruando, videatur: hic criſes, & dies decretorios obſeruat, ſi curabilem ægritudinem videat: poſtremo loco, à ratiocinatione ad factum venit & incipit opem adferre: vel ex victus præſcriptione ſeu dicta, vel pharmacis, vel manu ipſa: in dieta, habet miniſtros coquos: in pharmacis, ſeplaſiarios, herbarios pharmacopolas: in manu, chirurgos: ſi mortem inferat, veſpillones. Mallem ego expertis credere, quàm bene ratiocinantibus. Neque ſatis laudare poſſum inſtitutum Babyloniorum, qui nullos habebant profeſſione medicos, ſed ſuos ægrotos in forum efferebãt, vt viri qui eos adirent conſilium darent, hortarenturq́ue ad ea, quæ ipſi faciendo effugiſſent ſimilem morbum, aut alium nouiſſent effugiſſe: nec fas erat, quenquam ægrotum ſilentio præterire: vt ait Herod. in 1. Strab. in 16. Atq; eundem morem ſeruatum in Hiſpania apud Baſteianos, & apud

Aegyptios, idem Strab. tradit, lib. 3. quamuis poſteà Aegyptijs ſingulorum morborum facti fuerint ſinguli medici, teſte Herod. in 2. Refert autem Suidas, dum de Ezechia agit, olim fuiſſe in veſtibulo tēpli Salomonis librum remediorum cuiuſuis morbi, inciſſum, quem reuulſit Ezechias rex Hieroſolymorū, quòd populus neglecto Deo, nec inuocato, ſanationem malorum inde peteret.

## *Partes corporis humani, & morbi earum, & primùm de capite.* CAP. VIII.

PRima & nobilior pars corporis humani caput eſt in eo exteriores & interiores partes: exteriores,

Frons quæ ſola hominis eſt, vt facies, de quibus Ariſtot. 1. de hiſtor. animal. capp. 8. 9. 10. 11.

Cranium cutis, cuius morbi furfures fiſſurę acrocores. De capite luxato Celſus, lib. 8. c. 12. Sunt & morbi in capite, turbercula, ganglia, melicerides, atheromata, ſteatoma, de quorum cura Celſus, lib. 7. cap. 6. & de caluariæ & maxillarum curatione, lib. 8. c. 4. & 7. porrigo ſeu ſquamulæ capitis, de quibus Celſus, lib. 6. c. 2.

Synciput,
Tempora,
Vertex,
Occiput,

Ceruix & eius tendones, collum enim & ceruicem, capitis partes dicit Ariſtot. 4. de partib. animal. c. 10.

Pili, quorum morbi alopecia, ex vitio cutis, caſus capillorum, caluicium, de quorum cura Celſus, lib. 6. c. 1. 2. 3. 4.

Interiores capitis partes,

Cerebrum, habens & nates, vermem, infundibulum, Sine vena & ſanguine, frigidum & humidum. Ariſtot. de hiſtoria animal. cap. 16. & Galen. lib. 8. de vſu part. c. 10. & 11. & ſequ.

Meninx pia mater χοροειδὴς, velum vniuerſi cerebri.

Meninx craſſa, velans piam,

Pericranion, membrana caluariam contegens,

Rete mirabile.

Morbi ex cerebro, ſoda, frigida & calida, dolor capitis, vſque ad tempora, vide Galen. 3. de locis affect. c. 9. & lib. 2. de compoſitione pharm. ſecundum locos, vocatq; cephalalgiam & cephaleam: accidit & hemicrania, ſcotomia, ſeu vertigo, vigilia nimia, quæ tendit ad phreneſim: phreneſis, quæ mentis læſio, vide Galen. 5. interiorum c. 4. lethargia, epilepſia, apoplexia, paralyſis, ſpaſmus: ſtu-





por, de quibus Galen. 5. de accidentib. cap. 2. & de tortura Auicen. 2. par. tertij c. de tortura. Melancholia ſanguinea. Mania, diminutio memoriæ: in qua pulchræ ſunt quæſtiones, num cerebrum apoſtema recipiat, apud Raſim. 1. commentar. apud Serapionem in Breuiario c. 1. Cōciliatorem different. 161. Galen. in Therapeutica c. de apoſtemate capitis, de phlegmone & heriſipela. Sunt & capitis defluxiones, catarrhus, vnde decidente in ſtomachum fluxione, nauſea, tuſſis: ſi in pulmonem, raucedo cum tuſſi: ſi in guttur coriza: ſi in colatorium, brancus, de quibus Auicen. in 5. parte tertij, in principio c. de catarrho. De morbis his & cura Galen. proprijs lib. Hippocrat. lib. de paſſionib. interioribus, Iaſon Pratenſis, Zirizeus medicus, volumine proprio de cerebri morbis, Anton. Guaynerius Papiēſis, in ſua practica, Meſue partit. 1. ſection. primæ, de cura mörbor. Valeſcus de Tharanta, lib. 1. pract. medicinæ, quæ Philonium dicitur, Almanſor in nono, & commentarij eiuſdem Marci Gattinariæ, Ioannis Matthæi de Gradibus, Ioan. Arculani. Qui & de ſequentibus morbis, ne repetere citationes oporteat, tractant. de quibuſdam & Celſus lib. 3. cap. penult. & fin. & de tribus inſaniæ generibus, lib. 3. cap. 18.

## *De Oculo.* CAP. IX.

IN facie, oculus: in oculo, album, iris: intra pupilla palpebris tegitur: palpebræ iuxta frontem habent ſupercilia. Fimbriant palpebras tharſi, hos cilia. Iuxta naſum, anguli duo oculorum, hirci, & alij iuxta tempora: ſunt oculis tunicæ: anteriores, coniunctiua, cornea, vuea, aranea, poſteriores, ſclirotica, ſecundina, retina, humores inter has tunicas, vitreus, cryſtallinus, albugineus. De quibus tunicis & humoribus, latè Matthæus de Gradibus, in nonum Almanſoris, cap. 15. Hippocr. lib. de locis in homine ponit tunicas tres: Galenus in medico 4. Sed in 10. de vſu partium, ſeptem & enumerat, cap. 2. in loide. Oculorum morbi, ophthalmia, lippitudo, dolores, vulnera, vlcera, ſcabies, vngula, lacrymæ, apoſtema fiſtuloſum in angulo oculi, pupillæ dilatio, noctis noctilopa, cùm poſt Solis occaſum non vident: debilitas viſus, caſus palpebrarum, hordeolum ſeu chrithe: in pupillis palpebrarum, pediculi: chalaſia, enchantis, tuberculum, ancyloblepharos, ægylopa, fiſtula, pili irritantes oculum, logophthalmos, ectropion, ſtaphyloma, claui oculorum: ſuffuſio, paralyſis, caligatio, puſtulæ, carbunculi, ſcabrities. De

morbis oculorum & medicamine vltra prædictos authores craſſicos, in Raſim ad Almanſorem, Celſus lib.6.c.6. & ſequent. Galen.toto lib.4. de compoſit.medic.ſecundum locos. Celſus lib.6.cap.7.& ſeq. Quintus Serenus in medicina. Extat & liber eximius Galeni, de oculis, tomo 6. vbi & de artificio eorum, morbis, & cura.

### *De Auribus, & earum morbis & cura.*
### CAP. X.

AVres à temporibus, habent extra alas, eſt poſterior ſter, ſemicirculus, conchula, cauum auris: foramen auditorium, in medio conchulæ: morbi harum, dolor, bother, apoſtema, ſonitus, tinnitus, tonitru, debilitas auditus, vlcera, vermes, ingreſſio alicuius in aurem, parotides. De aurium & narium morbis Galen. libro 3. de compoſ.ſecundum locos. Celſus lib.8.cap.6. & lib.6.c.7. & 16. Qu. Serenus.

### *De Naſo, & morbis eius.* CAP. XI.

NAſus habet nares, pinnulas ſeu alas, interſeptum quod eas diſcriminat. Morbi, fætor narium, fluxus ſanguinis, debilitas vel permutatio odoratus, apoſtemata, vulnera, polypus, ſternutamentum, de quibus proximè citati authores. Et Celſus lib.6.c.8.

### *De Ore.* CAP. XII.

OS habet labia extra: intra, linguam, palatum, gingiuas, dentes. Morbi, diſtorſio, ſciſſura labiorum, dolor, agitatio, tremor, commotio, corroſio, congelatio, perforatio, vermes, coloris corruptio, generatio dentium, apoſtemata, vulnera, & vlcera gingiuarum, tonſillæ, inflammationes, aphthæ, parodontides, tubercula, apoſtemata & vlcera linguæ, mollificatio, ſpaſmus eiuſdem, alcola, vel prauæ puſtulę oris, fætor, dolor eiuſdem, cancer, vua. De dentium morbis Galen.lib.8. de compoſ. ſecund.locos. Celſus lib.6.cap.9.10.11.12.13. De morbis oris Galen.lib.6. de compoſ.medic.ſecundum locos.

### *De Gutture & collo.* CAP. XIII.

EOrum partes ſunt, tonſillæ circa radices linguæ: epiglottis qua tegitur aſpera & reſeratur arteria: vua ſeu gurgulio: columella in extremitate palati ſuper fauces pendens: hyoideum os, forma Λ. ex radice linguæ fauces, ſeu φάρυγξ, ſeu fiſtula ſpiritualis, & arteria poſtrema. Trachea arteria ſeu canna pulmonis, cuius caput λάρυγξ, οἰσοφάγος, meatus quo cibus in ſtomachum deſcendit, Aphris meri: iugulum. Aegritudines horum, ſtrangulatio, apoſtema: vuæ ægritudines, apoſtema duarum amygdalarum, ſchinatia gutturis, raucedo vocis. De quibus Auicen.9. parte tertij. Galen.4. Interio.c.3. de iuguli curatione, Celſus lib.8.c.8. de vua, lib.7.cap.14. de ceruicis & faucium morbis, lib.4.c.3.& 4.



### *De Facie.* CAP. XIV.

FAcies, ſuperiores partes frõtis, naſi, oris, maxillarum, aurium, menti complectitur. Morbi illius varij, tumores in cute, & ſiſcoſi, & in mento vua, impetigo, furunculi, quæ & in alijs corporis in cute partib. oriri poſſunt. De his Galen.lib.5. de compoſ.ſecundum locos.

### *De Cutis morbis.* CAP. XV.

CArbunculus, carcinoma, thereoma, ſacer ignis, chironeum vlcus, ſcruma, furunculus, phyma, phygethlon, fiſtulæ, melicera, verrucæ, acrocordones, clauus, thymia, mirmecia, genera puſtularum, vt exanthemata, liuida, pallida, nigra, phlyctęna, epinctides: ſcabiei ſpecies, ſerpens, cum ſanie, cum pruritu, ſcabies agria: quatuor ſpecies impetiginis, ſcabioſa, bullulata, reuiuiſcens, ſquammulata, nigra: item papulæ: vitiliginis quoq; ſpecies, alphos ſeu alba, mela ſeu vmbroſa, & leuca albida. De quorum cura Celſus, lib.5. cap.fin. dehinc vari, lenticulæ, ephelides, de quorum cura Celſus, lib.6.cap.5.

### *Thoracis partes externæ.* CAP. XVI.

PArtes externæ thoracis ſunt humeri, clauiculæ, iuguli, coſtæ, latus, pectus, dimidium eius pectoris, os ſterno: ſubtus, abdomen, hypochondria, ſeu ſubcartilagia illa: ſub lateribus inania vmbilicus, ſumen, pubes. Intra thoracem, mediaſtinum, membrana pectus diſcriminans, regio coſtarum, latera, pulmo ſeu ventilabrum, tracheæ arteriæ coniuncta particula: cor ſeu καρδία in medio pectore: capſula cordis, ſeu περικάρδιον: ſeptum transuerſum, diaphragma ſeu membrana dura, ſpiritualia membra à nutritiuis diuidens. Pulmonis morbi, aſthma, tuſſis ſicca & humida: fluxus ſanguinis, pleireſis, ex phlegmate putrefacto contra extremitates coſtarum terminatarum in pectore: phthiſis. Cordis morbi, debilitas, pulſus, tremor, ſyncopis, de quibus Franciſc. Pedemontius in primum Meſuæ.

De Ven-

## *De Ventre.* CAP. XVII.

PArtes eius, ventriculus, vbi continẽtur & concoquuntur cibi, ſiue ſtomachus: hoſtiolum eius ad inteſtina, piloron: hepar, in dextro latere: fel, ſacculus bilis cauo hepatis annexus: ſplen, à ſiniſtris ventriculo adhærens, ſanguinis ſentiua: omentum, ſeu epiploon, & Saphris zirbus, pingue inuoluens inteſtina & ventriculum: meſenterion, glandulosa caro, inteſtina vinciens & dorſo connectens. Inteſtina ſub ventriculo ſeu ſtomacho, hoc ordine ſunt, primùm à ventriculo emphyſis, 2. ieiunum, 3. tenue, 4. cæcum, 5. colon, 6. rectum ad anum deſcendens vnico contextu, ſequitur peritonæum, pellicula ventrem vniuerſum inuoluens, Arabibus ſipahch: deinde renes in vtroque latere lumbis adhærentes: veſica ſacculus vrinam excernens, per medium vreticarum venarum à renibus in veſicam permeantium. P. Aponus commentator Meſuæ, membrorum nutritionis morbos ait, dolorem, ſtomachi indigeſtionem, quæ eſt mater communis omnium ægritudinum, vomitum exuberantia in quantitate vel qualitate cibi: ſingultum, vel ab ſtomacho extremo flegmate, vel ab hepate, ex morbo veſicæ & renum ſitim, appetitus deiectionem, appetitum caninum, ſeu inſatiabilem, opilationem hepatis, opilationem ſplenis: hydropiſim, ſeu aquam intercutem ex indigeſtione ſanguinis ab hepate: dolorem ventris. De quibus morbis & de cura eorũ, videndus Pedemontanus in Meſuẽ 3. part. ſect. 1. Raſis lib. 9. & eius commentarij. Celſus de ſtomachi affect. Galenus lib. 8. de Compoſit. medic. ſecund. loc. & de ſplene lib. 9. & ibi de colicis, iliacis, dyſentericis, lientericis, &c. Inteſtinorum morbi, iliaca, colica, vermes, aſcarides, lumbrici, de quibus Hieronymus Gabuncinus lib. de lumbricis aluum occupantibus, & Ariſtoteles de Vermibus his lib. 5. de Nat. animal. cap. 9.

## *De Pudendis.* CAP. XVIII.

COles, eius partes, glans, præputium, ſutura, taurus, teſtes, & quod eos cõtinet ſerotũ: ſinus in mulieris pudendis, piloſa pars: vulua, alæ quæ ſinum ambiunt, colliculum, ſeu νυμφὴ caruncula inter alas, anus, annulus ſeu fibula, qua fęces eijciuntur. Morbi pudendorum mulierum, exitus matricis, fluxus & retentio menſtruorum, regadiæ, ſeu ſciſſura matricis: apoſtemata, cancri, præfocatio matricis, mola. Exterius, herniarum ſpecies rupturæ inguinorum, ramex, priapiſmus, glandulæ, de quibus Celſus lib. 7. & 6. in fine. De morbis pudendorum, vrinæ, ſedis, natium, Galenus libro 10. de Compoſit. ſecund. loc.



## *Dorſi partes.* CAP. XIX.

SCapulæ, ſpina, lumbi, extat liber Galeni, & de rerum dignotione & medicatione tomo 6. operum.

## *Manuum partes.* CAP. XX.

BRachium, cubitus, brachiale, metacarpum, ſumma manus, vola, hypothenar, pecten, palma: digiti, pollex, index, medius, medicus, minimus. Sunt his chiragræ, articulares morbi, inflationes, tubera, & ſimilia cuti accidentia.

## *Partes coxarum, crurum & pedum.* CAP. XXI.

COxis, vtraque ſacri oſſis parte iſchios, coxarũ compago, σφαιρώματα, oſſium coxarum conuexitates, nates carnoſæ in coxis: poſteà femora, à coxis: crura à coxis, ad extremas partes genua, vbi femora committuntur cruribus, poplites genibus opponuntur. Tibia, in anteriori parte crea, in poſteriori ſura: talus, poſtrema tibiæ pars: pes ſub talo, cuius partes, calx, tarſos, pedion, ſeu planities, concauum ſubplanitiæ: planta qua ſolum contingimus, pecten poſt concauum aſſurgens iuxta digitos: digiti, in manibꝰ chiragræ, in coxis iſchiades: in pedibus, potiſſimùm in calcaneo & planta pedis, podagra: in articulis arthetica, ſerpigo & reliqui morbi, de quibus Vitalis de Furno lib. de Diuerſ. remed. c. 188. & 137. & alibi. Poteſt & in his, ſicut in alijs partibus oſſeis, luxatio eſſe & fractio, de quibus Celſus lib. fin. Galen. in Chirurgicis.

## *De alijs partibus.* CAP. XXII.

OMitto hîc recenſere alias quodammodo partes, neruos, muſculos, venas, arterias, ſpiritus, quæ omnia Medico cognita eſſe debent: de quibus alibi dum de animalibus.

## *De Morborum cauſis.* CAP. XXIII.

PRobus Medicus, qui ex arte curat, maximum fecerit, ſi poſſit conſequi morborũ cauſas & origines, vt eò reſtituat naturam, quam læſam videt, vnde receſſit, & remedia conuenientia adferat. Itaq; mihi videntur quinque cauſæ morborum in ſumma eſſe; 1. Dei voluntas; 2. ani-

2. animus. 3. aër. 4. alimenta. 5. motus. Nec ſum ignarus alio modo Medicos tradere ſex cauſas alterare corpus noſtrum extrinſecus, apud Galen. in Iſagoge, & de Salubribus, & comment. 2. in Hippocr. de Humana natura: eas tamen & ad has contraxi, & alias addidi. Demum & ſupernaturali cauſa, ob peccata & ſcelera hominum à Deo in vindictam immittũtur morbi, quorum ignoratur à Medicis ſæpius cura & cauſa medica. Qui delinquit in conſpectu eius qui fecit eum, incidet in manus Medici. Eccleſ. cap. 38. Et Dominus noſter IESVS Chriſtus in Euangelio D. Ioan. cap. 5. Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne peius tibi contingat. Miſit Dominus vlcera & veſicas turgentes in Aegyptios contumaces, Exod. cap. 9. & 1. Reg. 5. percuſſit Dominus Philiſthęos detinentes arcam fœderis, in ſecretiore parte natium. & Herodem phthiriaſi, cùm non daret gloriam Deo, Act. 12. Immiſit Deus peſtem ob peccatum Dauid, quod numeraſſet populum, 2. Reg. 24. Sic dextera Hieroboãm ſubitò exaruit, quòd Dei Prophetam iuſſiſſet apprehendi, 3. Reg. 13. Lepra Naaman adhæſit Giezi, ob eius peccatum & poſteris eius, 4. Reg. 5. Oziæ Regi ſtatim orta lepra in fronte, quòd ſibi vſurpaſſet officium Sacerdotis in adolendo incenſo, 2. Paralipp. cap. 26. & Maria ſoror Moſis apparuit è veſtigio leproſa, ob murmurationem in Moſen, Num. 21. vnde factus mutus & paralyticus Heliodorus expolians Templum ſanctum, 2. Machab. cap. 3. quàm à Deo? ab eodem & ſquamæ oculis D. Pauli, Act. cap. 9. & cœcitas Elimæ magi, Act. 13. hinc mutus Zacharias, cap. 1. Lucæ. Mittuntur & ægritudines in probationem piorum ad exemplum aliorum: ſicuti percuſſus Iob plaga magna, vt teſta raderet ſaniem, Iob cap. 2. Tobias cœcus factus, cap. 2. Tob. Datus ſtimulus carnis D. Paulo qui illum colaphizaret, 2. Corinth. cap. 12. Sed hoc confeſſi ſunt principes medicinæ: à Deo (vocabant ipſi deos) immitti morbos, nec ab alijs, quàm ab ijſdem petenda auxilia, vt Hippocr. lib. de Inſomnijs, lib. de Probitate honeſtatéve, Celſus in prologo ſuæ medicinæ, & Homerus de Peſte in 1. Iliad. Quamobrem & medicinam à Deo pendere & ſalutis poteſtatem, vt quando illi libuerit, poſſit conferre, nemo ambiget. Sicut ex prædictis ſacris exemplis, Maria ſoror Moſis, Hieroboam, Heliodorus, Paulus, Zacharias conuerſi ad Dominum ſanati ſunt, & Tobias, & Iob, & Ezechias, 4. Reg. 20. capite Eſaiæ 38. D. Iacobus hunc modum medicinæ orationem ad Deum dicit, vt oratio fidei ſanet infirmum, Epiſt. ca. 5.

Exhibuit-



Exhibuitque ſufficiens Deus Dominus documẽtum, cùm nobiſcum conuerſatus, tot ægros ſanauit, mortuos ſuſcitauit, & incurabiles morbos verbo ſolo curauit, vt paſſim in libris Euangelij legitur: ſicut & dedit poteſtatem curandi omnes infirmitates Apoſtolis, fidelibusq; Chriſtianis in nomine ſuo, Matth. 10. Marc. 3. & 16. Act. 5. & 28. Lucæ 10.

## *Immitti morbos permiſſiuè à Deo per Angelos malos, & de cura eorum, & cautione Chriſtiana, & incantationibus.*

## CAP. XXIV.

MOrbos quoque immitti poſſe à dęmonibus, nemo ambigit ex Dei permiſſione, vel iuſſu: ſunt enim ſatellites & carnifices vindictæ iuſtæ Dei, vt Pſal. 77. Miſit Deus, inquit, in eos irã indignationis ſuæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immiſſiones per angelos malos: & angeli mali Iob affligebant, colaphizabant D. Paulum, diuexabãt lunaticos, & furioſum, quos curauit Deus, Matth. 4. & 8. Luc. 4. & 11. Refert & D. Luc. cap. 13. liberatam ab infirmitatis ſpiritu per Deum, quã Satanas retinuiſſet ligatam illa infirmitate 18. annos. Omitto quomodo turbare poſſit ſpiritus nequã craſim corporis, ſuggerere imaginationi triſtitiam, vel paſſiones, ex quibus corpus immutatur: omitto excantationes, veneficia, maleficia, de quibus in magia, & ſimilia: exploratum enim puto, niſi Deo quis ſe commiſerit, ſemper inſidias quemlibet dæmonũ experiri, vtpotè hoſtium humanæ naturæ. Non tamen ad eorundem dæmonũ opem recurrendum, nec maleficijs maleficia ſoluenda: ſiquidem hoc eſſet maiorem poteſtatem dæmonibus in ſe tribuere, & viam ad maiora audenda illis ſternere: ſed ſuccidenda cauſa morbi, nempe peccatum, & recurrendum ad Deum optimum maximum, vt reconciliati illius miſericordiæ ipſe poteſtatem, quam Sathana dedit, reuocet, & eum longiùs religet: non ſecus ac Aſmodæum, quem poſt fuſam, & exauditam orationem Saræ vxoris Tobiæ iunioris, religauit in deſerto per Angelum Raphaëlem, Tobiæ cap. 3. & 8. Sicut & legionem dæmonum à dæmoniaco expulſam, in porcos relegauit, Matth. 8. Marci 5. Lucæ 8. prohibet Deus huiuſmodi magorum ſuperſtitiones, characteres, & conſultationes diuinorum, Leuitici capite 18. & 19. & 20. & Deuteron. capite 18. grauiterq; iratus

tus refertur apud Ochoſiam, quòd miſiſſet conſultum Beelzebub idolum Accaron, num de infirmitate ſua conualeſcere poſſet, & ideo mortuum. Sunt remedia eccleſiaſtica, quæ aduerſus dæmonum impoſturas, Dei auxilio pollent, & dæmones fugant, multaq; magis communiter opera diſſoluunt: Sunt exorciſtæ, de quibus in perſonis eccleſiaſticis Deo fauente in compendio iuris dicemus: prodeſt ſola inuocatio nominis IESV CHRISTI, quam dæmones, vt victoris recordationem timent, teſte Iuſtino, in 1. Triphon. & Apoll. 1. Orig. 1. contra Celſ. Tertull. in apolog. cap. 37. lib. de anima. lib. de ſpecta. lib. de idolo. vanit. & alibi, Lactan. lib. 2. cap. 6. lib. 4. cap. 27. & alibi. Athanaſ. lib. de incarnat. verb. & alibi. Eſt & ſignum crucis impoſitum amuletum contra dæmones, vt ait Cyprian. lib. de paſſio. Dom. D. Martial. epiſt. ad Burdig. cap. 8. D. Athan. lib. de diuerſ. quæſtion. q. 15. & 16. vbi ratio, & alia apud. D. Auguſt. in ſermo. 1. in vigil. pentecoſt. Extat integra homilia D. Chryſoſt. in 1. tomo. De vi ſigni crucis in exercitu & malorum, & morborum, Origen. lib. 6. in epiſt. ad Roman. Et rurſum Origen. lib. 3. in Iob ſcribit primam eccleſiam aduerſam venena, feras, beſtias, monſtra, & cætera pericula hac crucis armatura vſos, expreſsè D. Athanaſius lib. de humanitate verbi ca. 5. & contra magica & dæmones, & morbos ſigni crucis impreſſionem, mirificam vim habere, tradit: ita illo vſus Gregorius Neoceſarienſis, vt ſcriptum in eius vita: ita D. Antonius, teſte Athanaſio: Hilario teſte Hieron. Ioſephus confeſſor, teſte Epiphanio lib. 1. tom. 2. hæreſ. 30. Marcellus Appamienſis, teſte Theodori. lib. 5. cap. 2. vterque Macharius teſte Palladio. Omitto Donatum in Epiro epiſcopum, qui draconem ingentem, ſigno crucis ei oppoſito in aere, occidit, vt narrat Nicephor. lib. 12. capite 45. Sozomenes lib. 9. capite 46. Mater quoque Macrinæ ſororis Baſilij, tumores pectoris in ea, hoc ſigno diſpulit: vt teſtis Gregorius Niſſenus, in vita Macrinæ. Prætereo reliqua ſingularia exempla, redeo ad conſenſum omnium piorum patrum, fugare crucis ſignum dæmones, & morbos, & actiones illorum & veneficia: teſtisq; erit D. Cyrillus Hieroſol. archiepiſcopus catech. 4. & 13. & 15. atque D. Ambroſ. ſermo. 55. tomo 3. Crucem ſimilem dixit malo nauis, cui ſe alligari iuſſit Vlyſſes, ne ſyrenes in illum aliquid molirentur, quæ illiciebant nautas cum magno vitæ periculo ad ſe declinare. Crucis quoque myſterium, expreſſum in ſerpente Moſaico, &





æneo & in eius ligno, in quem aſpicientes, curabantur à morbis & ictibus venenatis, Numer. 21. & Ioan. cap. 3. Quamobrem Tertullianus grauiſſimus author, libro de Coron. milit. ijſdem verbis ſic ait, Ad omnẽ progreſſum ex conſuetudine Eccleſiæ atque promotum ad omnem aditum, exitum, veſtitum, & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad limina, ad cubilia, ad ſedilia, quæcunque nos conuerſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus. Sunt alia cum iſtis remedia Chriſtiana, vt aqua luſtralis, de cuius in dæmones vi, Epiphanius Hæreſ. 30. tom. 1. lib. 2. Nicephor. Caliſt. lib. 12. cap. 27. & lib. 9. Tripart. hiſtor. cap. 34. Sanctiſſima Euchariſtia cum digna præparatione recepta, quæ authorem totius ſalutis exhibet. Tunc enim cùm fortior armatus ſpolia cepit hoſtis, & ligauit inimicum, in pace ſunt omnia, Matth. cap. 12. Mar. 3. Obijciebãt & morbis exorciſtæ, verba quædam ſacra, vt ſymbolum fidei & ſimilia, quæ ſuperſtitione poſteà & obſeruationibus cœleſtibus, & characteriſticis, & inuocationibus inanibus polluta ſunt, & ita damnata, exceptis quæ ſancta retinet eccleſiaſtica diſciplina: refertq; huiuſmodi quaſdam adiurationes ſeriò, Nicolaus Myrepſius Alexand. Medicus, vt in ſectione de antidotis, antidot. 405. & alibi. Ammianus quoque Marcell. lib. 16. Hiſtoriæ Romanæ tradit, Medicinæ authoritatem permittere anilia incantamenta: & Pindarus in Pythijs, ode 3. ſtroph. 3. inter tres ſpecies medicinæ & curæ adhibitæ per Chironem morbis, incantationem annumerat, dum ait,

τὺς μὲν μαλακαῖς
ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων,
τὺς δὲ προσανέα πίνοντας,
ἢ γυίοις περάπτων πάντοθεν
φάρμακα, τὺς δὲ τομαῖς ἔστασεν ὀρθὺς, id eſt,

quoſdam mollibus incantationibus tractans, quoſdam verò linia bibentes, aut membris circumponens vndique pharmaca, quoſdam autem ſectionibus ſtare fecit rectos.

## *De Morbis à cauſa animi, & adhuc de excantatione.* CAP. XXV.

EXtat inter Galleni libros, etſi illius non ſit, de incantatione & alius proprius, an anima ſequat. temper. corpor. vbi aſſeritur corporis complexionem, animi ſequi virtutem, quæ ſi fuerit temperata & corporis fore perfectam: & ideo ex animi intentione, intentiones quo-

que iuuare: quia id ſperat animus qualiſcunque ſit excitatio. Proſtant quotidiana exempla, ex timore, triſtitia, lætitia, ſtupore mentis, corporis colorem immutari, Galenus & immutari humores corporis tradit in lib. Hippocratis de Humoribus. Plerique præ gaudio mortui ſunt, vt Sophocles & Dionyſius Tyran. Siciliæ. Plinius lib. 7. ca. 37. Diagoras Rhodius, Cic. 1. Tuſcul. Gell. libro 3. Marcus Iuuennius Thalna Conſul, Valer. lib. 9. cap. 12. tit. de Mortenon vulg. & alij. In lætitia quippe fit motus, non quidem validus in corpore, nec feruidus, reſoluitur tamen ſpiritu, & diſſipatur animalis facultatis robur. In mœrore autem ſpiritus coarctantur: vt in iracundia, ſeſe foras impellunt, incendunt, & conſumunt. Mœrore quoque laborantes ſine colore, vt qui amant, refrigerentur, & rigore concutiuntur. Iracundia febrem generat, & ſpiritus intenduntur, qui totum corpus inflammant: ſpiritus triſtis exſiccat oſſa, Prouerb. cap. 17. Inuidi timent & tabeſcunt. Sed nec in his immorabor: ſunt enim in ea re conuenientes Medici, inter cauſas alterantes corpus, eſſe affectus animi, Galenus in Iſagog. in lib. de Salubr. lib. 5. de Decret. Hippocr. & Plat. Hippocrates libro de Inſomnijs. Reddit rationem Galenus 1. de Tuen. ſanit. ὑγεία, inquit, ſeu ſanitas, non ſolius corporis, ſed viuentis eſt, vnde & animum reſpicit, & mali mores illam offendunt: atque ideò is edidit librum de Animi peccatorũ notitia, & medela. Hinc quibuſdam perſuaſum eſt, verba poſſe lenire effectus animi, & incantationibus morbos poſſe ſopiri & corporis, quòd animus mutatur & impreſſione. Sic tradit Strabo lib. 15. Geograph. referri in India incantatores, qui medicari crederentur, & ſolam eam apud illos eſſe medicinam. Dixit Homerus, profluuium ſanguinis vulnerato femore, Vlyſſem inhibuiſſe carmine. Theophraſtus iſchiadicos ſanari; Cato prodidit, luxatis membris carmen auxiliari: M. Varro podagris: Plinius lib. 28. cap. 2. vbi diſputat, an ſit in medendo verbis aliqua vis: Serenus Hemitritidi.

## *De Aere, tertia cauſa morborum.*

## CAP. XXVI.

AEr ambiens, ſi vel impurus ſit, vel temperamento noſtro aduerſarius, morbos generat. Hic namque omnes qualitates recipit, & mixtiones delatas retinet, demum vel ambitu ſuo partes corporis immutat, vel in noſtra euentatione interiorum, ſeu reſpiratione interiores



partes ſuis qualitatibus participes facit. Sic cùm calidus nimium, ſoluit, laxat, diſſoluitq; ſpiritus. Quamobrẽ ſtomachi vim depopulatur, attrahens calorem ſimilem: hincque ſequitur virtutis deiectio, & concoctionis impedimentum, à centro ad circumferentiam vi pertracta, qđ docent ſudores, & vrinæ minutio: hinc tot morbi. Sed & calor naturalis, cùm præter naturam igneſcit & aſcenditur in corpore, generat febres, vel ſimplices, vel compoſitas. Siquidem cùm accenditur in ſpiritibus, fit ſimplex ephemeris, id eſt, vnius diei vel plurium, quæ febres habẽt inducias, & intermittuntur, quia extra venas humor conſiſtit, atque à corde eſt remotior: ſi in vaſis, ſynochus, vel non putrida, vel putrida inflammato ſanguine, quia ad hepar peruenit, ſi in partibus ſolidis peruenit. Hectica vel maraſmus, ex quibus interdum compoſita peior, vt continua cum continuis, intermittẽs cum continua, tertiana cum tertiana, tertiana cum quotidiana, &c. Hinc anticipantes febres acceſſionẽ cùm humor augetur, retardantes cùm minuitur: inſtabiles, errabundæ, cùm ex vna ſpecie in alteram tranſeunt: intermittentes, &c. vt apud Galenum de Different. febr. lib. 2. cap. 2. & de Criſib. 2. cap. 7. Quòd ſi frigidior aer mortificat imbecilla corpora, fluxiones excitat, & neruos lædit, & tracheiam arteriam. Si humidior, corpus humectat, cutem lenit, ad putria ſternit. Siccior denigrat, exſiccat, & incinerat. Quòd ſi impurus, infecto corde gignit morbos peſtilentes, vomitus prouocat, iuncturas laxat, ſpiritus deijcit, vt notat Paulus Aegineta libro 1. capite 49. Auicenna libro 11. Galenus 1. de Tuend bon. valetud: Hinc tempora anni, quia diuerſa ſunt, & aer diuerſas capit impreſſiones qualitatũ, proprios morbos habent, vt tradit Galenus & Hippocrates in Aphoriſmo 3. Auicenna in 11. Hæc eadem ad aeris commotiones, ad ventos ſcilicet, transferre facilè eſt, qui ex Auicenna primo, Fen. prima, prout regionis vnde fiant imitantur naturam, & morbos gignunt, vt ſeptentrionales frigidi & ſicci, neruorum dolores, horripilationes, pleuritim, peripneumoniam, &c. Meridionales calidi & humidi, ſomnum, febres putridas, &c. Sic de orientalibus calidis & ſiccis: occidentalibus frigidis & humidis conijce, & de locis earundem regionum. At quę ſint ea, quæ hæc recipiunt, & vnde morbi ſubrepant, Hippocrates lib. de Paſſionibus, ſiue de Morbis quę extra, (quem Galenus Polubio adſcribit) dixit eſſe bilem, & pituitam, quæ corpori morbos præbent: cùm nimis in corpore

ſiccefcunt,humeſcunt,caleſcunt,frigeſcuntque: quodlibet aduenit, cibo,potu,labore,vulnere,odore,dictu,viſu,calore,frigore,venere.

*De Cauſis ab alimentis.* CAP. XXVII.

ALimenta non omnia omnibus temperamentis conuenientia ſunt, propter diuerſos corporis humores vel abundantes, vel deficientes. Impura corpora quantò magis nutrias,tantò magis lædes: putreſcit enim alimentum, ac corrumpitur, vitioſis humoribus admixtum,vt ait Hippocrates lib.2.aphoriſ.10. Item vel propter quantitatem, vel qualitatem ciborum, nimiam repletionem,vel defectum,ſeu exinanitionem.De potu eadem dicenda.Nec perpetuò facultates animalis corporis reſpondent, nec patiuntur ſemper ciborum confectionem, vel in ſanguificationem, & nutricationē peruenire:interdum rationali nimiū cogitationib.intenta, vt in ſtudioſis accidit,quæ deuorāt omnes ſpiritus:nō vitalis animoſa ſemper in corde diſpoſita,nec conueniens calor,non naturalis nutritia idonea in ſuis partibus & functionibus, nempe in attractrice,alteratrice,retentrice,expultrice. Huc pertinent libri de Aliment.facult. Galeni & 5. de Tuend.ſan. & de Simplic.medic.facult. ad has cauſas referri poſſunt alimentorum lædentes excrementorum retentiones, vel quantitate,vel qualitate, vt ſcribit Galen.lib.1.de Opt.noſtri corp.conſtit.

*De Cauſa morborum à motu, & quiete,& ſomno, & vigilia,& continui ſolutione.* CAP. XXVIII.

VT motus temperati & conuenientes, vnde exercitatio,ſanitatem tuentur, ſecundùm Galen.2.de Sanit. tuend. de Renum medic. & 1.& 2.Aphoriſ.ſiue à nobis ipſis,ſiue ab alijs,ſiue à medicamentis,ſiue ex paſſionibus animæ,ſiue ex extrinſecis fiant. Sic illi qui excedūt, nocent pro diuerſitate exceſſus : vt ira, perturbatio, pudor: intra & extra,exercitatio acuta attenuat: lenta,craſſum reddit: multa, ſiccat: mediocritas, obeſum præſtat corpus,Galenus 2.& 5.de Sanit.tuend.Excedens facit biliosum,febres,phreneſim, eriſipelas,&c. Subſiſtens intra modum,pituitoſum, iocinoris, viſcerum obſtructiones, epilepſiam, apoplexiam, fluxiones. Neque omnibus eadem conueniens exercitatio, ſed alia pueros, alia iuuenes, alia ſenes, alia ruſticos, alia literatos, alia athletas decet. Exercitationis quies videtur aduerſa,quæ deſides pituitoſosq; facit,ſi nimia,ſed & ſpecies quietis,ſomnus, motus, vigilia. In ſomno quieſcunt animales actiones. Vt ex ſomno oportuno plura ad ſanitatē conueniunt, ſic ex importuno, plures morborum ſpecies, vt pituita, corporis infrigidatio, caloris innati extinctio, memoriæ deſtructio, nauſea, malus corporis habitus. Paul.Aegin. lib.1. Auicen.3.1. Galen.de Vict.rat in morb.acut. probabur nocturnus,non à cibo : reprobatur,inanitis,repletis, poſt exercitationem,vacuationem,balneum, à cibo,meridianus inquietur: vt vigilia,quæ intentio animæ mota in omnes corporis partes, ſi temperata, bona eſt, excedens,morbos gignit acutos, delirium,maciem,adurit humores, cerebri temperaturam corrumpit, & concoctricem vim reddit imbecillem.Spiritus reſoluit,caput vaporibus replet, bilem & febrem accendit ex perpetuo motu,&c. Galen.lib.Medic.finit. & lib.12.Meth.meden.lib.3. de Sanit.tuen.lib.2.& 3.Aphoriſ. Auicen.3.1. & Galen.lib. 2.de Differ.febr. Ad motum referre poſſum extrinſecè vnitatis ſolutionem, vulnus, vlcera, fracturas,luxationes, confuſiones,rupturas,& id genus ſimilia.



*De Symptomatibus.* CAP. XXIX.

SYmptoma eſt affectus proprius, ſequens morbū proprium,non aliter q̄ vmbra corpus: illud autem,ſecundùm Gal.de Sympt.differ.cap.2.3.4.5.quando apparet lædi functiones ſenſibiles,aliquo ex quinque ſenſibus,vt viſu, auditu,&c. debilitato, aut deprauato, aut abolito, aut dolente: ſic de motu corporis abolito in parte,vel reſolutione neruorum vel muſculorum,vel debilitato, ſtupore:vel deprauato, conuulſione, id eſt, retractione muſculorum, tremore, horrore, rigore,ſternutatione, tuſſi, pandiculatione, oſcitatione,&c. vel debilitatis, abolitis, deprauatis cogitatione, imaginatione, memoria, pulſu, attractione,retentione,alteratione, expulſione, excremētis, ſudore,vomitu,vrina,ſtercore, menſibus, goorrhæa, quorum cauſas inquirit & rationes optimus Medicus, vt eis ſubuenire poſſit.

*De Signis triplicibus,& ſignis temperamenti & morbi.* CAP. XXX.

HAbebit curam ſignorum temperamenti corporis, morbi & ſanitatis, vel maioris morbi Medicus : vt ait Gal.lib.de Arte med. c.1.& in c.10.11.& ſequenti-

bus, docet ſigna temperamẽti capitis, cerebri, oculorum & aliarum partium principalium, vocatque ſigna ſalubria. At ſigna inſalubria, ſcilicet morborum, docet Galenus lib.1. de Loc. affect. cap.6. & conſiderat num pars afficiatur ex affectu proprio, vel per conſenſum: & cap.4. & 5. lib.1. de Loc. affect. dat ſigna ægrotantium internarum partium ab actionibus læſis, animalibus ſenſibilibus motorijs, à principibus, à vitalibus, ab excrementis, & in his contentis: ab accidentibus cuique parti affectæ proprijs. Eadem Hippocrates aphoriſ. 2. lib.1. Aphoriſ. Signa autem cuiuſcunque ægritudinis propria collegit diligentiſſimè & ordinatè Ioan. Iac. Vuetzer, Syntaxeωn medicæ parte 4. quæ σημειωτικὴ dicitur: quamobrem & tam benè ab illo concinnata non retractabo. Adſunt & libri Hippocratis, Prorhet. & in eos commentaria Galeni doctiſſima, & vberrima, de Signis ſalubribus & malis ægritudinum. Deteguntur & morbi, vt plerunque, per pulſus, vrinæ inſpectionem, in pulſu obſeruant naturalem cordis, inquã, arteriarumq; motũ, natiui caloris moderatorem, ex diaſtole & ſyſtole conſtantem, qui motibus contrarijs, refert cordis & arteriarum, & corporis diſpoſitionem, in quo & obſeruant habitum corporis, ætatem, animi affectus, ſomnium, vigilias, anni tempora, ſexum, exercitium, otium: quantitatem, num longus, latus, altus, humilis, magnus, paruus, mediocris, frequens, rarus: qualitatẽ, num celer, tardus, mediocris, validus, imbecillis, mollis, durus: ordinem, num æqualis in vno pulſu, vel pluribus pulſationibus, num inæqualis in vno pulſu, ſcilicet an in vna arteria diuerſus initio, medio, fine: an intercidens, recurrens, ſeu bis feriens: num ſerratus, vibrans, conuulſiuus, vndoſus, vermiculans, formicãs, de quibus Galen. lib. de Differ. pulſ. & alij. In vrina autem, ſeu excremento ſecundæ concoctionis, totam vrinã excretam ſemel inſpiciunt, frigidam in vitro ſine colore, habita ratione temperaturæ, ætatis, ſexus, affectionum, paſſionum, exercitij, temporis, ſomni, vigiliarũ, regionis, temporis, anni: & in ea conſiderant, ſubſtantiam craſſam, tenuem, turbidam: quantitatem, paucam, multam: qualitatem, coloris, odoris: & contenta in extima ſuperficie, num ſpuma, pinguedo, circulus: quæ in media, quæ in infima ſunt, & in ſedimento, de quibus & iudicijs vrinarum extant libri accurati in faſciculo medicinæ P. de Montagna: ſed longè vberior de vrinis apud Galenum, tomo quarto. Adijciam tamen ſigna morborum vniuerſalium: in morbo, principium, au-





gmentum, ſtatum & declinationem conſiderari principij ſignum, cruditatem eſſe: augmenti, anticipationem acceſſionis, longiorem acceſſionem, ſymptomata vehementiora, intermiſſionis & declinationis tempus breuius. Porrò ſtatus morbi quæritur vel præſentis vel futuri temporis: ſtatus præſentis ſigna, acceſſio nõ anticipans nec retardans, ſed æqualis: acceſſio neque longior neq; breuior, ſed æqualis: morbus & ſymptomata neque vehementiora, neque mitiora: intermiſſionis ac declinationis tempus æquale: Signa futuri ſtatus ſumuntur, ab accidentibus extrinſecis & intrinſecis: ab intrinſecis vel à morbi natura, vt ſit tertiana vel eryſipelas, quæ citius ad ſtatum perueniunt: ſi quotidiana vel œdema, &c. quæ tardius, vel ab incrementis circuituum: quæ ſi magna manifeſtum eſt morbi augmentum, ſi parua, longius diſtare morbi ſtatum: vel à temperatura ægrotantis, ſi frigidior, ſiccior, calidior, humidior: vel à mox apparentibus, ſiue ab vrinis ſiue ſputis, ſiue excrementis alui coctis vel crudis. Ab extrinſecis futuris ſtatus quoque colligitur ab ætate, anni tempore, regione, conſtitutione aeris, victus ratione. Porrò declinationis morbi ſigna, acceſſio tardior, longitudo acceſſionis breuior, morbus & ſymptomata mitiora & ſimpliciora, intermiſſionis ac declinationis tempus longius.

### *De ſignis prognoſticis in mutatione morbi, vitæ, & mortis, ſeu de criſibus.*

### CAP. XXXI.

CRiſis Latinis iudicium, dicitur ſubita ac repentina, potiſſimùm in morbis acutis mutatio, qua infirmus vel ad mortẽ deducitur. Galen. aphoriſ. 2. com. 13. vel vt ait Hippocr. 1. epidim. fit inclinatio ad melius vel peius. Dico potiſſimùm in morbis acutis: quia in chronicis ſeu diuturnis morbis, criſis rarò reperta eſt, ſed paulatim fit reſolutio: in acutis verò ſemper. vnde dicemus cuiuſlibet morbi interitũ, eſſe vel reſolutiuo, vel critico motu acuti, à ſanguine ferè, & flaua bili, longi à pituita & atra bile: acuti, phrenitis, febris ardens ſeu cauſos, ſynanche, pleuritis, peripneumonia, cardiacus, regius morbus, cholera, voluulus, cholicus dolor, apoplexia, tetanus, epiſthotonus, emproſthotonus, Galen. in introduct. ſeu medico. Verùm acutorum, quidam ſimpliciter acuti, qui in 14. diebus iudicantur, alij acuti cum decidentia, qui in 40. diebus, Hippocrat. lib.2. aphoriſ. aphoriſ.23. & ibi

Galen. & Hippoc. in prognoſtic. vbi violentia morbi maior, ibi neceſſe eſt vel citò proſternì vires corporis & mori, vel excitatos malos humores propelli & vinci morbum, & ita citas fieri, & à centro trahi malis ad circumferentias excretiones & iudicia vel criſes breuioris temporis. In temporibus, ſi principium morbus præterierit, aliaque tempora vſq; ad declinationem vel vehementia fuerint, acutus erit morbus: contrà verò chronicus. Criſes excretiones quædam, ſubſequũtur, vt ſudores, fluxio ſanguinis à naribus vel ab alijs partibus, alui, & vrinarum profluuia, vomitiones, cum quibus & malum propellitur & corporis exituræ. Sed & ante hæc & præcedere ſolent indicia mala, vt dum æger difficulter trahit ſpiritum, delirat, caliginem vel ſplendorem ſibi ante oculos verſari putat, vel lacrymatur, vel rubent oculi, aut tempora aut totum caput, aut ceruix dolore afficiuntur, aut rigor adeſt, aut dolet ſtomachus, inferiuſque labrum tremit, vt ſcribit Blaſius Hollerius lib. 2. Theoricæ medic. c. 1. ſed latius Galen. 1. de criſibus 1. aphoriſ. cap. 12. & 3. de morbis vulgaribus vbi illa ſigna ad malum tendere tradit: ad bonum autem, mente conſtare, facilem habere anhelitum, facilè tolerare morbum, pulſuum bonitatem, decubitum decentem, faciem ſanis ſimillimã, corporis totius æqualitatem, & ſimilia quæ tradit quoque Hippocrat. in prognoſticis. Duplex criſis in medicina, perfecta & imperfecta: ſiue criſis expulſionis & permutationis. in diebus quietis & teporis, hora criſis perfecta nunquam, ſed in exacerbationum diebus, fortiorumque paroxyſmorum, ſemper conditiones bonæ criſis, hæ: Prima vt ſit completa. 2. certa. 3. ſalua. 4. manifeſta. 5. iudicata. 6. ad benignum mutata. Criſis melior noctium quàm dierum: quia virtus nocte vnita & in quiete, quæ die fuerat diſgregata, & mouet humores fortius Luna noctu. Critici dies ſumunt principium à primo die notabilis læſionis, vel ab ægritudinis puncto, à quo 24. horæ faciunt vnum diem. At de numero dierum diſſident aliquantulum medici: quæ in diebus paribus iudicantur, ſunt diſcreta apta conuerſioni: quæ verò imparibus contrà. Initium morbi eſt inſultus primus, huic cognitioni obſeruatio horarum diei, & naturæ humorum, opem fert perpulchram. Pituita ab hora noctis tertia, hoc eſt, à nona poſt meridiem. vſque ad tertiam poſt mediam noctem, viget: & phlegma ſtomacho innatat, ſomnumq; conciliat: à tertia aũt hora noctis, vſque ad nonam antemeridianam, concoquitur ſanguis,



atque ab hepate elaboratur: vnde mens exorto Sole alacrior, ſani & ægri erectiores, ob ſuauem effluxum, gratumq; ſanguinis habitum. Deinde ab hora 9. antemeridiana, vſque ad horam tertiam pomeridianam, bilis flaua ſuas vices obit, quo tempore naturæ vis ſecernit à ſanguine choleram, eamq; ad fellis folliculum dirigit: vnde tunc temporis facilis ad cholerã & iram homo: at ab hora tertia, vſque ad nonam ante medium noctis bilis atra ſeu ſuccus melancholicus, clauum in corpore regit: quo temporis curriculo, vt ait Soranus, hepar defæcatur, eluiturq; à ſordido excremento, idq; natura ſpleni deſtinat: vnde tunc mens hominis obnubilatur, & ex atra denſaq; fuligine, animus mœrore contrahitur. Quibus notatis, obſerua quatuor quadrantes fieri 24. horarum diei, & ſingulis humoribus diſtribui ſex horas, in quibus ſingulis ſenarijs nota principium incipiens, medium pro robore, & finẽ pro declinatione, cognoſces inſultus primos morbi, adnotatis naturis morborum, atque videbis plerunque morbos ex humoribus, ſi illi nuper mixti ſint, incipere, & incrementum habere & intermitti cum tempore ſui humoris: ſic febres continentes & quæ ex ſanguine ortum habent, manè hora tertia ingruunt: tertianæ, ſub meridiem hora 12. quartanæ, hora tertia pomeridiana: quotidianæ ex phlegmate, circa primas noctis excubias. Quòd ſi humores redundent, aut inter ſe connexi, implicatiq; ſint, vt fieri ſolet, non ſeruant legitimum ſuum tempus, ſed ſunt inſultus acriores & productiores & diuturniores. In criticis itaque diebus à principio morbi, augmentum eſt dies tertius: ſiquidem expleto duarum & ſeptuaginta horarum curriculo, id eſt, tertio die, humores ſiſti contigit, mouerique deſinunt: quòd Luna eo temporis ſpatio, vnum zodiaci ſignum peregerit, cuius vi humorũ decurſus in corporibus perficitur. Quamobrem quarta dies erit critica, indicatiua ſeptimi: quamuis aliquando, ſed raro, ipſa ſit critica, vt apud Auicen. Synochus dicitur quarto die terminatus, vnde critica ſed raro. Criſis 7. diei fortior erit criſi diei 14. vt autem intelligantur dierum & temporum morbi indices & decretorij,

datur hæc tabella.

Dies

| Indices | decretorij, | indices | decretorij, | indices | decretorij |
|---|---|---|---|---|---|
| 4 | 7 | 11 | 14 | 17 | 20 |
| 34 | 27 | 31 | 34 | 37 | 40 |
| 24 | 27 | 31 | 34 | 37 | 40 |
| 44 | 47 | 51 | 54 | 57 | 60 |
| 64 | 67 | 71 | 74 | 77 | 80 |
| 84 | 87 | 91 | 94 | 97 | 100 |

Hebdomadæ tres diebus 20. conſtitutæ

| Indices 1. | decret. | indices 2. | decret. | indices 3. | decret. |
|---|---|---|---|---|---|
| 4. | 3. | 4. | 3. | 3. | 3. |

Qui plura deſiderauerit conſulat Galeni libros, de diebus decretorijs, & de criſibus, & prognoſtica Hippocrat.

*De Practica medices & diæta.*

## CAP. XXXII.

SVperioribus præcognitis, medicus ad curationem venit & auxilia, quibus vel conſeruet, vel reſtituat ſanitatem, & morbum expugnet. itaq; confugit, vel ad victus rationem, vel ad pharmaca, vel ad opem manuum chirurgi. In victu ciborum conſiderat qualitatem, vel aduerſariam morbo, vel conuenientem ſanitati: item quantitatem, pro modo virium robuſtarum & imbecillium, & morbi, & temporum, principij, augmenti, ſtatus, & declinationis eiuſdem, ætatis, & anni partium: interdum tollit, dum oportet morborum natura concoquere, vt ait Auicen. in 4. primi. Interdum minuit quantitatem, qualitatem vel vtramq;: interdum æquat, auget. Succum & naturam conſiderat cibi & potus, ex quibus animalibus, plantis, & alijs generibus eſcarum.

## *De medicamentis.* CAP. XXXIII.

PHarmaca & medicamenta medicus adhibet, ſimplicia, compoſita, quæ naturam alterare ac mutare poſſint, quia frigida, humida, calida, ſicca in 1. 2. 3. vel 4. gradu, vel ex illis compoſita: & horum quædam indurant, quædam emolliunt, quæ relaxant, quæ rarefaciunt, obturant, condenſant, aperiunt, claudunt, adurunt, repellunt, attrahunt, purgant, vel mediatè, vel immediatè, per ſe, per accidens, à tota ſubſtantia: ex qualitate, vel pura vel correcta, & emendata per alia. In promptu ſunt libri de ſimplic. medicament. facultatibus, nempe Galeni, Dioſcoridis, Aeginetæ, Meſues, & aliorum, qui de plantis, & aliorum ſimplicium medicamentorum & compoſitorum



rum loquuntur facultatibus. Habent autem medicamentorũ propinationes ſuam methodum, doſim & cautiones: doſes, per grana, ſcrupulos, drachmas, vncias, libras, pugillos, manipulos, cochlearia & alia pondera & menſuras, de quibus Galen. lib. de method. meden. & de ponderibus. Obſeruant, per quas vias immittãtur in corpus, num per palatum, vterum, anum, nates, oculos, &c. ante pharmaci exhibitionem, nauſeam prohibent aceto roſaceo, aqua roſacea, apio, cotoneo, menta, myrto, pyrethro, manſo, vt ſtupeat os: poculi illitione dulci, &c. vomitum arcent, extremis partibus corporis fibulis alligatis, aſtringentia dantes, poſt potum medicinæ, vt mala, meſpila, ſorbas, &c. & poſt pharmacum pulticulam hordei dant, inhibent cibum ſtatim, nidorem & odorem medicinæ hordeacea aqua pota ſubmouent: dolorem ex ea, aqua calida pota, leuant: inhibent ſomnum, niſi fluxum ſiſtere velint.

## *De Chirurgia.* CAP. XXXIV.

MEdicos Homerus in Iliad. 1. appellat Machaonem & Podalyrium, qui potius erant chirurgi: nam & illi proprijs manibus ſanabant. Hippocrat. in officinam medici, medicamentorum nullam fecit mentionem, dum inſtitueret eum qui manu medetur: vnde prorſus medicinæ pars hæc ab alia ſeparata. Verſatur autem in diuiſione & in compoſitione cõtinui, in ſuperflui ſublatione, in vulnerum & vlcerum curatione. Diuiſiones continui, ſimplex inciſio, præciſio, hypoſpachiſmus, quando inciſio fit nouacula tribus lineis, vt in fronte cum oculi fluunt: periſcytiſmus, cùm per tranſuerſales lineas fit ſectio, vt in ſyncipite & collis particula nigricante, quæ præputium dicitur: angeologia vaſis latentibus à tempore ad tempus in profundum diuiſis: exciſio, aduſtio, limatio, ſectio per ſerram. Compoſitio diuiſi fit, infractorum oſſium coniunctione, ligatura, luxatorum repoſitione, inteſtinorum procidentium collocatione, vuluæ quoque & inteſtini in abdomine, inciſis auribus, labijs, naribus applicandis & ſuendis. Sunt & alia quæ ad chirurgum & manus medelam pertinent, enumerata in introductorio Galeni ſeu medico, cùm de chirurgia agit. At ad chirurgiam requirit lib. de officina medi. Hippocrat. vt ſit ægrotans, agens, miniſtri, machinamenta, lumen, vbi, quomodo, quando, corpus, inſtrumenta, tempus, modus, locus. Inſtrumenta chirurgorum

gorum plura ſunt, vt ſpathomela, ſcapellũ, ſpecill[illegible] forfex, raſorium, euedium, acus, mele, & alia quæ [illegible] Pollucem, lib. 4. Onomaſt. c. 25. fiſtula, cathetera, [illegible] Marianus Sanctibarolitanus, lib. de lapide renum [illegible] de lapide in veſica, ad morbum illum neceſſaria depo[illegible] inſtrumenta, roſtrum, acuatum vel terlynum, ſyringa [illegible] tentatiuam, itinerarium, nouaculam, exploratorium [illegible] ctores duos, aperiens, forcipem, duos lateres, vencu[illegible] ſeu buctonem, abſterhens, cochlear: exiguo & falzu[illegible] ſciæ autem quæ diſtant inter ſe, materia, habitu, longi[illegible] dine, ſtructura parari debent, lenes, tenues, molles, [illegible] dæ, latæ, ſine ſuturis, ſine eminentijs, valentes ne [illegible] tur: nec minima artis pars, probè ligare facias; variæ [illegible] ſunt pro diuerſitate membrorum formæ ligãdi, vt [illegible] varij quib. vtuntur, epangylotus, auriculæ, chiaſtus, ſin[illegible] gularis hyperbatus. Sunt & alia vincula per funes, [illegible] &c. Organa: & ſunt aut machinamenta, tractoria, [illegible] conſtantia, vaſi, cruribus tranſuerſarijs, cubitis, [illegible] regulis, teſtudinibus, opicibus, cuneis, lunatis lignis, [illegible] biculis, trochleis, foſſiſſis, operculis, vertebris, fibulis, [illegible] dicibus, vncis, catenis, forficibus, ſedilibus, priapiſci[illegible] chlea, cuneolis, chimiſcis columbarijs, ergata. Galen. [illegible] machinamentis in reponendis articulis, ſcamnum Hip[illegible] pocratis dicit ſufficere: meminit de polyſpaſto machi[illegible] mento, orbiculis multis conſtante, & de Fabri & Andr[illegible] organo, eſt & gloſſocomon, ad crus comminutum [illegible] tuendum, & Milei plinthium. Scripſit Hippocr. libro [illegible] vlceribus, de fiſtulis, de vulneribus capitis, quos comm[illegible] tarijs illuſtrauit Vidus Vidius Florentinus. Scripſit [illegible] fracturis, de articulis & de officina medici, in quos [illegible] ampliſſima edidit Galenus commentaria. Scripſit & [illegible] lenus de faſcijs, quibus alligant chirurgi. Et Oribaſius [illegible] laqueis & machinamentis, quibus in ſuos ægrotos com[illegible] modè vti debent chirurgi. Extant de re chirurgica, pro[illegible] ti in tonſtrinis Alanfrancius, & alij, vt non opus ſit [illegible] me operam ludere.

## *De Pharmacopolis & ſeplaſiarijs.*

## CAP. XXXV.

PHarmacopolæ ſeu apothecarij, & qui plantas co[illegible] gunt & pharmaca ſeruant & vendunt, adminiſtri [illegible] medicorum quoque. Hi medicamenta colligunt, [illegible] ſeruant, præparant, corrigunt, terunt, infundunt, miſcent [illegible] hi colligunt medicamenta, ex lapidibus, mineralibus, [illegible] plan[illegible]



[illegible]tis, radicibus, ex mucillaginibus, corticibus, ſemini[illegible], medullis, ex animalibus cuiuſcunque generis, ſuis [illegible]poribus: ſeruant autem in apothecis, conuenienti[illegible] vaſis & cellulis, & pixidibus debito loco. Eaq; præ[illegible], aduſtione, & ablutione, cõbuſtione, putrefactio[illegible], collatione, diſtillatione, ſucci expreſſione, decoctio[illegible], mixtione aliorum, torrefactione, aſſatione, deſicca[illegible], dealbatione, liquefactione, deſpumatione. Præpa[illegible]tionem & correctionem medicamentorum docet Me[illegible]. Debet autem valdè peritus in ſimplicium medica[illegible]mentorum cognitione eſſe pharmacopola, & cuius ſint guſtus & ſaporis, num amara, dulcia, acetoſa, pontica, inſipida, ſaporis alicuius: ſi in virib. dignoſcendis polleat [illegible]: cui opem ferent Galen. lib. de ſimpl. medicam. [illegible] de ſimplicib. Auicenna, Serapio Bulcaſij ſerui[illegible], de hiſtoria plantarum libri Dioſcoridis, Amati Luſi[illegible]tani, Ruellij, Matheoli, Fuchſij, Leoniceni, & aliorum ſi[illegible]milium. ſic non incidet in errores quos dicũt, vt quid pro quo, hoc eſt, vt ſpeciem alienam pro alia ſubijciat: in mi[illegible]ſcendo, debet ponderum præſcripta & ſimplicium adie[illegible]ctiones obſeruare, & in ea miſcendi arte præſciat, quòd electuarium ſit electum ex varijs: opiatæ ab opio, condi[illegible]ta præparata: lohoc, ſyrupus inſpiſſatus ad modum ele[illegible]ctuarij: confectio, quæ lambendo deglutienda: iulep, cla[illegible]rificata potio: ſyrupus, liquor potabilis ex ſuccis vel ſe[illegible]minibus vel herbis cum melle & ſaccaro, &c. qui coctus dicitur dum inter digitos viſcoſus, vel ſi coaguletur ſu[illegible]per marmore: vt ſapa vinum eſt coctum ad ſpiſſitudinem ex muſto: rob, ſuccus inſpiſſatus ad modum mellis: tro[illegible]chiſcus, aggregatio ſpecierum in modum rotulæ cum a[illegible]liquo liquore: pilula à rotunditate in modum pilæ. Em[illegible]plaſtrum reſpectu vnguenti dura confectio, ſine oleis: vn[illegible]guentum, mollis confectio cum oleo vel adipe & cera & alijs: vnctio, omnibus liquidior, cum oleis ſine cera vel cum ea modica: cataplaſma ex ſucco & herbis ſolùm. E[illegible]pithema, de ſuccis vnctio ſolùm: ſaccellus, vel ſacculus, cum in ſacco medicina ponitur: fumigatio vel ſuffitus, fumo recepto. De quorum omnium commixtione & o[illegible]peratione, tractat Meſue in 2. parte, & ſequentibus, Nico[illegible]laus, & Platearius & Ioannes de S. Amando, in antidota[illegible]rijs, liber ſeruitoris: extat & liber apothecis protritum, Diſpenſatium dictum, quem Ioannes du Boys pharma[illegible]copola Pariſienſis, nuperrimè ſcholijs illuſtrauit, libro inſcripto In methodum miſcendorum. Ad mediaſtinos

hos

hos medicos, referendos Iatraleiptas, id eſt, vnctores, qui vnctionibus vtuntur, vnde profeſſio Iatraleiptica à Prodico inuenta, apud Plin. lib.29. cap.1.

## *De Coquo.* CAP. XXXVI.

REmedia vera morborum pauperrimus quiſque ca-nat: nam ſi ex horto petatur aut herba, aut frutex quæratur, nulla artium vilior fiet medicina: & natu-ræ placuit vulgò eſſe remedia parata quæ parata facilia & ſine impendio, ex quibus viuimus: malitia autem ho-minum ſimplicium compoſitiones & externorum medi-camentorum inuentiones inuenit, vt ait Plin. lib.24. cap.1. ſicuti & voluptatis miniſtros coquos, quos tamen ad-quantum neceſſarios ducunt & medici. Nam ſicut pæ-dotriba eſt gymnaſtæ miniſter, ita & medici coquus, vt ait Galen. de ſanit. tuend. Et Athenæus lib.7. gymnoſo-phi. cap.14. bonus coquus, inquit, bonus debet eſſe me-dicus, vt noſcat ciborum vires: geometra quoque, vt di-ponat bene ſuis partibus cœnam: & plura de coquis lib. 9. cap.5. & 8. Platina lib.1. de honeſta diſciplina exigit co-quum longa arte & experientia doctum, patientem labo-ris, ſine ſqualore & ſpurcitia, qui noſcat carnium, piſcium, olerumq́; vim & naturã: vt quid aſſum, frictum, elixum ve fieri debeat: guſtu valeat, ne ſalita nimis vel fatua ap-ponat: ne ſit guloſus, edax, ne domini cibos intercipiat, ad domini palatum reſpiciat. nam, vt ait Martialis, lib.14. epigram.220.

*Non ſatis eſt ars ſola coquo, ſeruire palato:*
*Namque coquus domini debet habere gulam.*

Et certè ſanis & valentibus, ſicuti nec de medico cura eſt, neque illi condimentis & apparatu vel delectu cibo-rum egent: meliuſque vt ſit illis optimum condimentum & pro coquo fames & labor, & neceſſitas: ſic ægris & ma-lè ſe habentibus, & medicus & ciborum diſtinctio exigi-tur: alijs enim fricta, alijs aſſa, aliis elixa nocent, alijs ſal-ta, alijs piſces, alijs alij cibi vel proſunt vel officiunt. Sic de malè coctis, de crudis, de oleribus dicendum. & quoſ-dam nauſea vexat, quoſdam cruditas ſtomachi, quoſdam orexis, quoſdam deiectio appetitus, quibus omnibus in-ſtar medici coquus erit. Is enim ſua opera conſulet accen-dendo, inflammando, purgando, ſcindendo, lixando, fri-gendo, aſſando, abſtergendo, torrendo, macerando, di-ſtillando, cribrando, pinſendo, condiendo, ſaliendo, & a-lio modo aromatibus temperando, olla, patina, cultro, veru,



veru, toryna, cochleari, lebete, clibano, fornace, & ſimili-bus inſtrumentis, de quibus apud Iulium Pollucem, lib. 10. Onomaſt. cap.11. potiſſimùm ſi norit ab idibus Februa-rij vſque ad 8. idus Maij, quo tempore ſanguis augetur, bonis & temperatis cibis vtendum, addendum potioni, diminuendum cibum, vtendum carne & oleribus, paula-tim ad aſſa ab elixis tranſeundum: dehinc ab 8. iduum Maij vſque ad 8. id. Auguſti, quo tempore cholera viget, vtendum frigidis & humidis, carne aſſa, potione dilutiſ-ſima: & ab 8. id. Auguſt. vſque ad 8. id. Nouembris, quo tempore dominatur melancholia, vtendum acidis, acri-bus: deinceps ab 8. id. Nouemb. vſque ad 8. Februar. quo tempore pituita dominatur vtendum abundãtiori cibo, carnibus elixis, oleribus modicè. Prodeſt & coquum qui diſponit epulas, noſſe quæ duræ, quæ facilioris conco-ctionis, quæ boni malive ſucci, qui fructus horarij, qui potius in menſa præponendi cibi, qui in finem & pro bel-larijs reſeruãdi: & ſic maximam opem ſanitati adferet: a-lioquin autem, ſi tantum ad voluptatem & proritandam gaſtrimargiam & edacitatem, vel ad faſtum, vt ſolet, co-quus adhibeatur, velut inſtrumentum decoctionis patri-monij, adminiſtrum Veneris, inuerecundiæ, & perniciem corporis cum ferculorum varietate & condimentis, vt portas inferni abominor, cœnaſque eorum & dominos dignos cruce opinor, vt prodigos & decoctores iudico, & pauperum fures, qui vna cœna tot epulas perdãt, quæ fame pereuntes poſſent abundè reficere, & pecunias ad euehenda gulæ proritamenta perdant, quæ aliter plurib. ſufficerent: quare hic leges cenſorias reuiuiſcere exoptẽ, vt M. Scauri conſulatu latam, quæ glires cœnis & conchy-lia & ex alio orbe conuectas aues ademit: vt ait Plin. lib. 8. cap.56. & lib.36. cap.1. Et eam per quam erat & in anti-quis cœnarum interdictis à C. Fannio conſule ſtatutum ne quid volucrum poneretur præter vnam gallinam, quę non eſſet altilis, teſte Plin. lib.10. c.50. & eas quibus cœnis interdicta abdomina, glandia, teſticuli, vuluæ, ſyncipita verrina, quæ ganeæ in quinquaginta ferè ſapores, vt ſunt carnes conuertebant, vt ait Plin. lib.8. cap.51. Vellem & le-gem obſeruari Romuli, ne propter pretij ſummam ma-gnam, quis maiores ſed minores emeret piſces, quam i-dem Plin. refert, lib.32. cap.2. vt ait Adrianus Cæſar dili-gentia iudicum, ſumptus conuiuij conſtituit, vt ait Spar-tianus in eius vita. Sed de coquo hactenus. De arte co-quinaria ſcripſit Platina, lib. de honeſta volupt.

*De re*

## *De veterinaria medicina.* CAP. XXXVII.

SVb hac comprehendimus, vt monui, non tantùm ea quæ pertinent ad curanda animalia quæ vehendis nobis inſeruiunt, veluti ad iumenta, equos, mulos pertinentia, ſed & per ſimilitudinem remediorum & morborum, ea quæ armentalia ſunt, & pecoris, & canum, & auium, & aliorum animalium: hæc enim omnia in vſum hominum quoque à Deo conceſſa ſunt, & idcirco cura indigent & ſolicitudine. Extant τῶν ἱππιατρικῶν, id eſt, de equorum morbis, Græci libri duo, vbi veterinaria abſoluta de morbis & eorum cura. agitur quippe ibi, in primis de febre equi, de malide, de peſte, de pulmone, & de corrupto, & eius morbis, de hordeatione, de ſanguinis miſſione, de oculorum morbis, de admiſſura & perferendo ventre, de parotidibus, vlceribus, tonſillis, angina, ſtrumis, de ceruicis morbis, maxillarum, cardiaco, de nephritide, cum equus posteriore parte tractim progreditur, & vacillans inter incedendū parietes ambit: de dolore ventris, iocinoris vrinæ, de eius ſuppreſſione, ſtillicidio: opiſthotono, rigore neruorum, inteſtinis, aqua intercute, ſanguinis profuſionibus, obſtructionibus, tormitibus, inflammatione iliorum, genuum defluxionibus, ſuffraginoſis, tuberculis vngularum, podagra, pilorum marcore, de liquido ſtercore laborantibus, ſerpentibus, vlceribus rigore pilorum. Et in 2. tractatur de vlcerato ore, de fatigatis, diſtentis, ſpiritu & agitatione vexatis, de æſtuatione à via, de rupta arteria, de combuſtis à calce, de fame cruciatis, de ſtrigioribus & extenuatis, de ſcabie, de vulneribus cauium locorum, de deuolutis in foueas, de cohibendis calcitratibus, de fractis, de cholera humida & ſicca, de carcinomate, abſceſſu, furunculis, mariſca, ſico, verrucis pedum, neruorum vulneribus, de ictis à ſerpentibus & ſcorpionibus & alijs venenatis, de hirudinibus de prouenientibus ex gallina veniente ad præſepia, braſica cum freno depaſta, ſeu aconito, cicuta vel cruce. De pediculoſis animalibus, de cruditate, oppletione, caſtratione, fractione, furore, de fluxionibus à capite, pedum mollitie, ſideratione, leſis ſtrigili, de topaceis, callis, de proterentibus cornua ambulando: tractatur etiam de armentitijs pecoribus, quomodo alui directionem mollire oporteat, & de inedia laborantibus, de exercitijs equorum, domitura, cornus incremento, de rimis ſeu ragadibus, de glacie ambuſtis, de fiſtulis, & diuerſis malagmatum

lagmatum



lagmatum ſpeciebus. De equorum morbis, & Virgil. lib. 3. Georg. ibi,

*Labitur infœlix ſtudiorum atq; immemor herbæ, &c.*

Non omiſerunt ruſticæ rei authores curam aliorum animalium tradere. De ouium cura, Columella lib. 8. cap. 2. 3. 4. 5. & 7. Et Virgil. lib. 3. Georg. De caprarum cura, Varro de re Ruſtica, lib. 2. cap. 2. & de alijs animalib. ruſticis, ſequentibus. De cura apum & morbis, Virgil. 4. Georg. & alij rei ruſticæ authores. Prodita remedia de auibus potiſſimùm de his, quibus ad venationem vtimur, contra pennas vel ruptas vel diſſipatas, contra earum ſitim, cruditates, & alias ægritudines, & de canum morbis & remedijs. Eſtque liber editus ab authore, qui vulgari Gallica lingua ſcripſit, Gulielmo Tardit, *de l'art de Faulconnerie & deſduict de la Chaſſe*, & à Iacobo Phouilloux, lib. *de la Venerie.*

## *Quare animalibus medicina conueniat.* CAP. XXXVIII.

NEc mirum videatur, ſi & animalibus medicinæ attribuātur, cum ferè pars maior medicinæ & remediorum, ab eorum cura ortum habuerit, vt docuit Plin. lib. 8. cap. 27. Monſtrauit Ibis Aegyptia auis vomendi modum. Cerui dictamnum pro extrahendis ſagittis, docuit & per cancrorum paſtum contra morſus venenatos auxilium, vt & apri iiſdem contra ederam eſam vtuntur: chelidoniam viſui ſalubrem, hirundines, teſtudo cunilæ contra ſerpentis vſum: muſtella, contra venena rutam: ciconia origani vim: anguis fœniculum exuuias relinquens, & marathrum contra defectum viſus: draco contra vernam nauſeam, Silueſtrem lactucam: panthera contra venenum aconitum, pardalianchem: elephas, chameleonte deuorato, oleaſtrum: vrſi contra mandragoras deuoratas, formicas: palumbes, graculi, merulæ, perdices, contra annuum faſtidium, lauri folium: contra eundem, columbæ, turtures, gallinacei, elxinem: anates, anſeres, & aliæ aquaticæ ſideritem: grues iuncum paluſtrem: corui contra virus chameleontis, laurum. Refert quoque Baſilius Magnus homil. 9. exameron, vrſam ſauciam vulneribus, verbaſco ſibi mederi: teſtitudinem contra venenum viperæ morſus, origano paſto: vulpes laricis lacrima vulnera ſibi medicari: anguem fœniculo lippitudinem tollere.

***

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER XXIX.

## In quo agitur de Venatione.

### *De vtilitate & cauſis Venationis.* CAP. I.

SVNT plura adiaphora, quibus quis vti vel
abuti poteſt, quorum ex numero maximè vi-
detur eſſe venatio: ea quippe ſi licitè exercea-
tur, venatio artificium vel officium eſt & exer-
citium vtile & honeſtum: ſi illicitè, ſummæ le-
nitatis & maleficij erit. Iullius Pollux Commodo impe-
ratori ſcribens lib. 5. Onomaſt. in principio, vt ſtudioſus
ſit venationis admonet, quòd hoc ſtudium ſit heroicum,
conferens ad corporis animique bonam conſtitutionem
ſicque militaris audaciæ ſpecimen: quæ exercitatione ef-
ficiat robuſtum, celerem, laborioſum, idcirco valdè cele-
bre apud Perſas, vt ſcribit Xenophon lib. 1. Cyripæd. & A-
thenæ. lib. 1. dipnoſoph. cap. 20. vtuntur, inquit, apud Ho-
merum venationibus iuuenes, ad bellica pericula deui-
tanda, & omnibus indagationibus, quibus robuſtiores
ſanioresque efficiantur. Manet namque, vt ait Horat. o-
de. lib. 1. carm. ſub Ioue frigido venator, teneræ coniugis
immemor, &c. Præludium ad militiam dicit quoque Phi-
lo Iudæus venationem lib. de vita Moſis. multa de iiſdem
& Xenophon lib. de venation. Cicer. pariter illud exerci-
tium lib. 2. de natura Deorum, putat ad ſimilitudinem di-
ſciplinæ militaris pertinere: verùm rem propius attigit,
& dum ad victum facere ſubiecit. Iam verò, inquit, im-
manes feras & belluas nanciſcimur venando, vt & veſca-
mur his, & vt exerceamur in venando ad ſimilitudinem
diſciplinæ bellicæ, & vtamur domitis & condocefactis,
vt elephantis, multaque ex eorum corporibus remedia
morbis & vulneribus eligamus, &c. Arbitror autem ego
primam cauſam venationis ferarum fuiſſe, vt ab earum
iniurijs ſe expedirent homines: deinde victum: neque e-
nim animalibus ab initio ſeculi victitatum fuit, vt plures
fereque omnes probant, ſed glandibus & terræ frugibus
tantùm:



tantùm: quin & erant domeſtica ſemper animalia, armen-
ta, & pecora, quibus ſine venatione vti potuiſſent, ſi
voluiſſent in cibum homines, vt ait Geneſis cap. 4. Poſt-
modum opinor illud quod primum neceſſitate fiebat,
receſſiſſe in voluptatem, gula ad electionem ciborum pro-
ſtante, vel animo in ſæuitiam ab humanitate degeneran-
te, vt à ferarum morte quotidiana, in homines quoq; ſæ-
uire auſi fuerint poſtmodum: non ſecus ac initium bel-
lorum Romani in vrbe faciebant à gladiatorum crude-
liſſimis ſpectaculis, vt ait Iulianus Capitolinus. Sic Nem-
broth ille primus, vt fertur à Ioſepho & alijs, tyrannus,
robuſtus erat venator, Geneſis 10. multas enim nouerit
inſidiarum oportet ſpecies venator, qui feras perſequi-
tur, quibus animus ſemel imbutus, vix ab inſidijs proxi-
morum ſe poteſt temperare, vt non immeritò fuerit ru-
ſticis, regijs conſtitutionibus Gallicis venationis vſus in-
terdictus, qui deinceps nequirent ob ſylueſtrem naturam
à conſuetudine venandi feras continere, quin ad vena-
tionem hominum & latrocinia tranſirent, vel ſaltem cul-
tum agrorum relinquerent, & perſequendo lepuſculo,
tempus culturæ deſtinatum contererent. Refert & Ga-
guinus lib. 10. in Ludouico 11. Ludouicum 11. initio re-
gni, omnem propè venationis conſuetudinem prohibuiſ-
ſe, ita vt eſſet piaculum aues aut canes alere, caſſibus vti,
inſidiari feris animalibus, niſi quoad ipſe permitteret. In-
hibuerunt & ſacri canones venationem clericis & anti-
ſtitibus. Non conijciam hunc in locum, tumultuoſam &
inquietam venatorum vitam, iniurias quas irrogant a-
grorum & ſyluarum dominis, vinearum fructibus, ſatis
& nouellis plantis, non temporis iacturam, qua nulla
maior: non hominum, canum & auium aucupantium, &
venantium expenſas, quæ ſæpe dominos deuorant, vt A-
ctæon ita præda ſuis canibus dicatur fuiſſe, hoc eſt omnē
illius ſubſtantiam illis fuiſſe conſumptam. Omittam &
abuſum perquam maximum, vt mulieres etiam nunc in
venationem pergant: velit Deus ne illa ars illis velamen-
tum ſit turpitudinis & proſtratæ caſtitatis, vt fuit Didoni
& Aeneæ, teſte Virgil. lib. 4. Aeneid.

*Venatum Aeneas vnaq; miſerrima Dido*
*In nemus ire parant*, &c.

Et Daphnæ, & Leucippo apud Parthenium in Eroti.
cap. 15. Diodorum Elactem in elegijs, & Philarch. lib. 15. A-
gathoni & Rheſo apud eundem Parthe. Erotic. cap. 36.
Tranſeo pericula mortis quibus ſe obijciunt, vel quæ in-

quirunt venatores pertinaces, vt venandi ſtudio vſque ad inſaniam Adrianum detineri & ad vitæ periculum, que, vt ait Dion in Adrian. quare Boriſtheni equo quo vtebatur vtplurimùm mortuo, ſepulchrum feciſſe & columnam & epigrāma, meminit Aelius Spartian. Poſſem hic plurimos recenſere mortuos vel acriter vulneratos à feris, vel excuſſos equis, vel occurſionibus arborum, vel fame, vel temporum tempeſtatibus enecatos, quos dilucidè deſcribunt authores, & Ioan. Salesberienſis in Polycratico lib. 1. cap. 4. Nolim tamen quis mihi ſuccenſeat, veluti prohibenti omnino venationem: non enim prohibendam cenſeo temperatam & neceſſariam; nam & aliquando M. Antoninus Philoſophus imperator, ceteris ſtudioſus, à grauioribus Reipub. curis animum remittens in venationem pergebat, vt ſcribit Iulius Capitolinus in eius vita, interdum piſcando ſe oblectabat. Venabatur & piſcabatur nonnunquam Alexan. Seuerus, alioquin Reipubl. intentus, teſte Lampridio in eius vita. valdeque neceſſarij ſunt qui animalia fera, nocentia capiant & enecent. Sic enim Orion ob prædam magnam captam ferarum, Helicen inſulam ſecuram reddidit, antea infeſtatam, vt author Parthenius in Eroticis. Sic cantic. 2. capite vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, &c. Sic de apris, ceruis, leonibus, & ſimilibus dicendum, quos expedit à ſatis & frugibus abigi & capi: minus quoque neceſſario venationem ferarum & animalium, quæ victui neceſſaria vel conducentia ſunt, cùm Deus animalia omnia in victum homini conceſſerit, Geneſ. 9. Probo etiam venationem otioſis, ne nihil agentes malè agere diſcant. Dummodò ſine iniuria & damno alterius fiat, & leges ſeruentur. Plat. lib. 7. de Legib. dum præſcribit, venatorem nocturnum, retibus & canibus ſuis fidentem, nemo vſpiam ſinat venari. Auceps per incultos agros monteſq; vagari permittatur. A cultis locis, ſacriſq; incultis, à quocunque pellatur. Piſcator nec in portubus, nec ſacris fluuijs, paludibus, ſtagniſque venetur: in alijs liceat, dummodò ſuccorum non vtatur permixtione.

## *Quid, & quotuplex venatio.* CAP. II.

VEnationem Varro, in 4. de lingua Latina ab aduentu vel euentu dicit ait, quòd non certa præda; multi quippe venantur, ſed non omnes prędam aſſequi euenit. Græci à furis ipſis venationem dicunt θήραν vel θηρεύειν, vt venatio ſit ferarum vel animalium inueſtigatio vel perſequutio. Plato in ſophiſta capturam, venationem eſſe animalium dixit, ego quoque venationem dici capturam fateor: at non perpetuò in venatione eſſe capturam. Quamobrem cùm genera diuerſa ſint animalium, ſaltem tria, quorum cibo vtimur, nempe quadrupedia, alia volatilia, alia natantia vel aquatica: ideò tres ſpecies venationis conſtituemus, nempe venationem, aucupium, & piſcationem: non enim loquemur de venatione cicadarum, quæ puerorum, de qua Theocrit. ſic ait εἰδυλλίῳ primo, αὐτὰρ ὅγ᾽ ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν σχοίνῳ ἐφαρμόσδων, id eſt, ſed ille, ſcilicet puer, ex culmis pulchram cicadis capiẽdis decipulam iunco concinnans, &c. neque etiam loquemur de ſpecie venatoria quam Plato in Sophiſta, & 7. de legibus dixit animalium manſuetorum ſcilicet, & omittimus prædatoriam hominum, & tyrānidem, dum homines in ſeruitutem redigunt, captiuitatem militarem: priuatam perſuaſionem: amatorum venationem: captiones hominum per gratiam, per voluptatis illecebras, adulationem: pyratica, latrocinia & alia quæ venationes hominum dicit. quæ certè veræ ſunt ineſcationes, vt verbo Terentiano vtar, dum ait, abi neſcis ineſcare homines. Omittemus etiam venationem illam ferarum, quæ à damnatis in ludum venatorium, intra cancellos & continentes parietes fiebat, & ad quam rei tantùm criminum damnabantur: vt ait Vlpian. in l. aut damnum l. 8. de pœn. lib. 48. ff. tit. 19. In omni autem venatione, conſideramus in ſumma, animalia ipſa, loca vbi capienda, perſonas quæ venantur, & inſtrumenta, vt media ad capturam.

## *De Venatione animalium quadrupedum.*

## CAP. III.

IN hac feræ maiores & minores ſunt diſtinguendę: maiores trimali cerui, apri, leones, pardi, lynces, panthæræ, vrſi: minores, vulpes, taxi, cuniculi, lepores: in his omnibus, perſonæ quæ venatur officium eſt, vt ait Plato in Lache, explorando diſquirere, ſagaciter inſequi, neque ignauè deſiſtere. &, vt ait Iulius Pollux lib. 5. cap. 1. veſtigia animalium, ſiue ſigna terræ impreſſa, conſiderare, recta, directa, confuſa, abſcondita, velocia, acuta: per ſyluas, ſaltus, lucos, montes, antra, dumeta, luſtra, paludes, inculta, campeſtria, agros & ſata, cubilia, &c. quæ perſequitur per capita quæ ſequuntur. De veſtigijs etiam & quod

hyeme multum lepores procedant, parum æſtate, teſtatur
etiam Xenophon de venation. Venator quoq; optimus
ferarum, annos conijcit ex veſtigio & excrementis, in ter-
uis, ex attritu contra arbores facto; ex voce. Capiuntur
animalia magna, tendiculis, laqueis validis, machinis,
foſſis, leui calamo, copertis, ſeu foueis, canibus validis,
quibus milas vel collare acuminatum pro armatura im-
ponitur, lora & faſciæ; caſſibus, retibus, iaculis, venabu-
lis, lanceis, haſtis dentalibus, & leones aconito veneno.
Venantur Indi ſimias, calceis, ſpeculis & vnctionibus:
nam illæ imitari cupientes, venantium factum, qui ſe ſpe-
culo appararunt, vngẽtes oculos melle, & calceos indu-
centes: illæ calceis, laqueo, vel vnguẽtis irretiuntur, vt ait
Diodor. Sicul. lib. 17. Biblioth. in anno 9. Alexand. eadem
imitatione capiuntur ottides, vt ſcribit Athenæus lib. 9.
c. 14. in canibus, in robore, in odoratu, in leuitate eſt de-
ctio facienda pro ferarum diuerſitate & modo venandi.
Dum veſtigijs inhærendum, maximè odoratu valere de-
bent, quo aliquando deſtituuntur: ſi enim gelu ſit, tor-
pent naribus canes, niſi dies & Sol reſoluat. Delet que
veſtigia leporum ros multus, auſtralis imber: retinet ſe-
ptentrionalis: in plenilunio veſtigia incertiſſima, quod
Luna extenuet halitum. Perturbantur etiam veſtigia, ſi
vulpes anteà pertranſierit, florum quoque odores in ve-
re ante flores certa æſtate, exilia, quia terra feruens aba-
let quicquid eſt halitus, cuius rei rationem tradit Theo-
phraſtus lib. 6. de cauſis plantar. ca. 29. vnde vera venatio
leporis à medio Septembri vſque ad medium Aprilem.
Ex agris ſubduci debent in lepores canes curſores, indi-
gatores ſecus lenem venti auram: nam ſi ventus acer &
validus, diſſipatur odoratus, quod & in venatione co-
thurnicum & perdicum ſeruatur. Omitto reliqua, quæ
latius quis videre poterit apud citatos authores, & apud
Iacobum Phouilloux qui ex illis nuperrimè Gallicè e-
dit librum de Venatione.

## *De Aucupio.* CAP. IV.

AVcupium, dicitur auium venatio, vel per aues alia-
rum animalium, vt leporum. Capiuntur aues re-
bus, reticulis, tendiculis, laqueis, plagis, vt ait Ari-
ſtophan. in auibus, decipulis, pergulis, viſco, & bubone,
volatu auium prædatoriarum, canibus, iaculis, & quoli-
bet telo ineſcatione, cantu fiſtulæ, vt in muſicæ effe-
ctibus diximus. Prædatoriarum vel rapacium auium plu-



res ſunt ſpecies, quarum tibi nomina Gallica ex Bellone
libro 2. de Auibus, capite 14. & ſequentibus recenſebo, à
quo vel melius à Plinio & Ariſtotele libris de Hiſtoria a-
nimalium naturas hauries: Oſſifragus, *Voultour:* Gyape-
tus, *vn Buſard:* Bureo ſeu triorchis, *le Sacre:* Aeſalo, *Lanier:*
Circus, *le Fau-perdrieux:* Stellaris, *l'Autour:* Accipiter pa-
lumbarius, *le Faucon:* Pernes Subuteo, *le Hobreau:* Percus
aut Spiza, *l'Eſperuier:* Phrinolochos, *le Goiran:* Leues,
*l'Eſmerillon:* Chalcis, *Bondree.* Sunt & aliæ, quarum inſi-
gne, roſtrum incuruum eſt.

## *De Piſcatione.* CAP. V.

QVando animantia aquatilia venamur, piſcari dici-
mus: eã Plato in Sophiſta, vel de ente, in duo mem-
bra diducit: aut enim retinaculis, inquit, aut percu-
tiendo piſcamur: retinacula, retia, naſſa, laquei, verricu-
culum, & noctu ad lumen, & interdiu. At percuſſionem
pertinere putat hamos, quibus ore capiuntur piſces, tra-
hente virga & calamo ſubſidente ſubere. Nero piſcatus
eſt rete aurato, purpura, coccoque funibus nexis, vt ait
Suetonius in Nerone, capite 30. Anguillæ turbata priùs
aqua, à piſcatoribus capiuntur: quia illæ puriſſima aqua
delectantur, nam turbida ſuffocantur: habent enim bran
chias tenues, quæ facilè turbida aqua obturantur, ideò
aqua turbata ex fundo emerguntur, vt ait Atheneus libro
7. cap. 17. Manu cancri ex foueis educuntur, & lumine &
concuſſione aquæ, in modum tonitrui, ſub cuius tempus
ab abditis cuniculis exeunt. Forſan hæc venatio inutilis
erit Pythagoreis, qui nunquam piſces guſtabant, cùm a-
lia animalia mediocriter attingerent, vt ait Athenæus li-
bro 7. cap. 25. Item in Syria, olim in ciuitate Aſcalone: vbi
adorabant idolum quoddam ſuæ deæ Dercetæ ſemipi-
ſcis, & piſces pro dijs habebant, vt ait Diodorus Siculus
libro 3. cap. 16. hanc vocat Gatidem, & erroris adfert cau-
ſam Athenæus lib. 8. cap. 6. Atque etiam Aegyptijs Sacer-
dotibus nefas olim de piſcibus guſtare, vt ait Herodo-
tus lib. 2. Sed non particularibus, vel regioni-
bus, ſed vtilitati omnium publi-
cæ hæc ſcripta
ſint.

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER XXX.

## Vbi agitur de Artibus fabrilibus.

### *De Fabrilium artium genere.*

### CAP. I.

FAbrilis artis ſpecies variæ ſunt, cùm hoc ta-
men ſit generale ad omnes qui operantur in
materia aliqua dura, ſeu lapidea, lignaria, fer-
raria, aurea, argentea, & ad ſimiles pertinent,
à quibus fabri cum additione materię, in qua
operantur, dicuntur.

### *De Architectura.* CAP. II.

QVi ædificant domos, & faciunt ſtatuas Fabri dicun-
tur à Vitruuio lib. 2. de Archit. cap. 1. Atque inter fa-
brilia in artem tranſit pręſtantem ſecundùm Vitru-
uium in 1. cap. 1. Architectura ars, inquam, bene ædifican-
di: ſub cuius vexillo ſymbolum dant fabri lignarij, petra-
rij, fabricatores & cementarij, & opificij deſignatores, æ-
dium compoſitores cum ſymmetria & proportione. Vi-
truuius lib. 3. Nam hanc artem ratiocinatione & fabrica
conſtare voluit. Et Leo Baptiſta in Proœm. de Re ædific.
fabricam vſus manus exequitur, ratiocinatio demonſtrat
proportiones, & qui cognoſcit materiam qua vtitur, ar-
chitectus quodammodo eſt, vt ait Ariſtot. 2. Phyſic. cap.
Et cuius præſcripto faber ædificat, architectus & minime
quoque. Ariſtot. 1. Magn. moral. cap. fin. differre tamē po-
ſunt, quod architectus intelligit quæ facit: faber tamen ſolum
non intelligit ſemper quæ agit, 1. Metaph. cap. 1. Ita Plato
intelligendus eſt, dum in lib. Ciuili, vel de regno ait, archi-
tectum nullum manuū miniſterio vti, ſed vtentibus præ-
ſidere, id eſt, vt architectura ſit magis ſpeculationis, quam mi-
niſterij. Sic in Clitiphone Plato, ab architectura, inquit,
duo fiunt: ædificium videlicet, & architectura: illud qui-
dem opus, hæc autem doctrina. Conſtat autē ea, vt idem
ait cap. 3. lib. 1. ædificatione gnomonica, obſeruatione,
machinatione. Aedificatio duplex publici & priuati ope-
ris. Publici operis eſt vel cauſa defenſionis, vel cauſa reli-
gionis,



gionis, vel cauſa opportunitatis. Defenſio habet muros,
turres, propugnacula, aggeres, portas & alia, de quibus
Alb. Duret. lib. edidit, & Vitru. in 5. Religionis ædificatio-
nes, ædes ſacræ, templa, &c. de quibus ædificandis Vitru.
lib. 3. & Baptiſta lib. 6. & 7. & Sebaſt. Serlio lib. 5. de Archit.
Opportunitatis ſunt, vt portus, fora, porticus, balnea, thea-
tra, inambulationes, & ſimilia, in quibus & habetur ratio
firmitatis, vt ad ſolidum vſque, quod vocant, baume, fiat
fundamentorum depreſſio & materiæ ſine auaritia bonę
electio. Item vtilitatis, ſimul ventorum, regionum, & So-
lis: ſed & ex vſu locorum, & venuſtate depromitur conſi-
deratio, quæ Vitruuius lib. 6. 7. & 8. abſoluit. Et hæc quo-
que in priuatis conſideranda ædificandis: nam & domus
quælibet ex Philoſophorum ſententia, minima eſt ciui-
tas: ibi atrium, xyſtus, cœnaculum, porticus & huiuſmo-
di in apta regione ſituque, habita ratione firmitatis, vtili-
tatis, honeſtatis, dignitatis, amœnitatis, temporis hyber-
ni & æſtiui, ædificabuntur. Neceſſitas primùm videatur
ad quem vſum ædificatur: deinde ſequatur commoditas:
poſteà ſi poſſit voluptas. Ibi feneſtræ, ſcalæ, ſpatia, putei,
cloacæ, præurnia, focigula, &c. probè diſponantur.

### *De Partibus architecturæ.* CAP. III.

IN ſumma, architecturæ partes ſex erunt: ordinatio, diſ-
poſitio, eurythmia, ſymmetria, decor, diſtributio. Ordi-
natio, eſt ſummaria comprehenſio eorum quæ facien-
da ſunt diſpoſitio, apta faciendorum in partes diſtinctio,
idea operis & figuratio: quæ triplex, ichnographia, ſeu is
ſcilicet in ſolo operis effiguratio: vocant, *le plan*, Galli:
orthographia, erecta frontis operisq; imago, adumbrata
maioribus partibus, *modelle imparfaicte* Gallis: Scænogra-
phia, omnium laterum & partium, in figura constructio,
eſt quod dicūt, *modelle eſleuée*, interdum lignea, interdum
pictura adumbrata. Erythmia eſt, operis venuſta ſpecies.
Symmetria, partium inter ſe conuenientia, & proportio
conueniens. Decor, operis emendatus aſpectus. Diſtri-
butio, eſt copiarum locique commoda diſpenſatio, ha-
bita ratione facultatum ædificantis, materiæ, quæ inue-
niri poteſt, rei ædificandę: aliter enim vrbana, aliter ruſti-
ca ædificantur: aliter diuitum, aliter pauperum ædes: a-
liter parietes firmiores qui duas vel plures contignatio-
nes ferre debent, quàm qui vnam: illi enim vel diplinthij,
id eſt, duorum laterum, vel triplinthij eſſe debent: iſtos
ſeſquipedales eſſe ſufficit: aliter ædificatur paries reticu-

latus, aliter imbricatus, aliter teſtaceus, aliter cratitius, aliter formaceus, aliter clatricius, aliter iſodomus, & pſeudiſodomus, &c. de quibus Vitru. lib. 2. Archar. cap. 8. & ibi Philander, Plinius lib. 36. cap. 22. & lib. 35. cap. 14.

## *De Gnomonices parte.* CAP. IV.

GNomonicæ architecturæ pars verſatur in geometriæ principijs, & menſuris, quibus architectus areas poſſit complecti mente, & metiri per lineas, & figuras quadratas, trigonas, & ſimiles, de quibus in Geometria dictum eſt. Tractat & de rationibus vmbrarum per ſtilum horologiorum: & idcircò annexam habet Aſtrologiæ ea in parte cognitionem, de qua iam proprio libro diximus. Explicat autem hanc gnomonicę partem Vitruuius lib. 9. Archit.

## *De Machinatione.* CAP. V.

DE machinatione quædam etiam tractauimus initio mechanicarum: hìc tamen machinatio ad fabrilem ferè linguariam operam pertinet, vel ad aliam potiùs quàm cæmentariam, quā explicat Vitruuius lib. 10. in qua agitur de arrectariorum vel tranſuerſariorum diſpoſitione, clatratione, reticulatione, de quib. & Vitru. lib. 7. cap. 3. in fin. & lib. 2. cap. 8. in fin. Machina porrò eſt continens ex materia coniunctio, maximas ad onerū motus habens vires. Machinatio autem quę arte mouetur circulorum rotundationibus, triplex genus: ſcanſorium, pneumaticon ſeu ſpirituale, cū ſpiritus expreſſionibus impulſus, & plagæ voceſq; organicè exprimuntur: tractorium cùm onera machinis trahuntur, aut in altū ducuntur. Inter machinationes quotidianas numerantur rotæ, folles fabrorum, rhedæ, ciſia, torni, ſucculæ, præla, vectes. Tractoriæ machinationes ædificationis templorū conſtant tribus tignis, trochlea, orbiculis duobus, axib⁹, ſucculis, forficibus: accedunt machina, triſpaſtos, coloſicotera, artemon, tollones. Inter machinas ad hauriendam aquā tympanum, folles, cochlea, cteſibica, hydrauliceq; alia organa. Sunt & aliæ figendis palis vel ſublicijs pronis vel directis, & lapidibus accommodæ fiſtucæ maiores & minores. Sunt & ad molendum rotæ & tympana. Ad præſidia, ſcorpiones, catapultæ, baliſtæ. Ad expugnationem continendam machinæ, aries, turres ambulatoriæ, teſtudines arietariæ, epibathra, ſeu aſcendens machina, coruus demolitor, vel grus, ſambucha, exoſtrum, criodoc,



vel arietaria trabs, teſtudines, oryges ad fodiendum idoneæ, capreoli, plutei, pinnæ, & ex illis contabulata, aliaq; id genus, de quibus in re militari iam dictum.

## *De Fabris miniſtris Architecti.* CAP. VI.

MIniſtri architecti & cæmentarij, ſunt & qui ex lapicidinis exerunt lapides, marmora, quique ſcindunt & poliunt, & columnis, figuris, imaginibus diſtinguunt, pauimentis, ædificijs, tectis inſerunt, ad libellam normam & perpendiculum: & qui pinſant, fingunt, formant & decoquunt lateres, ex terra, affines figulis, qui ex terra quoque vaſa ad rotam componunt & fingunt. Adſunt eiſdem architectis fabri lignarij, qui trabes ruderāt, poliunt, dolant, diſponunt, & contabulant: ſcalas componunt, vel recti itineris, vel cochlides. Feneſtras, ianuas, cancellos, aſſeres, reticulatas vel ſpicatas colligationes, vt terra commixta fœno repleantur, parant. Subſeruiunt etiam fabri ferrarij, qui clauos, virgas ferreas, peſſulos, clathra, vectes, ſerras, claues ſuggerunt, cancellos, aliaque inſtrumenta contribuunt fabris alijs, vt malleos pinalleolóſve, dolabras, ſecures, ſcalpra, trullas, rutabula ferrea, ſerras, cultros, aſcias, forcipes, terebras, terebella, & ſimilia. Et quia ornantur ædes ſimulachris & imaginibus, ſtatuis diuerſarum materiarum, diuerſorúmque fabrorum, de pictura, de ſtatuaria arte & plaſtica & alijs agendum erit, & de imaginum opificibus.

---

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS,

## LIBER XXXI.

### In quo agitur de Pictura.

## *De Picturæ exercitio.* CAP. I.

AD venuſtatem operum & ædificiorum pertinent, ſicut tectoria opera & incruſtationes, inductiones, vel calcis & arenæ, vel gypſi, vel marmoris, ita & picturæ, de quibus Vitruuius libro 7. Eruntque picturæ interdum megalographiæ & magnarum impenſarum, aliquando rhyparo-

rhyparographiæ vilium. Cæterum picturæ ars non tantùm ad fabros vel architectos & ſedetarios opifices pertinet, ſed & ad voluptatem animi, & virorum præſtantium quorundam, aliquando laudabile exercitium: vt Fabio nobiliſſimo homini datum eſt laudi, quòd pingeret, vt ait Cicer. 1. Tuſculan. Et Adrianus genere Apher Imper. pinxit venuſtiſſimè, atq; etiam effigies è cera & creta formauit, vt ait Dion in Adriano. M. quoq; Antoninus philoſophus dictus Aurelius, operam pingendo ſub magiſtro Diogeneto dedit, teſte Iulio Capit. in eius vita.

### *Quid Pictura, & quibus vtatur.*

### CAP. II.

PIctura ſecundùm eundem Vitruu. lib. 1. cap. 5. fit imago eius quod eſt, ſeu poteſt eſſe, vt hominis, nauis, &c. certis corporũ finibus figurata ſimilitudine. Explicat Horat. initio epiſt. ad Piſones, ſeu de Arte poet. ibi, *pictoribus atq; poetis, Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas, &c.* Plato in Phædro, picturæ opera tanquam viuentia extant: ſi quid verò rogaueris, verecundè admodũ ſilent. Pictura vtitur optica ratiocinatione, manu, & coloribus: in optica conſiderat, quomodo quæ longius diſtant, minora videntur, & quę ſupra caput picti, quæ infra minora: incurua, quæ ſupra diſtantia eleuata, quæ infra oculũ & quadrata quomodo viſum decipiant; conſiderat vmbras, lucem, radios, vt diximus in optica: à Geometria habet regulam, circinum, lineas, & id genus, & proportiones: vt in pingendis quibuſq; ſymmetriam conſeruet, veluti in homine, quantũ os à naſo, oculus ab oculo, & reliqua membra inter ſe differre & cõuenire debeant. Scripſit de proportionibus hominũ, & de illa ſymmetria corporis humani, proprium volumen Albert. Durerus pictor Germanus inſignis, Vitru. lib. 3. cap. 1. Pompon. Gauricus lib. de ſculptura. Dimenſiones autem in reliquis animalibus ſex conſtituunt, quibus ſuapte natura diſtingui poſſunt: ſummum, infimum, antè, ponè, dextrum, ſiniſtrum, infima & ſuprema pars. Idemq; & locum habet in ſtirpibus, vt tradit Ariſt. lib. de com. anim. greſſu.

### *De progreſſu picturæ.* CAP. III.

ARiſtot. lib. 2. de genera. animal. cap. 3. de generatione loquens, naturæ opificia cum pictura confert: omnia delineamentis, inquit, primum deſcribuntur, deinde colores recipiunt, & mollitiem, & duritiem, quaſi pictoris officio fungatur natura cùm condit & creat. Pictor

ctor



ctor enim vbi primum lineas deſcripſerit animantium, mox vario illinit colore ac perficit. hæc Ariſtot. Pictoris itaq; eſt, leui linearum ductione, primum opus cõficere, ſed antea adhuc graphydis conceptione quaſdam rudiores ducit notas, antequam ad lineamenta veniat, vel animo lineas ducendo conceptas, ſequitur: atq; Plin. lib. 35. cap. 3. tradit, picturam primum inuentam, hominis vmbra circumducta: deinde vmbram fuiſſe coloribus inductam, & poſtmodum linearem ſine coloribus. Accedit his ars, cùm ſolidam picturam videri volunt, circa prominentias in tabula: vmbris enim & lineis, & comminutis angulis, eas monſtrare laborant: vmbris quomodo fiat, docet Plin. lib. 36. cap. 11. Omnes inquit, qui volunt eminentias videri candicantia faciunt, coloremq; condiunt nigro. Magna prorſus ars in æquo extantia oſtendere, & in confracto ſolida omnia. Meminit & Plato lib. 10. de Rep. Sunt de vmbris nonnulla ſcripta à Leone Baptiſta lib. de pictura. Sunt & catagrapha, quæ inuenta feruntur à Cimone Cleonæo, id eſt, obliquæ imagines, & variæ formationes vultus, reſpicientium, ſuſpicientiúmve & deſpicientium. Accedunt diſtinctiones membrorum, articulorum, venarum prolationes, in veſte iugæ, & ſinus, & in hominis & animalium corporibus, potiſſimum in cute, ſinus, rugæ, cauitates, magnitudines, lituræ, formæ, & alia innumera minuta, quæ artificem commendant, addita ſucceſſu temporis & incremento artis, vt mobilior ſit, & longè lateq; differat tunc hæc opera ab inuentione prima eorum, qui monochromata pinxiſſent. nam nunc pictores vt ſplendidiora & illuſtriora reddant opera, addũt ideò propinquo vmbroſa quædam & obſcura, vt ſcribit quoq; Plutarch. de diſcrimine adulatoris & amici. Atque cæruleum marę, flumina pallida, lacum candidum, non ineptè pingunt, vt tradit Ariſtot. problem. ſectio 23. q. 6.

### *De diuiſione picturæ.* CAP. IV.

PIctura vtuntur hodie empeirici, irregulari formula, oculo, & pro nutu, ſine regula & circino, quò fit propè infinitos errores in illorũ proportionibus irrumpere. Sunt tamen in ea hæreſi, vt illis vtendũ non ſit, quod potius ex ignorantia, quàm ab arte perſuaſum eſt, vt ſi quid in pictura valeant, potius ex imitatione & longo vſu quàm ab arte nouerint. At qui picturæ præſtantia, non lucro delectantur ſordido, circini & regulæ vtuntur legibus, quibus ſymmetria ſeruãda æquatur, quamq; ſeruare

expedit,

expedit, vt olim poſtquàm inuenta ſint à Parrhaſio Epheſio teſte Plin.lib.35.ca.10. Alia aũt quæ encauſtica dicuntur notat quoque Plinius lib.25. cap.11. encauſto, pingendi olim duo fuiſſe genera, cera, & in ebore ceſtro, id eſt, viriculo: tertiumq; acceſſiſſe reſolutis igni ceris penicillo vtendi: ideo inter inſtrumenta pictoris Martia: Iuriſconſ. lib.33. ff. tit.7. de fundo inſtructo lib.17. pictoris inſtrumento &c. annumerat ceras, colores, penicillos, cauteria, conchas.

## *De quibuſdam præceptis pingendi alijs.* Cap. V.

QVi fingunt, cælant, aut pingunt, debent primùm mente formam rei cuius ſimilitudinem referre volunt, concipere, & ſibi primum typum effingere, inde delineare ſubtilius. Secundò qui voluerit quæ longius videntur deſcribere, commodè id fecerit, vel per feneſtram domus, vel per aliud inſtrumentũ quod feneſtræ apertionis habeat ſimilitudinẽ, in qua certas habebit dimenſiones notatas, & certã oculi notam, ad quam à delineatione ad aſpectũ reuolutus, ſemper æquali intuitu redeat, ne declinet pictura à primo obtuitu. Idipſum fieri poteſt obiecto ſpeculo, ad cuius inſpectionem repræſentata cõmodius pinguntur, obſeruatis, vt dixi, notis altitudinis, & notis cancellorũ ſpeculi, vt feneſtrarũ: imò poterit ad ſpeculum ſuam quoq; imaginẽ in tabula pingere, vel penicillo, vel ſtilo, ceu ceſtro, ſicut fecit Lala Cyzicena authore Plinio lib.35.cap.11. Tertiò in flexuris & obliquationibus, ſeu retractionibus membrorum, leges Dureri lib.4. de ſymmetria partium ſeruanda: primum vt ſciamus flexum dici ſex modis: nempe curuatum, verſum, implexum, directum, contortum, dimotum. Secundò meminerimus flecti corpora, per ſpinam dorſi, & à ceruice vſque ad coxam intrà & extrà: digitos, per articulos: brachium, iunctura, manus quoque & cubitos: directio extenuat, & graciliora membra reddit, contorſio inſpiſſat. Quartò qui faciem totam pingit, vel cælat, vel obliquam & flexam, partium inuicem ex vtroque naſi latere repræſentare cogitur proportionem, pro modo flexionis & geſtus faciei, quod in dimidia tam laborioſum non eſt. Quintò, vt ſolida referas, obſerua quatuor. Primò formam rei ex radijs oculorum ſumptam. Secundò, vmbram eius ex radijs lucis qua verberatur. Tertiò colorem qui alius non debet eſſe, quàm eius corporis, quando eſt ſub

ea luce



ea luce & ſitu collocatum. Alius enim eiuſdem rei videtur color ſub Sole, quam ſub linea: alius natantis, ſub aqua, alia alterius loci: aer comminus ſpectatus, nullum nobis certum oſtendit colorem: eminus, vbi denſior, cæruleus videtur: ſi in aquam denſetur aer, eminus candidiſſimus. Quartò ſitum congruum tabellæ aduerte depictę, ad depicti rationem, cuius vertex in directo tuorum oculorum ſit ponendus. In coloribus locandis cauendum, ne candido multum in picturis vtaris. Eſt enim velut illarum venenum, nam ſplendore ſuo alijs adimit venuſtatem, grauitatem, vmbras veras. Eſt obſeruanda prima, ſecunda, tertia lux, & lumen rerum. Poterit & pictor ad ſpeculum opus conferre & probare: detegit enim errata facilè. Vernice poterit lucem picturis & coloribus præbere, qui fit puluiſculo gummi iuniperi, & aloe, cum oleo nucum iuglandium, aut lini.

## *Alia præcepta pingendi ratione diuerſæ materiæ.* Cap. VI.

PIngũtur muri, chartæ, tabulæ, lintea. In omnibus illud obſeruandum, vt ſuperficies cui pictura plana inducenda eſt, ſit optime à rimis & commiſſuris liberata: idcirco oblinũt parietes, primò gypſo, vel argilla cum penecillatione rudiori calcis & glutinis. Tabulas autem colorum fragmentis: lintea vel cum creta alba, vel glutino, vel diluta farina. Charta autem ſi papyracea, qua ſolent pictores, qui ad viuum exprimunt vultum imagines prototypum delineare, vel graphidem exprimere, primum perfricatur creta è paſtillis leniter trita mormore: in membranis non ea obſeruatio, quia naturæ politæ ſunt. Pingitur autem coloribus corporatis, vt diximus, & dilutis, dilutis vtimur ad modum ſcripturæ, vel cum penna aut penicillo. Corporati autem colores vel miſcentur glutini in parietibus depingendis, & linteis & tabulatis quoq;, ſed pictura ea ditior & præſtantior eſt, cuius colores oleo imbuuntur vel gummi, poſtquam marmore valdè triti & colliſi ſunt, vt vix tacturn effugiant. Componũtur & ex coloribus vel ſimplicibus vel mixtis, veluti ſtyli, cetacei longiuſculi, quib. pictores ichnographias vultuũ pennę modo in papyro deſcribũt prius, vt dixi, charta creta alba illita, & leniter cũ xylo ſeu goſſippio confricata. Deſcribunt quoq; maiores lineas, lapide nigro fabrili, vel creta rubea, interdũ & plũbo, quorũ maculas, plombi inquam, panis mica fricatas, aliorũ autẽ xylo demunt, poſt-

quam

quamlineamẽta iuſta, inducta alijs coloribus ſunt. Condenſant autem & cylindruli formula, rotant ſtylos illos colorũ, pictores, alij glutine piſciũ, alij cum gummi Arabico: alij cũ lacte ficus arboris: alij, & illi vt arbitror, audacius cũ ſero lactis: cũ hoc enim molliores ſunt ſtyli quos vocãt *coroyons*: alij enim duriores & qui chartã incidunt. At obſeruandum in iſtis ſtylia miſceri colores, & ita hos referre colores ex ceruſa vel creta cum alijs mixta, & in omnibus antequam cogantur & rotentur in modũ pennæ vel ſtyli, optimè colores conteri & miſceri ſupra marmoreum lapidem.

## *De Coloribus.* CAP. VII.

MEmorant præſtantes pictores ex ſolis quatuor coloribus diuina ſua opera perfeciſſe, albis, melino, ſilaceis ſeu ianthino, Attico: ex rubris, ſinopide põtica: ex nigris, attramento. Cæterum colorum, alij natiui ſunt ſeu minerales, vt loquuntur pictores: alij ex alijs rebus tractationibus aut mixtionibus, ſeu temperamentis compoſiti, Vitruuius lib.7.cap.7. de mineralibus. Plin.lib. 35.cap.6. Dioſcorid.lib.5. adijciam hic verba Græca, Latina, & Gallica.

Natiui colores, ſinopis, vel rubrica, ſinopis, Græcis μίλτος, iocinoris colore, inde *couleur de ſynople*. De hac Plin.lib.35.cap.6. Dioſc.lib.5.c.61. Strabo lib.12. ὤχρα Græcis, Latinis & Gallis, terra rubea eſt, qua pictores & ſarcinatores vtuntur pro ſignandis pannorum inciſionibus, inquit Amatus in Dioſc.lib.5.enarrat.98. vbi tamen falſus eſt in colore. Nam illius proprius natiuus color, luteus eſt, dilutus aureus, *iaune*, Gallis: ſed cum vritur fit rubra, reſtincta autem aceto, purpurea, fitq; rubrica fabrilis ex ochra, non ochra ex rubrica Theophraſto lib. de lapid. & Dioſcor. lib.5.cap.62. Cùm autem luteo ochræ colore Galeni eſſe arbitrantur, vt plurimum alij ad purpureum colorem referunt, quod explicat Philand. in Vitruu. cap.7. lib.7. & diuerſas ſpecies enumerat Plin.lib.33. c.fin. Creta viridis, Venetis terra viridis. Melinum ſeu Melia, coloris lutei oui, Latinis giluus, de quo Plin.lib.35.cap.6. & 7. & Theophraſt. Gellius lib.13.cap.fin. Auripigmentum, ἀρσενικὸν Græcis, *orpin*, Gallis, de quo Plin.lib.33.cap.4. Dioſc. in 5.cap.71. aurei coloris eſt, & eſt coctum arſenicum. Eſt arſenicum chryſtallinũ foſſile dictũ *realgar*. Eſt & ſandaracha Græcorum, arſenicũ rubeum, dictum Gallis *maſticot*, & *arſenic rouge*. Hiſpanicè *fezes de oro*, Germanicè *reuſchgeel*.



*reuſchgeel.* Minium vocaſſe Græcos μίλτον, tradit Plin.lib. 33.cap.7. minium officinarũ, eſſe Galeni & Dioſc. ſandicem ait Philand.in lib.9. Vitru.c.3. Sandix ceruſſa vſta eſt, Gallicè nomen retinet *du mini*. Cinnabrium, eſt & foſſile & artificiale, Gallis *vermillen, cinabre:* & Hiſpan. & Italic. *minio*. Aliud cinabrium Latinè cinnabaris, officinis, ſanguis draconis, *ſang de dragon*: qui rubei, ſed non vt prius cinnabrium, intenſi coloris, Germanicè *blutfarb*. De iſtis cinnabaris ſpeciebus tractat Amatus in 5. Dioſc. enarrat. 69. Sunt etiam diuerſæ ſpecies cretæ, nigra, alba, candicans, crocea, &c.

## *De alijs coloribus non mineralibus, ſimplicibus & compoſitis.* CAP. VIII.

LAccam habent pictores vinaceam & rubicundiorem, aliqui concauium dixerunt ſed falsò, vt docet Amatus Luſitan.lib.1. in Dioſc. enarrat.23. vbi duplicem laccam demonſtrat: vnam quæ eſt formicarum alatarum ſtercus, velut cera ſanagago eſt apum, ab Indorum regno Penu delata. Alterã laccam artificialem dicit, quæ ex fæce braſilij virſinij dicti, & cocco reſultat, quo pictores pro conficiendo colore rubro obſcuro, maximè vtuntur. Firmat Conſtantinus in additionibus ad Amatũ in Dioſc. comment.li.5. enarrat.51.in fine. Ceruſſa, Græcis ψιμμύθιον, Hiſpan. *aluayalde*, Italic. *biacca*, Gallicè *ceruſe*, Germanicè *bleyweiß*. Eſt albi coloris, quæ vbique paratur ex lamina plumbea, & aceto, de cuius opificio, Plin. lib.34. c.fin. Vitruu.7.12. Dioſc.lib.5. cap.53. Color viridis æris, Latinè æruca. Dioſc. ἰὸν, Plinio ærugo, Gallis *verdet*, parandi modum ex laminis æreis cum vinaceis, docet Plin.lib.24.c.11. Vitru.lib.7.c.12. Carda.5. de ſubtilit. Atramentum pictorium & tectorium ſeu librarium, *du noir*, tripliciter fit apud Vitru. lib.7.c.10. Plin. lib.35. c.6. Dioſc. lib.5. c.fin. fit primùm ex fuligine exuſtionis reſinæ & picis. Intra officinas quæ excipiunt, adulteratur fornacium & balnearum fuligine, adhibito glutine. dicunt & fieri ex vini optimi fæce exſiccata, & excocta, fit & ex carbonibus ſarmentorum, & ſchidijs tedarum piſtorũ. Fit etiam ex collectione fumi per operculum olei nucũ, poſteà fuligini addita aqua glutinata. Deinde & alius color atrior, ſi comburas in olla oſſa ſeu nucleos perſicorum, aut cortices iuglandium, & carbones teras marmore cum aqua glutinata, aut ſi glaſtum ſeu *floree*, aqua eadem diſſoluas. Glaſtum herbam, poſtquam trita, ſiccata, & in

puluerem redacta eſt, vocant *floree*, Iſatidis ſuccus dicitur, & Indicus lapis quem diſſoluunt vrina lanarum potiſſimùm infectores. Amatus in lib.5. Dioſcor. enarrat. & in lib.2. enarrat.182. & ibi conſtant. in additionibus. Lazuli lapis Græcis κυανὸς λίθος, vel azulũ, noſtris *azur* Cyanei cærulei vel cœleſtis coloris eſt, cuius olim tria fuiſſe genera ſcribit Plin.lib.33.ca.fin. & Theophil. lib. de lapid. Aegyptium meliorem, Scythicum: Cyprium acceſſerunt poſteà puteolanum & Hiſpanienſe. Et factitij etiam multæ ſunt ſpecies. Fit & viridis color ex lazulo alurgue *vret d'azur*, quod & adiecta vrina fiet citius dicto. Oſtrum dicitur, *pourpre*, eſtq; purpurarum ſeu conchyliorum vel muricum cruor. de quatuor differentijs eius, pro regionis varietate, Vitru.lib.7. cap.13. Plin.lib.9. cap.36.& 38.& lib.21.cap.8. Iul.Pollux.lib.4.cap.1. Eo cruore trito in mortario, pictores inficiunt cretam argentariam, quæ nitorem argenteum reddit, vt ait Plin.lib.35.cap.6.& cap.17.& lib.17.cap.8. inficiuntur & lanæ. Coccinum eſt, quod noſtri, ſcarlatam vocant, Itali granum & chermeſinũ, vt notat Hermo. Barba.c. de ſaxifrag. & cocco baphica. Eſt autem κόκκος βαφική granum infectorium, herba Gallicè, *graine, vermillon, ou eſcharlatte*, Hiſpan. & Italic. *grana de tingere*, Arabicè *charmen & chermes*, de qua Plin.lib.9.cap.41.& lib.22.cap.2. Dioſcor.lib 4.cap.48. Coccineas tamen eſſe arbores in nouo orbe Hiſpaniola, & apud Caannibales autropophagos, quas Hiſpani dicũt Braſilium, Itali verzinum. Dixit P. Martyr lib.4. & lib.9. decad.1. & lib.10. decad.3. de rebus Oceani: & orbe nouo. Rubia tinctorum, dicitur Græcis ἐρυθρόδανον, Gallicè *garance*, de qua Plin.lib.19. cap.3. & lib.24.cap.11. Dioſcor.lib.3. cap.60. ex radice autem color colligitur, qui cum creta eretria, vel ſetinuſia, id eſt, candida mixtus in corpore excipitur, vt cæteri liquidi colores. Braſilij lignum raſum & decoctum colorem rubeũ, quam roſetam dicunt conſtituit. Si laccam fuliginem camini miſceas, fit rubeus color. Quò tenuius teres marmore minium, eò plus habebis: aurantij mali colorem, dicunt, *orangeat*. Inter colores qui obſcurant lacteum, eſt fuligo, vnde color *de tané*: ſi ocræ iunxeris, erit obſcurior, *tané obſcur*, Cæruleus quem dicimus, *contre perſe*, cum glaſto ſeu *floree*, & creta alba, vel calce viua mixtis, & ſimul tritis marmore, redditur: poſteà ſi penicillo vti velis, miſce vt in cæteris vel gluten, vel gummi, vel oleum. Si velis colorem carnis imitari, vocamus *incarnat*, tere laccam rotundam marmore, & miſce cretam albam



vel ceruſam, pro modulo repræſentandi coloris, vel loco laccæ, adde roſetam. Reddes colorem ſplendidum, ſi laccam aut ſanguinem draconis prius madefacias aqua vitæ, ſeu *ardente*, poſteà teras & miſceas cum ceruſſa. Roſeta fit, ſi ſumas cretæ albæ diu & benè tritæ, libras duas, vnam autem braſilij, & quadrantem aluminis, ita vt prius bulliant ſimul alumen & braſiliũ cum lixiuio, donec alumen fundatur; poſteà autem addatur creta, & inde ſiccari permittes. Fit ex fructu nigro liguſtri, baccæ effigie, nato ex ceruina ſpina (ſecundum Amatum Luſitanum in Dioſcorid. enarrat.109. quam exiſtimat Thamni ſpeciem Ruellius libro 1. de ſtirpibus capitulo 124.) perfectiſſimus viridis color, vocant Galli neprum & burgam ſpinam, Itali melam vel ceruinam, Hiſpani aluarem. vocant etiam hunc colorem librarij ſeu bibliopolæ *vert de veſcie*, quia ſic eum temperant vt grana ſeu prædictum fructum capiant, & relinquant in vaſe per ſeptem, aut octo dies, cui aquam aluminatam injiciunt, ſex libris granorum addentes vnam aluminis, & excoquunt bullitione ad conſummationem ferè mediæ partis aquæ, hancq; poſteà infrigidatam capiunt & colant, vel exprimunt linteo, & intra veſicam porci poſteà condunt, & exponunt Soli vel fumo ſiccandam.

## *Colorum quorundam affinitas.*

## CAP. IX.

ALbus color, niueus vt niuis recentis, candidus vt calcis recentis, vbi ſplendor, lacteus ſine ſplendore, aqueus albus valdè dilutus, vt & ſeri: cæruleus candido dilutus, vt aeris color vocamus *pers*, argentinus, plumbeus à ſimilitudine plumbi, albo nigricante cum ſplendore. liuidus illi ſimilis, ſed cum ſplendet: cinereus, vt cineris eſt: & nigricans albus nobis *clair brun*, fit iniecta ceruſa nigro. Viridis, varius, primùm vt in pratis antequam floreant: ſmaragdinus, vt gemmis eius nominis: color viridis ad ſatietatem ex chryſocolla vel ærugine: praſinus, porri folijs ſimilis, non ita intenſus: citreus, qualis in cortice mali medici, ex viridi & pallcari mixtus. Varius & rubeus primum vt ſanguis, purpureus clarior rubeo. Flammeus, ſplendidior purpureo, vt flamma, ferrugineus, ferro ſimilis æruginem contrahenti. Roſeus albus cum rubore mixtus, nos *incarnat*. Puniceus roſeo pallidior vinoſus, accinis vuæ ſimilis: glaucus, præter virorem flauum quoque contra-

net. Luteus, *iaune*, vt luteus oui: viuacior, croceus ſplendidior, & rubicundior, aureus, ab auro ſplendens: palearis aureus, non ſplendens, vt tritici palea: flauus qualis præmaturis ariſtis: æneus, *roux*, vnde ænobarbi *barbes rouſſes* fuluus, coloris caſtaneæ vel leonis, ſed cæneus obſcurior fuluo, balius ſcilicet color quem badium dicunt, *bay:* Gallicè, ruſticis apud nos *fauuel.* ſapadix Græcis idem quod rutilus cũ luteo, *rougiſſant:* qui autem aureus pallet vt aurum, antequã colorem excoquat, giluus dicitur, inde Gallis, *gris*, quaſi chryſeus. Niger, lucidus ut in ſerpentis dorſo: pullus obſcurior ferrugineo cum aliquo rubore: Plautus vocat morulũ, nos more obſcur. prannius niger eſt, ſed ſplendidus: rauus, niger, cum fuluo colore: vt raua lupa: niger cum candore, fuſcus eſt, vt camus *brun*, qualis color Maurorum. Sunt alij colores ab animalium colore nominati, pantherinus, camelinus, pardalis, &c.

## *De ſociandorum colorum arte, quam vocant adumbrationem.* CAP. X.

REgula generalis eſt, ſplendidos colores ſplendidis eſſe ſociandos, id eſt, adumbrandos: obſcuris autem & obſcuros, adumbratio, itaque azuri, fit aqua cæruli Flandriæ, id eſt, *de pers de Flandres*. Adumbratio cinnabrij, ſeu *vermillon*, eſt ex acca trochiſcata vel rotunda, aut aqua braſili cocti ſine alumine cum aqua glutinata. Adumbratio auri pigmenti, ſeu *orpin*, eſt varium colorem inducere, dicunt *couleur changeante*: quod fit aut cum cinnabari, aut roſeta, aut lapide lazuli ſeu *azur*, aut plerunque cum fuligine camini, vocant *viſtre*, Ad ceruſſæ adumbrationem quilibet alius color commodus, excepto auripigmento, quod eam reddit atram. Adumbratio ſandarachæ Græcorum, ſeu nobis *maßicot*, fit cum fuligine in aqua glutinata diſſoluta. Adumbratio roſetæ, aqua breſilij: eminentias autem recipit, vocant *relieuement*, cum ſandaracha Græcorum ſeu *mißicot*, aut auripigmento, quæ reddat colorem variantem ſeu incarnatum. Obſcurum autem adumbratur cum fructu crucis ſpinæ, ſeu, vt diximus, *vert de veßie*, aut fulligine. Adumbratio coloris carnis, vocant *incarnat* eſt ceruſſa mixta cum modico cinnabari, & duplici eius partis cretæ & ochre luteæ, *d'ocre iaune* adumbratur ochra cum fuligine trita & diſſoluta aqua.



## *De coloribus dilutis ad ſcribendum.* CAP. XI.

VT pares colorem roſeum, Rec. viridis ſucci ſolani ſeu ſolatri hortenſis, vocant Galli, *morelle*, aceti gummati parũ, coque & terè & ſcribe, idẽ præſtat ſuccus granorum burgæ ſpinæ, ſeu negrapum cum alumine. Color ſmaragdi pulcherrimus, recipe viride æris parũ lythargyrij incorpora cũ vrina pueri, ſcribe. Cinnabaris ad ſcribendũ, accipe cinnabarim tere ſupra marmor cum aqua, ſicca, & poſteà cum volueris operari, diſſolue cum albumine oui, quod fuerit multa agitatione liquidum, vel addito ficus lacte: citius enim diſſoluitur, & gummi inſtar eſt, & vtere. Viridis color ſic fit: accipe viride æris, tere optimè, poſteà infundatur in optimum acetum, vbi reſideat per duos aut tres dies, acetũ poſtea inde extrahe, & illud ſuper aliud viride æris benè vt ſuprà tritũ infunde, mibi per alios duos dies moras trahat, deinde extrahe liquidum relicta fæce viridis æris, & in ampullam repone, & inijce modicum croci, & vtere. Auro & argento ſcribere vt poſſis, accipe bracteas auri vel argenti, tere ſupra marmor cum ſale, poſteà pone in aqua lucida & nitida in vaſe vel cratere vitreo, poſtquam ſal fuſum erit & aurum ſubſidebit fundo, cape & diſſolue cum aqua gummata, ſcribe; moneo tamen literam ſubnigram futuram, verum ſiccatam, ſi dente canis aut apri poliatur, pulchrã fore. Atramentum promptuarium, ſic conficitur: cape gallarum optimarum, ſolidarum ſcilicet & criſparum vncias 3. tere, infundantur in libram & ſemiſſem aquæ pluuiæ, in vaſe vitreo madeſcant ſimul per 2. dies: inde addantur chalcanti bene ſplendentis, & tenuiſſimè pulueriſati vnciæ duæ, & miſceantur ligno ficus: relinquantur in Sole duobus alijs diebus, adde deinceps lachrymæ arabicæ in puluerem redactæ, & corticorum malorum punicorum in fruſta ſingulorum vnciam vnam: poſt vnum demum diem coquantur, ita tamen vt leuiter tantum ferueant igne lento, colo & in vaſe plumbeo aut vitreo recondito. In atramento fluxio ex aqua eſt, corpulentia à lachryma, nigredo à chalcantho, quam iuuat galla, ſplendor à cortice vel ab alumine.

## *De baphicis infectoribus pannorum.* CAP. XII.

DE baphis plura habeo dicere, ſed quia tinctoria
que obuiam ſunt & patent, omittam, dum mo-
ro eos dilutis coloribus vti maximè calce, alumine,
breſilio, rubia, gallis, chalcantho, vrina, aceto, lim-
temperatis: eadem de coriarijs, qui coria & pelles
gunt, cogita: permulta floribus, corticibus, lignis, infi-
tur. multa quoq; terra, ſpuma, atramento, animalium
nie, vino, fumo, lixiuio, mari etiam vt ſulua, luto ipſo, he-
baceo & calloſo, nucum in glandium cortice, cum
erythro gal, dicto ſumach. officinis, calycibus grandium
apud Italos.

## *De imbuenda cera coloribus, ad ſubtilia opera quædam peragenda.* CAP. XIII.

SOlent qui fingunt miras imagines, & eas phialis
ampullis anguſti orificij immittunt & implant
cum forcipulis vel alijs inſtrumentis, calente vaſc
ſolo intra ad recipiendas imagunculas idoneo. cera
xari quam vocant, vulgò gommiſſe. Quam ita tempe
par eſt, vt colorem habeat & ductilis reddatur, nō ſimi-
lis. Quamobrem ductilem faciunt, & dulcem, vt dicu
addendo & miſcendo paululū terebinthinæ abietis. Co
lorant aūt additis coloribus: vt ſi velis albam ceram, cum
ceruſſa trita marmore addito paululum terebinthina
miſceto: ſi luteā, albam vel nouā ceram capiūt & miſce
probè, cum bene trito in marmore auripigmento, addi
quoq; terebinthina. Si viridem, miſce ceram albam cu
viridi æris, trito, & terebint. Si coloris aurei (vocant or
geat) miſce cum minio (vocant mini) trito, & terebint.
nigram, miſce eandem cum cinnabri trito & terebint.
incarnatam vt dicunt, miſce cum lacca rotunda & ceru
tritis cum terebint. Sic de ſimilibus coloribus, quos
tos miſcebis cum cera alba & terebinthina.

## *De ſculptoribus ſeu anaglyptis & cælatoribus.* CAP. XIV.

PIcturæ partem ſine coloribus, exercent anaglyptæ
cælatores, & prius lineamentis in buxo vel ære,
alia materia ductis, illa graphio vel ſtylo vel viricul
vel celte exarant: in buxo potiſſimùm & alia materia
gnea & vnionum ſeu lapidū: at in alia materia ærea,

ferre



ferrea, prius vernice illinunt laminas liquida & tenaci,
vel ex cera noua cum ceruſſa & maſtice temperata, vel a-
lio modo, cum pice & oleis, cui poſtmodum graphio vel
ſtylo imprimunt figuras, quas aqua forti replent & exca-
uant, aut ſine vernice viriculo vtuntur. Inter ſculpturam
& cælaturam, hoc intereſt quod cælare eſt, cauam facere
imaginem, vt in ſigillis, ex quorum impreſſione poſteà
ſurgit prominens imago: at ſculpere, eſt ſtatuas imitari,
& prominentes imagines reddere. Anaglyptica hæc o-
pera, dicuntur, *œuures de relief.*

## *De Statuarijs.* CAP. XV.

STatuæ, cum ex præſcriptis iam ſymmetria & præce-
ptis alijs conſtet, non habent propriam conſideratio-
nem, ſed pro modo materiæ ex quibus fient, diſtin-
guentur, vt ſequitur.

## *De Plaſtica.* CAP. XVI.

PLaſtices eſt, ex terra, ex argilacea terra fingere ſimili-
tudines, vel ex gypſo, cera, ſulphure, vel ſimili mate-
ria. Praxiteles plaſticem dicebat matrem ſculpturæ,
cælaturæque. De hac Plin. lib. 35. c. 12. Pictura ſolis colo-
ribus conſtat, attamen alia quàm plaſtices ars illa efficit,
vmbrarum demonſtrans affectum, vt ait Philoſtrat. lib. 1.
de Iconibus. Plaſtes faciunt interdum ſtatuas ſolidas, in-
terdum concauas. Ars certè perpulchra, in formandis i-
maginibus per fuſionem metallorum, vel aliorum liqui-
dorum, quæ poſteà indurantur. Fiunt autem pro minori-
bus, arculæ quædam & cancelli, quibus pulueres tenuiſ-
ſimi vel ſmiridis, tripolis, pumicis, lapillorum, antiquo-
rum laterum, ſepiæ teſtium, hircij combuſtis oſſibus, ferri
rubigine, cineris ſarmentorum, cineris lixiuij domeſtici,
arenæ ex cerniculo poſt trituram elaboratam extractæ
ſubijcientur. Poſteà typus imitandus ſeu proplaſtice, vo-
cant Galli, *Le moule*, includitur & premitur: ſubinde eo
extracto, infunditur per notatos canales vel ſpiramenta
in vacuum illud typi concluſi, materia quæ referat proto-
typi imaginem. Interdum cera, maiorum imaginum for-
matur typus, poſtea vngitur pinguedine, & illinitur terra
argilacea, vel glutine vel papyro trita, vel gypſo, vel alijs
rebus ſimilibus quæ indureſcunt, quibus inſiccatis igni
exponitur typus, ita inuolutus, & cera ab igne per ſpira-
menta euacuatur, & per eadem poſteà intra typi vacuum
materia infunditur, quæ ceræ & eius typi formam refert,

N 4

excisa incruſtatione Et de hac arte perpulchrè docet Pyrotechnia Vanochij Biringueci Senenſ. lib.8. apud quem reliqua ſi te hæc delectant, videbis. Tractat etiam de typis formandis bombardarum, & campanarum, de fundendiſque metalli illis idoneis, & de formatione [illegible] lib.6.&7. quæ hic non repeto.

### *De Aurificibus & arte eorum.*

### CAP. XVII.

OMiſſis fabris illis, qui in mineris glebas metallicas inquirunt, purgant, & excoquant, qui miſcentur, qui chalybem perficiunt, de quibus Vanochius in 1. ad alia progredior. Ex 9. itaque lib. Vanochij, cap. 4. vbi ars aurificum tractatur, circa auri & argenti opera formanda, in artificibus exigitur, vt nouerint aurum & argentum diſtinguere, probare, cælare, & ſculpere, fundere, formare, concoquere, ductile reddere, ferruminare, tingere, encauſtum ponere, ſeu *eſmailler*. Probatur argentum & aurum lapide lydio, igne, cineratione, fuſione, &c. Fuſio in vaſculo fit, quod crucibulum vocant, quia profundius quàm latius in fornaculo ope follium: funditur autem citius aurum & argentum, ſi ſuperponatur vitrum tritum, vel cera, vel ſal halcali, aut quatuor fiſtula ſublimati triti addito vehementi igne. Formant per proiectionem fuſionis in puluere, de quibus in plaſtice dictum, poſteà malleolo accudunt, vel viriculo proſequuntur, & poliunt & diſtinguunt. Quòd ſi aurum crudum ſit, & friabile, ductile reddunt per cineritium, id eſt, *par la Coupelle, ou Cendree*, vel fundendo cum ſale citri, aut tartaro, aut vitro trito, aut halkali: ferruminatio, ſiue *ſouldure*, dulcior debet recompaginanda eſſe auri & argenti optimi: ferruminatio facilè fit, per viride æris & chryſocolla quæ artificibus Gallis borrax, Hiſpanis & Arabibus attincar. Alia difficilior eſt quæ componitur æquali pondere argenti boni & æris, & quarta parte cupri contriti, cum paululo chryſocollæ. Tingitur aurum pallidum, vel colorem accipit, ſi vngatur diſſolutione viridi æris, ſalis ammoniaci facta cum vrina aut aceto; poſteà enim ſupra prunas ignis poſitum ſplendet, & in vrinam immerſum fricatur vt color inſpiciatur. Argentum, aurum inauratum, etſi velis aurum, item lauatur cum aqua bulliente cum ſulphure trito vel tingitur aurum, fumo cornuum arietis, vel aqua decoctionis eorundem. Encauſtum ſiue *eſmail*, imponitur facilè ſpatella. Encauſta autem diuerſorum



colorum facta parantur, quę dum imponuntur auro vel argento, oportet prius quæ non vis encauſto inurere, xylto deſiccare. Quod ſi velis inaurare, & argenti colorem inducere, non aureis & argenteis, duplex via: altera, accipe bracteas vel folia auri vel argenti, inunge argento viuo, poſtea operi impone, & igni obijce, euaneſcit mercurius, & hæret bractea rei. Altera, cape aurum purum cum mercurio, & extende cum virgula cupri, ſupra opus, tunc ignis reſoluet in fumum mercurium: & ſi aurum ſit, pingitur vrina: ſi argentum impoſitum æri aut cupro, proijcitur in oleum.

### *De Fabris monetarijs.* CAP. XVIII.

QVi huic opificio monetæ vacant, primum aurum vel argentum vel aliam materiam quam vocant, carath *ligne remede*, ad eam mixtionem reducant quam princeps ſtatuit, fundant, dehinc in virgas extendant per tabulata ferrea prius inuncta cum ſtercore bouino diſſoluto cum forti lixiuio pannorum lineorum, ſapone communi, ſeuo antiquo, aut pinguedine dilatent, inde ſcindant in quadratulas partes iuxta pondus aut paulò amplius excudendæ monetæ. Recoquant in patinis, dent percuſſoribus: adſint cuſtodes, qui pondus iuſtum exigant, rotundent, colorent, inalbent tartare, ſale, alumine.

### *De Fabris æris, & æris cypiri, vel cupri.*

### CAP. XIX.

AEris fabri, & imagines & vaſa quoque conficiunt & conflāt: ſed labore maximo qui ex ære Cyprio quia eius æris Cyprij materia, ægrè ductilis, & tamē malleationibus crebris extendi debeat, intus & extrà. Durius tractatur æs quod vocant latonem, tornationibus tamen politur. Iuuantur horum fuſiones, ſi dum fundi deſideras, adijcias vel ſtannum, vel arcinicum vel ſublimantum, aut alia vnctuoſa, vt oleum commune, aut pinguedinem. Ferruminatio æris Cyprij, eſt compoſita argento impuro, ſiue *argent bas*, cupro vſto, mixta chryſocolla ſeu boracc. Sæpe etiam eſt ſanno & plumbo, cum pice Græca mixtis. Inducunt autem vaſa Cypria intra pellicula ſtannea, ne cuprum prauum odorem contentis & decoctis ſuggerat, cum eadem ferruminatione, ebullita prius cum aceto & parum ſalis, & quarta parte plumbi, & aliquantulum pulueris picis Græcæ. Ferruminatio æris, vel

latoni fit duabus vncijs ſtanni puri, & vna plumbi ſimul fuſis & mixtis. Si velis æs ferruminare, prius ſcalpe, vel lima frica locum ferruminandum: calefac latonem loca, ei poſteà inijce puluerem thuris & reſinæ, poſteà ferrum candido ex prædicta ferruminatione impone, & conſolidabitur: ne autem ferruminatio aliud quam ferruminandum locum occupet, vicina inunge aqua, in qua creta ſit diſſoluta & ferruminatio ibi nulla inhærebit,

## *De Fabriferrarijs.* CAP. XX.

MOlliunt ferrarij artifices ignibus ferrum, & malleorum ictibus incude extendunt, crebriſque immerſionibus obdurant. Cum chalibe iungunt, bullicionibus: inde inſtrumenta & vtilia & nocentia parant, ruderant, perficiunt, & poliunt. Colores aut ferro dant, album ſeu argenteum luteum, ſeu aureum lazuli, quem vocant violaceum, *violet*, & cineritium. Vtuntur ad id ſapone, vngue bouis, vitro trito, ſale communi diſſolutis aceto: dum ferrum candens eſt reſtringuunt, ſplendorem ei addunt per decoctionem vel extinctionem factam in aqua compoſita ex viridi æris, tartaro & ſale communi, & vino albo, cuius decoctione bene politum antea ferrum, ad cypri æris redigunt ſimilitudinem. Quod & ſi aureum velint, inungunt mercurio, in quo diſſoluitur aurum, poſteà igne mercurium fugere cogunt. Emolliunt ferrum vnguibus equorum, item ſi bulliat cum corticibus oui aut pulueris calcis viuæ, & mollius adhuc fiet, ſi vnctum cum oleo amygdalarum amararum inuoluant cera immixta cum aſſa fætida, & deinde ſuperimponant inuolucrum ex terra argilacea compoſita cum vitro trito, & feruori ignis committant, in fornace, per integram noctem, & quouſq; ignis eius extinguatur. Durant cum extinctione in ſucco raphani: addit Orontius in propoſitione 11. de ſpeculo vſtorio, ſucco raphani lumbricos terræ, expreſſis ſuccis poſteà per pannum, in quos extinctum ſæpe chalybem, & ferrum & lapides ſcindere vt plumbum, ait. Sculpunt autem aqua forti, ex ſale ammoniaco, ſublimato mercurio, viridi æris, & pauculo gallæ nucis, cum aceto compoſita, qua mixtura impletur locus ſtylo exaratus poſt eraſam vernicem, vt dixi. Fit vernix, qua illinitur ferrum ab aliquibus pice, oleo lini, thuris modico, concoctis & inſpiſſatis. Fiunt ex chalybe ſpecula, diuerſæ ſectionis & parabolæ, quæ poſtea poliunt.

*De alijs*



## *De alijs fabris metallarijs & lignarijs.* CAP. XII.

SVnt ex metallis innumeri ferè alij artifices, ſtanni, plumbi, & auri, & argenti, & ligni. aliqui enim inde vaſa, alij organa componunt, alij tornant, alij bracteas ex ſtanno tenuant, & penicillo colore aureo induunt, vel argenteo, vel etiam vitrum in ſpeculum obſcurant bracteolis impoſitis, vel ſtibio & ſtanno confuſo & limato conflant: alij fila ex auro & ære trahunt, vnde chordę inſtrumentorum fiunt: alij filum auro inueſtiunt, quod poſtea intexitur: alij mercurio, à rebus inauratis aurum extorquent & ebibunt, quem tamen deinde mercurium in coriacea crumena quod acceperat, euomere cogunt, & igne exſufflant. atque tantum valuit habendi vel viuendi cupido, vt nihil intentatum reliquerit, ex quo victum vel quæſtum comparari poſſe arbitraretur.

## *De Fabris vel opificibus vitri,* CAP. XXII.

VItri inuentio & opificium apud Plinium eſt lib. 36. cap. 29. apud Cardanum lib. 5. de ſubtilit. in fin. & lib. 10. de rerum varietate, cap. 52. apud Vanoccium, lib. 2. pyrotechniæ, cap. 14. Amatum in 4. Dioſcorid. 54. enarrat. Et quomodo ex vitro adulterentur gemmæ, & ex cryſtallo, tractat Ioan. Baptiſta à Porta lib. 4. magiæ natur. cap. 16. & 17. Alijq; plures ex vitro prodierunt artifices, vt qui ſpecula apparant, qui ſpecilla ſummo vſui & vtilitati viſus poliunt, qui vſtoria ſpecula tornant, qui cathenulas & anulos ex vitreis virgulis torquent. Quibus accedunt ij, qui cryſtallum fundunt, & eximia opera in vſum, & voluptatum hominum communicant.

SYNTA-

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER XXXII.

## In quo agitur de Anima rationali.

### *De Diſtinctione animæ.* CAP. I.

OMne animal ab anima dictum videtur, vt animatum: dixerunt & in plantis animam vegetabilem; & ſicuti triplicem vitam conſtituunt, plantæ animalium, & hominis, ita & tot diſtinctiones animæ: verùm plantæ impropriè anima dicitur, minùs propriè de brutis: propriè autem anima eſt rationalis. *Sicut* & animal propriè homo, præcedens omnia animalia animæ immortalitate, & corporis præſtantia, vt ait Galen. lib. 17. de Vſu part. cap. 2. intelligentia, ſcientia, ratione, & animo à cæteris diſtinctum, vt notat Galen. Orat. ad art. & in Finit. medi. vt notat doctè Beſſario lib. 2. in Calumniat. Plat. cap. 7. hocquemodo abſolutè animas dixit immortales Plato in Timæo, eas ſcilicet quæ hominum ſunt. Stoici quoque animam plantæ naturam dixerunt, hominis immortalem: animalium autem, aëre & alimento egentem, vt ſcribit Galen. lib. 1. de Morb. vulgar.

### *Quid anima brutorum.* CAP. II.

ANima dicitur in brutis, id quod animat corpus ad viuendum, ſentiendum, vel viuificandum, vt ait D. Auguſt. de Eccleſ. dogm. cap. 2. Ioan. Damaſc. lib. de Decret. & placit. & primis inſtitut. ſic anima pro vita, vt Geneſ. 1. Producat terra omnem animam viuentem, &c. Exodi 4. Mortui ſunt qui quærebãt animã Moſis: & Matt. cap. 2. Quid autem ſit brutorum anima, docet *Simplicius* in Prooemio in libros Ariſtotelis, eſſe facultatem illorum & formam. Verùm hoc dixiſſe non ſatisfacit ijs, qui res intelligere ſatagunt. Quocirca finitio Ariſtot. adhuc diſſidij maioris cauſa fuit, dum dixit hanc animam eſſe ἐντελέχειαν, corporis phyſici organici habentis vitam, potentiam, 2. de Anima, cap. 1. Entelechiæ illi motio, perfectio formæ animalis: atque vt pupilla & viſus oculus eſt, ſic anima & corpus in animante, ſed gubernat anima, obedit



dit corpus. Longa autem de hac ἐντελεχείᾳ controuerſia inter Plutarchum, Ciceronem, Budæum, Lud. Viuem, quam agitat Melanchthon 1. de Anima, & Themiſtius in 3. Phyſic. Ariſtot. nos interim ἐντελέχειαν continuam agitationem explicamus, quam ex voluntate & verbo Dei inditam credimus: dixit enim, Et facta ſunt, mandauit verbis conceptis vt fierent bruta in animam viuentem & mouentem, & ita facta ſunt, Geneſ. cap. 1. Forſan non longè aberrauit à vero Ariſtoteles, dum ait hanc animam eſſe ſubſtantiam corporis animalis, lib. 2. de Gener. anim. cap. 4. Rurſum ſubſtantiam & formã animam, & actum corporis viuẽtis, ratione eius corpus eſt, lib. 2. de Anima, cap. 4. atque ita animal ſua natura indita, viuit & mouetur ex tota ſubſtantia, vt alimenta leuia ſecundùm Ariſtotelem lib. 8. Phyſ. & 4. de Cœlo, ſurſum mouẽtur, & grauia deorſum, idq; à principio intrinſeco, & propria forma. Neque mea ſententia alia dari poteſt huius ratio, q̃ voluntatis & legis præſcriptæ Dei, quæ ordinem rebus & naturis conſtituit, vt ait etiam Philo Iud. lib. de Mundi opific. Galen. item ratus eſt, animam (vt opinantur animalem) eſſe vel temperamẽtum actiuarum qualitatum, aut quod ex ipſo temperamẽto permutatur, lib. 3. de Loc. affect. cap. 6. Quę tamen finitio potiùs ad plantarum vitam, quàm animalium pertinere videtur. Nam de ijs, quæ ſanguine conſtant, lib. 2. de Sympt. cauſ. non auſus eſt animam finire, ſed dixit eam vti, veluti inſtrumentis, calore & ſanguine, vel in his eſſe: quod neque verum perpetuò, vt in inſectis, quæ ſanguine carent, & tamen viuunt: niſi quid dicamus in iſtis loco ſanguinis. Sic verum erit quoque, ſanguinem eſſe vehiculum animæ, & animam eſſe in ſanguine, vt dicitur Leuit. 17. ſed ſanguis tamen anima non eſt, & corrupto ſanguine corrumpitur quidem corpus animale, vt ait Ariſtoteles *lib.* 3. de Hiſtor. anim. cap. 19. Sed non animal ideo minus animal, etſi qualitatis quædam aliæ ex ſanguine ſint, ex calore qui à corde ortum trahit, vt ait Galenus lib. 1. de Temperam. hinc quæ ſanguine multo abundant benè calido, viuaciora ſunt & iracundiora cæteris animalibus, vt ait Plinius lib. 11. cap. 38. Nam animoſitas à calore, vt metus à refrigeratione ſanguinis, vt ait Ariſtoteles lib. Problem. ſect. 10. quęſt. 59. At non hoc ex ſanguine, ſed vi animati. Nam quandiu corpus animatur, ſanguis animatur, & feruet, & qui plus viui ſanguinis habẽt, plus viuere dicuntur Ariſtoteli libro 3. de Hiſtoria animalium, capite 19. & de Generatione animalium, capite 10.

Verùm

Verùm ſi refrigeratur nimium, etſi ſanguis adſit, tamen non vita adeſt animalis: exemplo morientium, qui quia calore deſtituuntur, iſque per meatus & oculos exit, oculos ſurſum attollunt qua parte exit calor: cùm autem per ſomnum calor inter ſe colligit deorſum, & deorſum oculos conuertunt, vt idem Ariſtoteles ait Problem. ſect. 32. quæſt. 1. quin & ad vitam animalem retinendam vim ſanguinem & calorem eſt reſpiratio neceſſaria & inſpiratio, quæ innatum calorem conſeruant, vt ait Galenus libro de Cauſ. reſpirat. & Ariſtot. lib. de reſpirat. Exemplo autem eſt, quòd animalia morientia exſpirant, nec amplius reſpiret. Quamobrem etſi ſanguis dicatur materia corporum animalium, vt ait Ariſtoteles libro 3. de Generatione animalium, & alibi ſæpe, tamen nec ſanguinem, neque quippiam aliud nobis cognitum conſtat eſſe animam, ſed certam mortalem ex tota ſubſtantia animant. compoſitionẽ & naturam à Dei lege conſtitutam.

## *Quid Anima rationalis.* CAP. III.

DIuus Auguſtinus libro de Spiritu & anima, cap. 8. Anima, inquit, eſt ſubſtantia rationalis, intellectualis à Deo facta, ſpiritalis non ex Dei natura, ſed potius creatura, ex nihilo facta, in bonum malumque conuertibilis. Et aliam finitionem adfert libro de Cognitione veræ vitæ, cap. 5. refert & libro de Spiritu & anima, cap. 6. finitionem Philoſophorum, qui animam dixerunt omnium rerum ſimilitudinem. Anima itaque eſt ille homo interior: hæc cùm viuificat corpus, anima eſt, cùm vult, animus: dum recolit, memoria: dum iudicat, ratio: dum ſpirat & contemplatur, ſpiritus: dum ſentit, ſenſus: vnde & ſententia nomen accepit. D. Auguſtinus libro de Spiritu & anima, cap. 54. Tertullianus quoq; libro de Anima, probat mentem ſeu animum, quem Græci vocant νοῦν, idem eſſe cum anima, & νοῦν eſſe ſuggeſtum animæ inſitum, natiuum & proprium, quo agit, ſapit ex ſemetipſa, & ſe communicat in ſemetipſa, &c. Max. Tyrius Serm. 1. animam duobus inſtrumentis vti ad intelligendum, mente & ſenſu. Gregorius Nicenus in diſputatione de anima & reſurrectione, cum ſorore Macrina: Anima, inquit, eſt eſſentia facta, eſſentia per ſe viuens, intellectualis, corporeis ſenſum inſtrumentis viuendi, atque ea quæ cadunt ſub ſenſus percipiendi, facultatem ac vim per ſeſe ſuggerens ac immittens, quandiu earum rerum natura capax eſſe videatur.

Quid



## *Quid Spiritalis anima.* CAP. IV.

ANima rationalis nec corpus eſt, nec ex corporibus conſtat, ſed eſt ſpiritus & incorporalis. Sic Euſebius lib. 6. de Præpar. euang. cap. 5. incorporalem eſſe animam docet pluribus Claud. Mamertus lib. 1. de Stat. animæ, cap. 4. Plotinus lib. 7. Ennead. 4. cap. 2. & 6. D. Auguſt. lib. 1. de Origine animę, ad Hieronymum, cap. 3. Quamobrem falſa, & à Chriſtiana ſententia aliena aſſertio Philoſophorum, quorum alij ex igne factam dicunt, vt Hipparchus & Heraclitus, vt & Phornutus libro περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως, in Ioue. Alij ex aqua, vt Hippon & Tales, Ariſtoteles 1. de Anima, cap. 2. alij ex ſanguine, vt Empedocles & Critias: alij ex quinta eſſentia, vt Critolaus & Peripatetici: alij ſpiritum ſcilicet ventum, vt Stoici. Plotinus lib. 7. Ennead. 4. cap. 4. alij ex atomis, vt Epicurus & Lucretius: alij craſim & temperaturam cuiuſcunque animalis, vt quidam Medici: alij aërem: alij excellentius quid, vt Timæus apud Platonem in Timæo. Pythagoras & Xenocrates, numerum ſeipſum mouentẽ. Clearchus harmoniam quatuor elemẽtorum: Anaximenes, Anaximander, & Archelaus, aërium quid: alij alia quædam, vt tradit Theodoretus lib. 5. cont. infidel. Ariſtoteles 1. de Anima, cap. 2. Cicero 4. Academ. quæſt. Greg. Nicenus lib. 2. de Philoſ. de Anima, cap. 1. Videtur quoq; erraſſe in hoc Tertullianus libro de Anima: quia nulla materia corporali vel mixtione conſtant animæ, ſed in ſua propria ſubſtantia ſpiritali creatæ, quanquam comparatione ſimplicitatis ſpiritualis Dei, omnia compoſita & materiata videatur, vt diximus in Angelis & materia.

## *À ſolo Deo animam creatam cum corpore.* CAP. V.

ANima non naſcitur, ſed fit, vt ait Tertullianus libro de Teſtim. anim. ſibi contrarius poſteà. Plato innatam & infectam animam eſſe voluit: nos autem innatam & factam docemus ex initij conſtitutione, quòd ex Dei flatu facta ſit, Tertullianus libro de Anima, vbi de eius ſubſtantia agit. Verùm facta eſt à ſolo Deo, & ex nihilo. D. Auguſtinus epiſt. 7. de Origine animæ ad Hieronymum. D. Thomas 2. aduerſ. gent. cap. 88. Leo I. epiſt. 71. vel 91 in tom. 2. Conſil. Irenæus 2. contra hæreticos, cap. 63. & 65. Greg. Nazianzenus in Apologet. Lactantius lib. de Opificio Dei, cap. 19. non tamẽ ex ſubſtantia Dei. Non

enim

enim ſunt conuulſiones Dei, vel eius particulæ animas putat Plato in Timæo, Macrobius libro 1. in Somnio Scipionis, cap.22. Arianus Stoicus, & Merc. Triſmegiſtus; ita decretum in Concilio Braccarenſi I. cap.5. Epiphanius lib.1. cõtra hæreſes, cap.2. lib.2. cap.27. probat. & D. Chryſoſtomus homil. 13. in Geneſ. vt contra hæreticos diuerſum ſentientes docet Irenæus libro 1. aduerſus hæreſes cap.24. Conſilium Braccar. I. cap.5. Leo I. epiſt.91. cap.5. Quamobrem alienũ à veritate, ab angelis fuiſſe animas factas, ſicuti falsò putabant Luciferiani. Auguſtinus lib. de Hæreſib.81. ſicut & Auicenna ex igne, aëre & angelis, vt à cauſis efficientibus authore Philaſtro, quem Seleucus & Hermias hæretici ſequuti, D. Auguſtinus de Hæreſib. ad quod vult Deum hær.59. falſum quoque à propagatione parentum animam traduci per generationem, vt quidam tradunt, ſicuti in ea ſententia palpat & nutat Ariſtoteles lib.2. de Generat. animal. cap.1. Galenus, Tertullianus de Anima, quem refellit Auguſtinus lib. de Hæreſ. ad quod vult Deum, hæreſ.86. cuius erroris & Apollinaris Alexandr. vt refert Gregorius Niſſenus libro 2. de Anima, cap.6. & in Hiſt. tripart. lib 5. cap.44. D. Hieronymus tomo 7. in cap.12. Eccleſiaſt. Porrò animæ ſeparatim creatæ à Deo num ab initio mundi, vel ab æterno ſimul, vt quidam omnes falsò creatas putant, & alibi cuſtodiri, donec immittantur in corpora, vt putarunt Plato in Epinomide, & lib.10. de Legib. Macrobius, teſte Cælio Rhodigino lib.10. cap.16. Et Origenes, contra quem diſputat D. Thomas lib.2. contra Gentiles, cap,83. & 84. D. Chryſoſtomus tract. in 2. cap: Geneſ. D. Auguſtinus de Eccleſ. dogmat. cap.14. Non enim anima creata ante corpus, ſed ſimul à Deo creatur, & corpori infunditur, vt ait Leo I. epiſtola 71. & 91. tom.2. Concil. Greg. Nazianzenus Orat. 32. Greg. Niſſenus lib. de Creat. homil. cap.29. Vt faceſſat longè falſa opinio illorum, qui rati in corpora miſſas animas pro earum caſtigatione: inde animam dicentes ψυχλὼ frigidam, vt corporis conſortio frigeſcentem, & corpus δέσμος quaſi vinculum, & σῶμα quaſi σῆμα ſepulcrum animæ, apud Platonem in Cratylo. Quæ ſententia & fuit Origenis, vt ait Epiphanius epiſt. miſſa ad Ioan. Hieroſol. & Theophilus Alexandr. lib. 1. Oper. paſch. in volumine Antidot. hæreſ. D. Auguſtinus lib.10. de Ciuit. Dei, cap.30. & de Origine animæ libro 1. cap.19. D. Hieronymus epiſt. ad Pammachium, tom.2. & epiſt. Marcellino Anapſychiæ & tom.9. in cap.1. ad Epheſios. Refert Nicephorus lib.17. Hiſtor. cap.27. & 28. hãc hæreſim Origenis damnatam ſynodo 5. Conſtantinopoli, tempore Iuſtiniani. Hinc & tollitur error Pythagoræorum, qui metemphychoſim poſuerunt, & animas ex corporibus in alia corpora tranſmigrantes, non tantùm hominum, ſed & brutorum, de qua meminit Max. Tyrius ſerm.28. Diog. Laert. in Pythag. lib.8. Ouid. lib.15. Metam. ibi:



*Morte carent animæ, ſemperque priore relicta*
*Sede, nouis domibus viuunt habitantque receptæ.*

Quam ſentẽtiam irridet meritò Lucian. in Gallo. Hunc porrò errorem ſentit Iamblichus, ab Aegyptijs in Græcos & Pythagoram manaſſe. Idipſum etiam Herodotus, atque euolutionem quandam annorum Plato, circa hanc peregrinationem animarum ad expiationem ſcelerum adiungit. Homerus tamen contrà, non reuerti animam ſemel ſeparatam voluit, Iliad.9. dum ait:

ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν οὔτε λῃϊστή,
οὔθ' ἑλετή, ἐπεὶ ἄρκεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων. id eſt,
*Anima autem hominis rurſum trahi nequit, neque eſt prædabilis,*
*Neque trahibilis, poſtquam pertranſierit ſepta dentium.*

Atque plures ſententias de origine animæ refert D. Auguſtinus epiſtola 157. Eugubinus libro 9. de Perenni philoſoph.

## *De Animarum nobilitate.* CAP. VI.

MAgna animarum dignitas, quæ ab ortu hominis cuiuslibet, habet ſuum angelum cuſtodem, Matt. 18. angeli illorum, &c. vnde mira creationis humanæ exprimitur ſolẽnitas Geneſ.1. ibi, Faciamus hominem &c. Et inſufflauit, &c. Nec tamen ignorandum, pulchritudinem eius deturpatam per peccatum prioris hominis Adami, vnde & corpora noſtra laboribus addicta ſunt, & anima morti, quæ eſt priuatio cœleſtis gloriæ: Geneſ. cap.3. quod ex parte intellectum ab Ethnicis, præbuit anſam errandi, vt dum Carneas, Euxitus, & Pythagoras dixerunt, huic corpori vitæq; noſtræ animas fuiſſe caſtigationis gratia alligatas, vt ait Athenæ. lib.4. dipnoſoph. c. 18. & Cic. 1. Tuſculan. hoc etiam ſenſiſſe videtur Plinius 10. cap.63. dum ait, homini tantum primi coitus eſſe pœnitentiam, augurium, ſcilicet vitæ à pœnitenda origine: ideo forſan & Cic. in ſomnio Scip. diuerſoriũ animæ corpus dixit, & hoſpitiũ, non habitaculũ, & ibi latè Macrob. lib. in ſom. Scipio. c.7. ex Plotini & Plat. ſententia. Quam-

obrem & poſt lapſum illũ primi parẽtis, anima omnia quæ impoſuerat antea omnibus rebus conuenientia nomina, tenebris ignorantiæ repleta eſt: verum reſtituta ſuo candori gratia Dei, & redempta à ſeruitute cui erat addicta per Domini noſtri Ieſu Chriſti precioſiſſimum proprium ſanguinem, non corruptibilibus, vel auro, quia de immortali anima redimenda agebatur, & ob quam pretium eximium ſoluendum erat, quod in aere & bonis humanæ purè naturæ non erat, nec creaturæ cuiuſuis, niſi in ſolius Dei poteſtate: quò factum, vt expediens esset verum hominem mori pro toto populo, qui tamen etiam verus Deus eſſet, ſed immortalis & impaſſibilis in quantum Deus, qualis fuit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui nobis, ſi velimus, dedit poteſtatem filios Dei fieri, Ioan.1. per eius ſanctiſſimæ & efficaciſſimæ ſolutionis & redemptionis applicationem, per baptiſmum, & alia ſacramenta. In parte intelligentiæ animæ, ſunt notitiæ animales, actiones, habitus. Naturales notitiæ quæ de natura ſunt, vt phyſica, & quæ ex natura contingunt, mathematicæ. Actionum intellectus gradus plures, vt ſimplicium agnitio, connectio, diuiſio, iudicium, ratiocinatio, conſenſus: habitus eſt promptitudo quædam accommoda, qua eæ actiones intellectus diſcernunt & perſpiciunt.

## *Animam vnam cuique & propriam.*

## CAP. VII.

ANima rationalis & intellectualis, vnum non eſt omnibus numero, nec communis, nec vna omnibus hominibus: ſed cuilibet homini in indiuiduo propria eſt, & ſingularis: quum tamẽ aliqui contrarium auſi fuerint affirmare, ſed falsò. Aduerſus quos Albert. Magnus diſputat, libro de vnita. intell. & D. Thomas lib.2. contra gentes cap.73. Neq; etiam plures animas, ſed vnam tantùm quilibet habet, vt docet D. Auguſt. lib. de eccleſ. dogmat. cap.15. D. Anſelmus.2. de fide, cap.13. in 8. ſynodo generali, actio.10. cap.11. Vnde lapſi qui aſſerunt multiplicem in homine animam, vegetatiuam, ſenſitiuam, rationalem, quemadmodum Manichæi, quibus obſiſtit D. Auguſt. lib.10. ſuper Geneſ. ad lit. cap.14. In quo & Didymus, Scotus, Paulus Venetus & alij errarunt, ignorantes vel obliti, animam rationalem has omnes facultates corpori diſtribuere. Eſt enim ſecundum ſe & ſuam ſubſtantiam, corporis forma informans materiam: quæ ſententia eſt concilij Viennenſis, ex quo deſumpta clem. I. de ſumma trinit. in clemen. & concil. Lateran. 10. ſeſſion.8. quamuis Plato reclamet, dum tantum vult animam aſſiſtere materiæ, vt nautam naui, & Philopon. lib.2. de anima cap.1. & Gregor. Nicæus 2. de anima cap.2. poſt cuius tamen ſeculum, contrarium decretum eſt.



## *De ſede animæ in corpore.* CAP. VIII.

MIhi breuiter probatur, animam totam eſſe in toto corpore, & totam in qualibet eius parte, vt ait D. Auguſt. lib. de cognit. veræ vitæ cap.33. verùm, alicubi maiores effectus exhibere & actiones, vel ob voluntatem, quæ eò robur mittit, vt ob inſtrumenta accommoda actioni. Philo Iudæus lib. allegoriar. legis, rationalem facultatem eius ſeu partem, vt ipſe loquitur, ponit in capite, iraſcibilem in corde, concupiſcibilem in inguinibus. Chriſtiani principatum animę ponunt in corde, vnde bonæ & malæ cognitiones: Heraclitus, in extrinſeca agitatione: Moſchion, per totum corpus: Plato in capite: Xenocrates in vertice: Hippocrates in cerebro: ſicut & Aben Ezras in comment. ad.2. cap. Geneſ. Hierophilus circa cerebri fundamentum: Strato & Eraſiſtratus, in membranulis: Strato phyſicus, in ſuperciliorum meditulio: Epicuri & Aegyptij, in tota lorica pectoris: item Orpheus & Empedocles, Tertull. lib. de anima.

## *De ſtatu animæ poſt mortem.*

## CAP. IX.

ANima rationalis non corrumpitur corrupto corpore, anima animaliũ aliorum contrà, D. Auguſt. de eccleſia. dogmat. c.16. & 17. & 18. quamobrem cùm immortalis ſit extra corpus & ſine corpore mortali, proprijs ſuis vtitur functionibus, ſicuti & in corpore quieſcentibus organis eius, ipſa eadem intelligit: vt ait Mohemmius lib. de anima cap.18. vnde & Ariſtot. faſſus eſt, propriam quandam eſſe intelligentiæ & rationi naturam, quæ non ſit immixta corpori alicui lib.3. de anima cap.4. & Senec. lib.7. epiſt. capit.58. animam hominis ſine corporis inſtrumentis, optimè vires ſuas exercere docet. Viſi ſunt homines oculis inſipientium mori, ipſi ſunt in pace, Sap.3. Ibunt boni in vitam æternam, mali in ignem æternum, Matth.25. Ioan.5. Arabum vt & Sadducæorum contraria erat tamen, ſed falſa opinio apud Matth.22. Marci 12. Lucæ 20. Actor.23. & 24. Hic locus poſtulat, vt de immortalitate diceretur animæ verum quia tres verè

diligentes habemus ea de re libros paratos ad manum, ad illos remittam lectores, ſi Deus eos voluerit prodire in lucem: in quorum primo probamus immortalitatem ab omnium authorum & nationum conſenſu, vltra ſacras literas: in ſecundo per rationes idipſum confirmamus: in tertio argumenta quæcunq; inuenta fuerunt contra eam immortalitatem, refellimus. Porrò de ſtatu harum poſt mortem, Proclus in cõmentario in Alcibiadem primum Platonis, ſicut in cœlo omnes bonæ ſunt animæ, ita & in tartaro omnes eſſe improbas, tradit. Reprehendit autem D. Auguſt. lib. de hæreſ. ad quod vult Deum, hæreſ. 86. Tertullianum, quod dixerit animas hominum peſſimas in dæmones verti: quæ etiam fuit ſententia Heſiodi in operibus.

### *Sexus nullus animæ.* CAP. X.

ANimarum per ſexum nulla diſtinctio: quia ſpiritus, nec angeli hoc modo diſtinguntur, Matth. 19. membra enim corporis hoc diſcrimen faciunt, Cyrillus Hieroſolym. catech. 2. Illuminat. D. Auguſt. lib. 1. de orig. anim. cap. 18. Ideò contrarium ratus Apelles hæreticus, perſuaſus à ſua Philomela errauit, quẽ reijcit Tertull. lib. de anima.

### *De loco animæ poſt mortem, ſententiæ gentilium.* CAP. XI.

PLato, & alij antiquorum, animarũ philoſophorum & bonorum ſolutarum à corpore locum dixerunt eſſe aerem. Stoici ſub Lunam: improborum autem ad inferos reijciunt, Cic. in ſom. Scip. & ibi Macrob. Tertull. tamen in lib. de anima, ſequeſtrari apud inferos animas ait, vſq; in diem domini, aliaq; ridicula inibi refert. Heſiod. in 1. op. & dierũ, animos hominũ poſt mortem aliquorum, euaſiſſe in deos tutelares, alios in tartara miſſos, alios in aera. Et Diog. Laer. lib. 8. in Pythagor. totum aera plenum animis vult, vide Lactant. lib. 2. c. 15. Cœl. Rhodig. li. 1. c. 23. & 24. & ſeq. Homer. in Odiſſea 10. in prin. tradit, Mercurium ſtridentes animas procorum Penelopes deduxiſſe apud Oceani fluxus, & albam petrã, apud Solis ianuas in herboſum pratum vbi habitabãt animæ, ſimulacra laborantium. Apud inferos bonarum & malarum animarum locum. Sibylla duplicis viæ eſſe tradit libro 6. Aeneid. apud Virgil.

*Hic locus eſt*, inquit, *partes vbi ſe via findit in ambas,*
*Dextera quæ Ditis magni ſub mœnia tendit.*

Hæc



*Hæc iter Elyſium nobis: at læua, malorum*
*Exercet pœnas & ad impia tartara mittit.*

Et paulò poſt deſcribit tartari & malorũ carceres, pœnas Phlegethonteas, turrim æneam, Erebi amnes, & Rhadamanthi duriſſima regna: qui

*Caſtigat auditq; dolos ſubigitq; fateri*
*Quæ quis apud ſuperos* (ſcilicet in vita) *furto lætatus inani,*
*Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.*

Eadẽ rectè deſcribit Lucian. dialogo de luctu, latius Plutarch. orat. Ad Apollonium. Atq; quomodo bonorũ animæ, locis amœnis, malorum pœnis detineantur, poſt vitam hanc, Plato 10. de rep. & in Gorgia. Theodoret. lib. 10. contra in fid. Xenocr. Plato lib. de morte. Ariſtoph. in Nebulis, dum de deſcenſu ad inferos Eurip. agit. Mercur. Triſmeſt. in Aſclepio, mortuorũ animas ait rapi à dæmone, & examinari: ſi malæ reperiantur & maculatæ, deſuper ad ima deturbari & tradi procellis turbinibusq; aeris, ignis, & aquæ ſæpe diſcordantibus, vt inter cœlũ & terrã mundanis fluctibus, in diuerſa ſemp ſempiternis pœnis agitatæ rapiantur: vt in hoc obſit animę æternitas, quod ſit immortali ſententia æternoq; ſupplicio ſubiugata. Exiſtimarunt, inquit Macrob. Satur. 1. c. 10. antiqui animas à Ioue dari, & eidem reddi. Meminit Saxo Grammat. in ſuæ Daniæ præfatione, & Olaus Gottus, in partium ſeptentr. deſcriptione, & P. Appian. in abaco orbis, in regno Norvegiæ in Iſlandiæ inſula, montem Hecla eſſe, cuius flamma nec ſtupam lucernarum adurit neque aqua extinguitur: inde lapides maiore quam machinarum bellicarum impetu, proijci, & inibi hiatum maximũ terræ, cuius fundum nec lynceus oculus poſſet aſſequi: ibi mortuorum ſimulachra videri, dicentium ſe ad montem Hecla pergere: ibi miſerum & in glacie maris eiulatum exaudiri, vt non immeritò vulgus videatur ibi inferorum deſcenſum eſſe, opinari. Et Gaſpar Peucerus in comment. de diuinat. gener. dum agit de magia, tradit hanc opinionem vulgi, ex antiqua obſeruatione natam, cum prælia committuntur alibi, in quacunq; orbis parte, aut cædes fiunt cruentæ, ibi commoueantur horrendi circumquaque tumultus, clamores excitantur & eiulatus. Homerus profundiorem locum inferis ipſis ſub terra, pro clauſtris animarum poſuit: inferos, locum ſeſe purgantium animarum, inferiorem autem earum, de quarum ſalute deſperatum eſt, ponens, dum ita 8. Iliad. verſ. 13. inducit Iouem minan-

tem flagra cuiq; ex deiculis, ſi opem ferrent Troianis, & dicentem ſe plagis vnumquenq; eorum affecturum.

ἤ μιν ἑλὼν ῥίψω ἐς τάρταρον ἠερόεντα,
τῆλε μάλ', ἧχι βάθιςον ὑπὸ χθονός ἐςι βάραθρον:
ἔνθα σιδήρειαι ἐ πύλαι ἐ χάλκεος οὐδὸς,
τόσσον ἔνερθ' αἴδεω, ὅσον οὐρανός ἐς' ἀπὸ γαίης id eſt,

*Aut ipſum rapiens, proyciam in tartarum obſcurum*
*Procul valdè, vbi profundiſsimum ſub terra eſt ba-*
*rathrum:*
*Vbi ferreæq; portæ & æreum pauimentum.*
*Tantum ſub inferno quantum cœlum eſt à terra.*

Sed & catholicis theologis ex ſacroſancta fide ſunt, quæ repetere oporteat.

## *De tribus locis quibus detinentur animæ ex veritate Chriſtiana, primumq; de paradiſo.*

## CAP. XII.

D. Auguſtin. in enchiridio ad Laurentiũ cap.109. tempus quod inter hominis mortem & vltimam reſurrectionem interpoſitũ eſt, animas abditis receptaculis continet, ſicut vnaquæque digna eſt vel requie, vel ærumna, pro eo quod ſortita eſt in carne dum viueret. D. Hieronym. tomo.2. epiſtol. contra Vigilantium, meminit locorum quibus detineri poſſunt animæ, ſinus Abrahæ, loci refrigerij, ſubter aram Dei, vt virgines cum Deo, & ſequantur agnum quocunq; ierit, Apocal.14. in orbe quoque toto poſſunt eſſe, non incluſæ, ſicut & dæmones vbique vagantur. Paradiſus eſt voce ſua locus voluptatis, hortus varijs conſitus & cultus, quam tamẽ dictionem Græcam non eſſe, ſed barbaram dixit Iulius Pollux libro Onomaſt. cap. οἶδε παράδεισοι inquit, βαρβαρικὸν εἶναι τοὔνομα. verùm hoc nomine & in hac ſignificatione vtitur Xenophon in Oeconomicis, Plutarch. in Sympoſ. & in Artoxerxe: pro vinarijs amœnibus feris conclaſis accipi Græcis, docet Gellius lib.2. cap.19. hinc amœnus ille locus verſus Orientem, in quem tranſlatus fuit à Deo homo creatus, hortus voluptatis dictus fuit, ſeu paradiſus, à quo ob peccatum rurſus extruſus eſt, nec patet regreſſus, Cherubino cum flammeo gladio conſtituto in otio ianitore vigilantiſſimo, Geneſ.1. hunc adhuc quidam in terra eſſe autumãt, alij diluuij aquis deletum, & aliter ſentiunt, quorum ſententias proprio libro Auguſt. Eugub.



Eugubin. colligit de paradiſo, ad quem te remitto. verum futurum ſperamus meliorẽ illo paradiſo terreſtri, ſcilicet æternam beatitudinem, quæ habet vltimum & ſupremũ fœlicitatis gradum in viſione & cõtemplatione Dei, ideò vocatur paradiſus, & regnum cœlorũ regnũ patris Dei: ibi beatis præparata meliora, quæ oculus nunquam vidit, quæ auris non audiuit, quæ in cor hominis non aſcenderunt 1. Corinth.2. quę autem ſit illa gloria & in quibus conſiſtat, explicat latè liber finalis retributionis, in poſtrema parte. Non autem hic decipiatur Chriſtianus, Agarenorum ſeu Turcarum paradiſo, cuius voluptatem Mahomet corruptibilem & animalem conſtituit, in opiparis & lautis cibis, in ambroſia & nectare, fictitijs ethnicorum, in concubitu impudico & oblectatione pretioſarum mulierum & ſimilibus, quæ fæcem iſtius ſeculi retinent, non veram & inſatiabilem & continuatam voluptatem, quam conſequemur, ſi Deus dignetur nos illius beatitudinis participes facere: ibi enim in ſe ſolo, Deus, qui voluptas diuina, & animi & corporis perpetua eſt fœlicitas, notam certam conſtituit indubitabilem voluptatum, cum ſeculi voluptates imperfectas cognoſcamus, quòd in illis ſatietas ſit & poſteà faſtidium: vnde & ridicula ſententia eorum, qui χιλιαςαὶ dicti ſunt, qui poſt reſurrectionem mortuorum per mille annos Chriſti regnum in hac terrena habitatione producendum dixerint, non ſatis myſteria ſacra ſcrutati, vt tradit Nicephor. Cal. lib.3. hiſtor. Eccleſ.20. Euſebius Pamphil. lib.2. hiſtor. cap. 22. D. Hieron. in cap.36. Ezechielis: quamuis aliqui inſignes viri hanc fuerint ſequuti ſententiam, vt Tertull. lib.3. aduerſus Marcionem, Lactant. Victorinus, Seuerus, ex Græcis Irenæus, Apollinarius, Papias Hieropolitanus D. Ioan. apoſtoli auditor. Impium & Cherinti dogma, ex quo prodijt error Mahometicus: quo putabat regnum Chriſti terrenum futurum, vt ait Nicephor. Calliſth. lib.6. cap.22. cùm tamen ipſe dixerit, regnum meum non eſt ex hoc mundo.

## *De Inferno.* CAP. XIII.

INfernum dicimus ſcelerum carcerem perpetuum, inferiorem locum, ſicuti & Tertullian. lib. de anima, vbi de receptu agit ſic ſcribit. Plato inferos velut gremiũ terræ deſcribit in Phædro, quo omnes labes immundialiũ ſordiũ confluẽdo, & ibidẽ deſidẽdo, exhalent, & quaſi cœno immunditiarũ ſuarum craſſiorẽ hauſtũ & priuatum illic

aerem ſtipent nobis inferi: non nuda cauoſitas, nec ſubdiualis aliqua mundi ſentina creduntur, ſed infoſſa terræ & in alto vaſtitas, & in ipſis viſceribus eius abſtruſa profunditas, &c. Cruciatum ignis æternum ibi paratum eſſe malis, docent ſcripturæ: primùm quidem dæmonibus, & poſtea illis qui eis adhærent, Matthæi 15. & 25. vbi & fletus & ſtridor dentium Matthæi 18. Ex quo accedit cruciatu ignis pœna grauior & gehennæ, gloriæ æternæ amiſſio, vt ait D Chryſoſt. homil.24. in Matthæũ in libro ערובין erubinc עושין פסין oſſim paſſim, dixit Rabi Iehoſua, eſſe ſeptem nomina gehennę inferni in ſacra pagina, quæ pœnas exprimunt. שול ſcol, infernus, pſal.15. ibi quia non relinques, &c. אבדין abadon, perditio, Pſalm.88. בור שחת bor ſcacha, puteus ſeu lacus corruptionis, Pſal. 56. בור שאון bor ſceon, puteus tumultus vel mugitus, Pſal.40. vbi & טיט היון tit haiauen, lutũ fæcis. צלמות zelmauet, vmbra mortis, Pſalm.160. ארץ תחתית erez techtit. terra concuſſionis dicitur & gehenna, tartarus, orcus, auernus, ade. De meditatione pœnarum inferni vide Maphæum Vegium libro 7. de perſeueran. cap.2. Eſaias inter pœnas eius, ponit vermen ſemper rodentem, ignem inextinguibilem cap.66. & cap.14. tineam, putredinem, & vermes, & cap.32. ignem deuorantem. Sunt & querelæ, & luctus, pœnæ damnatorum, Sapient.5. ibi, dicent intra ſe pœnitentiam agentes, &c. Et Lucæ 23. Apocal.6. Reliquas pœnas corporales & ſpirituales inferni non referam cùm eas latè perſequatur P. Regiualdeti, in opere inſcripto Speculum finalis retributionis.

## *De Purgatorio.* CAP. XIV.

PVrgari & alio ſeculo credidiſſe Ethnicos animas docuimus ex gentilium libris, potiſſimùm ex Virgil. in 6. & Plutarch. de ſera num. vind. Platone in 10. de repub. Cicer. in ſom. Scipio. ſupra cap.9. Et quidem ſunt animæ, quæ dum ex hoc corpore diſcedunt, non planè ſatisfecerunt ſuo officio, quas, nec miſericordiæ Dei ſine pœna aliqua & caſtigatione admittere inter ſacra cõſortia placet, nec tamen iuſtitia æternum damnare non vult: idcirco locum quendam illis aſſignari par eſt, cauſa ſordium eluendarum in merito Chriſti: illum autem dicimus eſſe vbicunq; Deo placuerit præfigere pœnarum luitionem: ideò pro huiuſmodi oratur & ſalute earum, non autem pro fœlicibus: qui quod deſiderent amplius non habent, niſi vt corpore reſurrecto plenè gaudeant; nec pro æter-





num damnatis, quippè in inferno nulla eſt redemptio. Itaq; maledicti in ignem æternum iubetur eant, ad differentiam temporalis ignis & expiatiui. Matth.25. Sic 1.Corinth.4. ſaluus quis dicitur, quaſi per ignem. & Iob. cap. 14. quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me, & conſtituas mihi tempus in quo recorderis mei? Et ſunt peccata, quæ nec in hoc nec in alio remittuntur ſeculo, Matth.12. proinde quædam eſſe demonſtrantur quæ in alio remitti poſſunt, vt etiam apud D. Matthęũ cap 15. non exibit è carcere donec nouiſſimum quadrantẽ exſoluerit: & in primitiua eccleſia baptizabantur pro mortuis baptiſmo pœnitentiæ vt prodeſſent mortuis, D. Paul.1. Corinth.15. Ea ratione orandum eſſe pro mortuis, ſanctè ſtatuit Eccleſia catholica., iuxta Machabæorum de reſurrection. ſpe ſententiam, 2.Machab. cap.12. Sic ſtatuit D. Dionyſ. Areopag. de eccleſ. hierar. Tertullian. de coron. milit. Hieronym. in Ieremiam cap.17. D.Auguſt. de verb. apoſtol. c.33. & lib. confeſſio. c.fin. De cura pro mortuis haben. cap.4. in enchirid. c.1. & 4. & c.110. lib.3. in Geneſim cap.20. & 16. ſermo de verbis apoſtol. & tractat.94. in Ioannem. D.Ambroſ. ad Fauſtinum, & orat. pro fratre ſuo, & lib. de exceſſu frat. & 2. orat. funebri Theodoſij. Cypria. epiſtol.6. Ioan. Damaſcen. ſermone de oratione pro mortuis. D.Athanaſius lib. quæſt. diuerſarum quæſt.30. explicans illud 1.Corinth.3.5. c. cuius opus exuſtum fuerit, &c. de igne purgatorij loquitur, ſaluus fiet, inquit, per ignẽ, hoc eſt, ſaluus & integer manebit in igne, nec videbit mortem, ſed opus eius ſolummodo comburetur & confundetur, ipſe in æternum permanebit pœnas luens, nec vnquam tamen penitus interibit. Latè Euſebius lib.12. præparat. Euang. cap.3. Albinus Caroli Magni præceptor in Pſalm.1. ſeptem pœnitentialium, verba, inquit, domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me: per iram æternam impiorum pœnam ſignificant; per furorem ignem purgatorium. Repetit & in Pſalmum 3. ſeptem pœnitent. Tertullian. quoque lib. de trinitate. Locus eſt, inquit, quo piorum animæ impiorumq; ducuntur, futuri iudicij præiudicia ſentientes, &c. Omittit reliqua, cùm Iohan. Ekius librum integrum ediderit, de purgatorio optimo ordine diſpoſitum, & aduerſarijs & hoſtibus fidei, ſatisfaciens. Dicebant & Ethnici, qui immortalitatem animæ credebant, mortuos non tantùm amandos, ſed etiam iuuandos, vt ait Plutarch. orat. conſolat. ad Apollonium: hincq; tot ſacrificia & litationes, inferiæ

manibus, de quibus Deo fauente in primo libro de im-
mortalitate animæ.

### De Limbo. CAP. XV.

LImbus eſt extremum cuiuſq; rei: vnde limbus, locus quidam animarum dicitur. Nam dicũt ſancti patres inter paradiſum & infernorum locum, quendam locum fuiſſe vicinum inferno, ſed ſine pœna, vbi patres ante aduentum Chriſti erant cuſtoditi, expectantes aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & redemptionem ſinus ſinum Abrahæ Deus Lucæ 16. Ad illum locum, referentur illa Pſalm. 23. attollite portas principes veſtras, &c. & Pſalm. 106. contriuit portas ferreas, & vectes ferreos confregit, &c. & Pſalm. 39. expectans expectaui Dominum, & eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fæcis, &c. Et Zachar. c. 9. tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos tuos de lacu, &c. Plura ad hanc ſententiam abundè colligit, Finus Hadrianus lib. 7. flagelli Iudæor. ca. 3. Hunc limbum, locum eſſe quo detineantur animę paruulorum deſcendentium ſine baptiſmo, rati ſunt ferè omnes theologi, paucis exceptis, qui eas æternis ſupplicijs adiudicant, cùm tamen in hoc limbo nullæ pœnæ aliæ præter priuationem viſionis Dei. Hanc quæſtionem autem diſputat eruditè Catharinus Politus, lib. de ſtatu futuro puer. Et quamuis durius loquatur de hoc D. Auguſt. lib. de fide ad Petrum, tamen ſcribens ad Renanam, medium illis pueris locum aſſignauit inter gehennam & regnum cœlorum: Et ad Iulia. vitam eorum mediam dixit, & lib. 3. de liber. arbi. c. 3.

### De Anaſtaſi & coniunctione animarum cum ſuis corporibus. CAP. XVI.

MAgnum & admirabile hominum piorum ſolamen, reſurrectio & retributio mercedis beatitudinis poſt hanc miſeram vitæ decertationem. Nam vt ait D. Paulus 1. ad Corinth. c. 15. ſi in hac vita tantum in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Siquidem reliqui qui futuram vitam non ſperant & qui cum Epicuro dicunt, Edamus & bibamus, poſt mortem nulla voluptas, fœliciores eſſent, concupitis potiti, vt animalia, illecebris carnis ſaturati: cùm Chriſtiani & qui reſurrectionem ſperant, corpus illud, purum immaculatumq; quoad fieri poteſt, ab illis ſpurcitijs & à peccatis conſeruent, emundentque inquinatum, vt ſiſtant illud iudicio vltimo, & conuitijs illis orbis generalibus, in quibus quilibet prout geſſit in corpore, ſeu bonum ſeu malum, recipit, vt ſcribitur 2. Corinth. 4. Reſeruantur in id tempus viri qui Dei iuſſis obtemperant, retributionem mercedis, ſicut & Tobias ſenior docuit, cùm proximi & cognati eum irriderent: exprobrantes cæcitatem: Vbi eſt ſpes tua pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas? Tobias vero increpat eos dicens, Nolite ita loqui, quoniam filij ſanctorum ſumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt his qui nunquam fidem mutant ab eo Tob. 2. laborant pij in hac veluti ephemeride vita, in laboribus, ſudoribus multis, anguſtiati, afflicti, & vt æternam vitam beatorũ conſequantur. habent animæ ſuæ curam, non pro hac exigenda vita ſolùm, in qua peregrinamur à Domino, ſed vt in patria loco fœlici & æterno recipiantur à Deo, hæcq; vita potior vniuerſi orbis lucro. Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ autem ſuæ detrimentum patiatur? aut quam commutationem dabit homo pro anima ſua? Matthæi 16. Marci 8. Mallem ego certè computreſcere in ſtercore & iucunditate porcina, & cũ peccatoribus maioribus (ſum etenim & talis) dies in bonis ducere & lætari, frenumq; laxare cupiditatibus, quàm vel ſtudere vel laboribus inſeruire, ſi me non recrearet ſpes & fides illis exercitijs Deo placere, & mandata eius quatenus illius miſericordia indulget, ſeruare, retributionem non qualem merear æternam (peccator enim ſum vt cæteri, nihilq; præter pœnas & flagella meritus,) ſed qualem promiſit illis qui ei deſeruiunt qua poſſunt pietate & obſequio, & qui ad illum pia mente conuertuntur. Conuenit itaque Dei iuſtitiæ pios ad recipiendam promiſſam mercedem, cum corpore, cum quo benè operati ſunt, & quod Deo in cultum exhibuerunt, reſurgere: malos quoque, ad recipiendas pœnas in corpore & anima, in quibus impia egerunt, minimè vel non ſufficienter in hoc ſeculo punitos. Sic enim nos monet ſententia parabolæ diuitis, qui viuebat delicatiſſimè & quotidie epulabatur ſplendidè, & Lazari, qui in hoc ſeculo cum varijs conflictabatur vlceribus & paupertate: Fili, inquit Abraham ad diuitem, Lucæ 16. recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic cõſolatur, tu verò cruciaris. Docet & Iob cap. 21.

cap.21. vt difficile non ſit inde colligere reſurrectionem eſſe corporis proprij & animæ iteratam coniunctionem: nam iudicio illud expedit adeſſe corpus, quo vt inſtrumento, in bonum vel malum vſa eſt anima: aliter aliud pro alio plecteretur, vel remuneraretur: proinde neq; ſola anima reſurget, neque ſolum corpus ſine anima: ſed eadem non illa ſolum, nec illud ſolùm, ſed homo peccauit vel benè operatus eſt, qui anima & corpore conſtat: neque propriè anima ſola reſurgere à morte corruptiuæ ſubſtantiæ dici poteſt: quia anima immortalis ſubſtantia eſt, & ita non moritur: vt ita improba & hæretica remaneat Marcionis ſententia, qua animas tantum reſurrecturas, non corpora, dicebat: quam improbat Epiphanius tomo 3. lib.1. contra hæreſ. hæreſ.42. tandiu autem reſurrectio ſuſpenſa vniuerſalis, quandiu omnes prædeſtinati credituri ad ſalutem compleantur, vt ait D. Ambroſ. ſuper cap.3. epiſt. prioris ad Timoth. tomo 4. Neque quicquam mors eſt hæc, quàm dormitio: vnde reſurrectio, & ſuſcitatio, mortuoſque obdormiſſe, occurrit tibi paſſim in ſacra pagina 2.Reg.7. 3.Reg.2. & 11. & 14. Daniel. 12. 1. Corinth.12. & alibi. Nec eſt quòd valde inhæream probationibus ad docẽdam reſurrectionem corporum, cum nec, vt opinor, Sadducæi hodie ſint, qui eam negabant. Sicuti & Simoniani, vt ait Auguſt. lib. de hæreſ. ad Quodvult Deum, hæreſ. 1. vt & Saturninus & Baſilides, & Valentinus, teſte Tertullian. de præſcript. aduerſ. hæreſ. eiuſdem carnis reſurrectionem negarunt. Vel ſi ſint aut illis ſimiles, legent comprobantem eãdem Cyrillum Hieroſol. Catech.4. illuminatorum & 14. & 18. Theophylum Theolog. lib. 1. contra Autolicum calumniatorem religion. Chriſtian. Athenagoram Athenienſem, lib. περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν, D. Ambroſ. tomo 3. orat. de reſurrect. Tertull. lib. de reſurrect. carnis: & concilium apoſtolicum apud D. Clementem lib. conſtitut. apoſtolic. cap.8. Epiphan. contra hæreſ. lib.1: tomo 1. hæreſ.9. Irenæum lib. contra hæreſ. c.52. Arnobium lib.8. contra gent. Legentur ſumma capita ſacræ paginæ, quibus apertiſſimè docentur, primum quomodo mortui quidam ſuſcitati reuixerunt, Matth. 11. Filius Sunamitidis ſuſcitatus ab Eliſæo 4.Reg.4. filia viduæ ab Helia. 3.Reg.17. mortuus ſuſcitatus proiectus in ſepulturam Eliſæi 4. Reg. 13. Suſcitauit Dominus noſter IESVS CHRISTVS Lazarum Ioan. 11. & filium viduæ & alios Lucæ 6. Matth.9. D. Paulus Euthycum, Actuum 20. & ſic de alijs pluribus, vt D. Petrus

Tabi-



Tabitham, Actuum 9. &c. Secundò ſunt textus expreſſi & prophetiæ eandem reſurrectionem tradentes, Ezechiel. cap.37. hæc dicit dominus oſſibus aridis, Ecce ego inducam in vos ſpiritum vitæ, & dabo neruos, &c. Eſaiæ ca. 26. Viuent mortui tui, &c. Daniel. cap.12. Ibi multi de his qui dormierunt in puluere terræ euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videãt ſemper, &c. Iob quoque cap.14. & cap.17. omitto reliqua. Quia & hanc ex profeſſo quoque D. Paulus tractat. 1. Corint.15. Et veniet hora, inquit Dominus Ieſus, & nunc eſt, in qua qui in monumentis ſunt audient vocem filij Dei, &c. Ioan.5. Facit & Apocal. c.20. in fine. Suggerunt & eandem quotidianæ rerum reſurrectiones & reparationes, quæ quia hominum gratia ſunt, & multo magis hominem reſurrecturum inſinuant: nec ferè aliquod genus rerum eſt, quod non exhibeat huius argumentum. Occidit Sol ſingulis diebus, & dies poſteà reuiuiſcit: nox & imago mortis eſt, quæ poſtea illuſtratur. Luna menſtruis incrementis reſtituitur ſplendori, quem amittit. Arbores & plantæ, brumali tempore, vt ſiccæ & emortuæ comas remittunt, poſteà verno reuiuiſcunt, & folia recipiunt & cutem & medullas pariunt. Inter ſecta muſcæ ſuffocatæ aqua ſæpe poſt reſurgunt. Serpentum quędam genera, vt Cyril. Hieroſol. ait, cathec. 18. hyeme immobilia ſunt, vere autem ſurgunt. Orus Apollo in hieroglyphicis, ex phœnice mortuo, viuum reſtitui docet, apud Aegypt. Semen ſeminatum putreſcit & interit, & niſi mortuum fuerit, non poteſt reuiuiſcere, Ioan.12. Semina ex plantis ſurgunt, & rurſum in plantas ſeminata reſurgunt. Ex puluere quoque terræ ſemen primum hominum Geneſ.1. & in puluerem reuertuntur Iob.10. vt non mirum ſit, ſi ex puluere ijdem reſurgant. Et ſicut per vnum hominem mors, nonne per Ieſum Chriſtum, qui redemit & ſaluum fecit quod perierat, vita & reſurrectio? Ideò ſicuti in Adamo omnes mortui, quia ipſe mortuus: ita & in Chriſto reſurrectio mortuorum, quia & ipſe propria virtute reuixit, & in ipſo omnes viuificabimur. Si Chriſtus enim reſurrexit, & nos quoque: nam ſi non reſurrexiſſet varia eſſet fides noſtra, vt ait D. Paulus, 1. Corint. 15. Sed & fœlicior anaſtaſis ſatione: nam ſeminatur corpus in corruptione, reſurget in incorruptione, in plenitudinem ætatis 30. ann. vt ait Magiſ. ſenten. lib.2. diſtin.30. litera o. Erecti, non rotunda figura vel orbiculari, ſicuti putabat Origenes, cuius ſententia condemnata in ſynodo 5. Conſtantinop. vt ait Niceph.

ceph. Caliſt. lib.17.c.18. Imò ſecundùm Tertull. lib. de re-ſurrect. carnis, homines perfectis membris reſurgent, non cæci, non claudi, neque manco vel viriato corpore. Sed & Ethnici quidam prudentiores crediderunt reuicturos homines iuxta magorum ſententiam immortaleſque futuros, vt ſcribit Theopom. lib.8. Philippic. & Eudemius Rhodius, vt Diogenes ait Laert. in princ. lib.1. de vita Philoſoph. Arnob. lib.2. contra gentes, pro parte reſurrectionem crediſſe Platonem in Politico tradit: item & Pythagoram per ſuam metempſychoſim, idem lib.8. aduerſ. gent. Apertè autem de vltimo iudicio faciendo per Deũ, & de reſurrectione Sibylla loquitur, lib.2. oracul. Sibyll. incipitque ibi,

αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ θνητῶν ὁ δικασπόλος ἔσαι, &c.

Credidit reſurrectionem Seneca lib.5. epiſt. epiſt.36. Et Democritus, quem ideo, ſed impiè, irridet atheos Plin. lib.7. cap.55. Is enim Plin. & immortalitatem animæ negauit lib.2. cap.7. & Deum in d. cap.55. Eandem quoque adſtruit Plato in Ero reuiuiſcente, in 11. de repub. Nonne & Plutarc. de ſera num. vind. in Soleo, nonne & reliqui in alterna via Pollucis & Caſtoris, in tot etiam animabus, quas dicunt reuixiſſe & tractas & liberatas ab inferis: Sic Philoſtrat. lib.4. narrat, Apollonium Tyaneum filiam ſuſcitaſſe mortuam, ſicuti & alias Herculem. Sed & Mahumetiſtæ fatentur in Alcorano, azoara 29. & 56.

## *De vltimo & magno Dei iudicio animarum & corporum.* CAP. XVII.

AVdient igitur mortui, qui in monumentis ſunt vocem filij Dei: tunc procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ: qui verò mala, in reſurrectionem iudicij, id eſt, ad condemnationem pœnæ æternæ [illegible]. Matth.75. Marc.13. Secundùm opera cuiuſque iudicium, vt docet quoque Cyrillus Hieroſol. Catechc. illuminat. Sic Baſil. Magn. in Pſal.48. in die iudicij, inquit, vltimi nemo alius accuſator ſiſtetur, quàm propria facta, quæ geſta ſunt forma & circunſtantia, fornicatio, furtum, luxuria, &c. Hocque cap.14. Apocalyp. probatur & Daniel.7. Hic dies, domini dicitur, quia iudicabit omnis generis homines, ad conterendos peccatores, dies crudelis, indignationis, furoris, terribilis, Iſaiæ 13. Sophon. Quando autem venturus ſit, nemo ſcit, quia repentè veniet, ſicut fur nocte. Signa tamen relicta ſunt quæ præcedent



dent in ſtellis, in Cœlo, in mari, in preſſura gentium, in
prodigijs Antichriſti, &c. Matth. 24. 2. Theſſal.2. Ma-
lach.4. Apocal.11. Et Deus noſter manifeſtè veniet, &
non ſilebit: ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in con-
ſpectu eius tempeſtas valida: aduocabit terram deſur-
ſum, & terram diſcernere populum ſuum, Pſal. 49. & de
ſeparatione bonorum & malorum, Matth. 23. Congre-
gandos autem vniuerſos ad id generale iudicium, dicit
Ioel, cap.3. in valle Ioſaphat. Atque de iudicio animarum
vniuerſali, Plato videtur aliqua ſenſiſſe, dum ait in Phæ-
done, omnes animas hinc migrantes, à dæmonibus cu-
ram illarum ſubeuntibus, in locum quendam duci vbi o-
porteat omnes vna collectos iudicari: ac deinceps ad in-
feros proficiſci, iiſdem ducibus quibus mandatum eſt, vt
hinc decedentes ad illa loca traducant. Explicat latius
Sibylla lib.1. oracul. his verſibus:

—— πλήσατε γαῖαν ἅπασαν
αὐξόμενοι, πληθυνόμενοι, τὰ δίκαια νέμοντες
ἀλλήλοις, γενεαῖς γενεῶν, ἄχρις εἰς κρίσιν ἥξει
πᾶν γένος ἀνθρώπων, ἐπεὶ κρίσις ἔσσεται ἅπασιν,
ὡς ἔφατ' ἀμβροσίῃ φωνῇ id eſt,

Implete terram (ſcilicet qui cum Noacho eſtis egreſſi ar-
cam) omnem, augeamini, impleamini iuſta ſtatuentes in-
uicem generationibus generationũ, donec in iudicium
veniat omne genus hominum. poſtquam iudicium erit
omnibus, vt loquutus eſt, ſcilicet Deus, diuina voce. Et
lib. oracul. εἰς κρίσιν ἥξει. κρίνων δυσσεβίαν καὶ δυσσεβέων βίον αὐ-
ἀ̈ν. id eſt, In iudicium veniet Deus iudicaturus vitam
piorum & impiorum hominum. ſed & reliqua omitto,
iacioque hic anchoram, ne ſi vlterius feratur nauis, inci-
dam in vaſtum pelagus, quod ſulcatur quotidie à peritiſ-
ſimis eccleſiaſticis viris, quibus prouincia hæc ſingulis
annis tractationis aduentus vtriuſque domini, exequen-
da eſt: quibus etiam hæc & cætera omnia, quæ iam dicta
ſunt, ſuntque dicenda ad fidei dogma pertinentia, corri-
genda, ſi opus ſit, ſubijcio: vtpote qui decreuerim
omnino ſanæ & catholicæ religioni per
omnia & in omnibus ad-
ſtipulari.

SYNTA-

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER XXXIII.

## In quo agitur de animalibus ſeu de vita ſenſuali.

### *Quid Animal.* CAP. I.

POSTQVAM loquuti ſumus de anima rationali, intellectuali, & immortali, & quia ad inferiores deſcendimus iam gradus animæ, ſcilicet animæ mortalis, quæ animalium eſt, inſeparabilis à vita eorum, de animalibus & corporibus animatis ordine tractandum eſt: neque repetemus tamen, quæ in ſuperiore libro dicta ſunt de ea. Omne itaque animale corpus, habet tria: eſſentiam: vitam plantæ, qua creſcit & vegetatur: & animalem vitam, qua mouetur. Sic Ariſtot.1. de plantis monet virtutes omnes quę in plantis ſunt, in animalibus reperiri & multas inſuper alias, quæ tamen in plantis non reperiuntur: quia opus animalis nobilius, diſtinctumque à plantis, quòd ſenſibus ornetur, non autem plantæ: vt idem author tradit lib. de iuuentute & ſenectute: indeq́; dixit animalia animam habere ſenſualem, lib.2. de generat, animal. cap.3. Proinde animal eſt, quod conſtat anima ſenſuali & corpore, lib.1. de part.animal. cap.1. & 2. de generat. animal. cap.4. Macrobius in ſomnium Scipionis cap. 11. in idemque recipit, quod Galen.lib. an animal ſit id quod in vtero eſt, dixit, animam eſſe ſubſtantiam animæ participem, ſenſitiuã, quodq́; genere de omnibus, quæ ſub ipſo ſunt ſimpliciter dicitur, & lib.1. de mot. de muſcul. aſſumptione ſenſus & motus voluntarij, animal à nõ animali diſſidere: eadem lib.2. de method. medic.

### *De Animalium diuiſione.* CAP. II.

ARiſtoteles, lib.1. de hiſtor. animal. cap.1. & Galen. lib 17. de vſu part. cap.2. diſtinguunt animalia per mores, per vitas, per actiones. Quæ obſeruauit Plin. in libris 8.9.10.11. Et Aelian. in lib.17. de animalibus. Et Plutarch.



arch. libro an bruta ratione vtantur. Nos autem diuidemus animalia in gradientia, repentia, & volantia. Gradientium alia ſunt bipeda, alia quadrupeda, alia multipeda. Bipeda, vt homo: & hic præſtantiſſimum omnium animalium, & verè ſolum dictum, ob perfectam formam, animal, vt ait Galen. de vſu part. cap.2. Pronaq́; cum ſpectent animantia cætera terram, Os homini ſublime dedit, ſcilicet Deus, cœlumq́; videre Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus, Ouid.1. Metamorph. eadem Cic.1. de leg. & rurſum 1. de Nat. deorum. Vincit forma hominis omnium animantium figuras. Et iterum, de vniuerſitate dixit, vnum animal inter omnia ſpectabile, atque præſtat cæteris ratione & ſermone, Cic.1. de legibus Ariſtot. de part. animal.5. cap.7. Tradit & Plin. Solum animalium bipedum hominem, gignere animal, lib.10. cap.63. Rurſumque idem Plin. lib. 15. cap.26. ventri hominis nata eſſe omnia ait. Cic. quoque 2. de Nat. deorum. Terra, inquit, animalium cauſa gignit, animantes autem hominum, equum vehendi cauſa, bouem arandi, canes cuſtodiendi & venandi: homo autem mundum contemplandi & aliorum hominum cauſa, vt 1. & 2. Offic. ait. Quadrupedia equus, bos, & ſimilia. Multipeda, vt inſecta, quæ carent ſanguine, vt muſca, aranei, &c. hæc enim inſecta, quia carẽt ſanguine, multum frigida ſunt: ideo tardiora & egentia pluribus pedibus, vt ait Ariſtot.4. de part. animal. c.6. Sicuti & ea quæ propter ſui corporis longitudinem frigent, vt iulis vermibus accidit, qui plures pedes habent, nempe quadraginta quatuor, habent & cancri, & erucæ, & alia plures. Sed non omnia animalia tot habent numerũ, niſi quæ ſunt eiuſdem ſpeciei. Notabile autem hoc in omnibus greſſilibus, pares à Deo datos ſingulis pedes, nunquam impares: cùm enim ob neceſſitatem ſubiectionis corporis, dati fuerint pedes animalibus, & non poſſit animal proſilire, niſi aliqua ſui corporis parte conſiſtat, totidem mouetur, quot quieſcit, & contrà: vt in bipedibus, vnus pes mouetur, alius quieſcit: in quadrupedibus, duo, &c. Ariſtot. lib. problem. ſect.10. q.28. & 32. repentia animalia ſunt, quæ corporis contractione, & extenſione incuruantur & mouentur anterius: horum quædam ſe o. retrahunt, vt vermes, quædam coſtarum vi, vt ſerpentia, quædam pedibus reptant, vt lacertæ. Sub appellatione reptilium, poſſunt quoque contineri piſces, qui contractione quadam corporis vi pinnularum & caudæ, natant & reptant. Sic Geneſ.1. producant aquæ reptile, habens

P

vitam. Hæc tamen animalia, facilioris intellectus cauſa, natantia dixit Ariſtot.lib.1. de part.animal. cap.1. Volantia animalia ſunt, quæ alas habent: eas autem vel pennatas, vt aues, vel ſine pennis, vt veſpertiliones, muſcæ, & id genus ſimilia: volant pennis aut cute, quę habent ſanguinem: membranis verò ſiccis, quæ ſanguine carent, vt inſecta. At habentium alas, quædam plures habent quàm duas, ſicut ephemerum animal, quod vno tantum die viuit, quatuor alas habet, & totidem pedes, & volucre & animal quadrupes, Ariſtot.1. de hiſtor.animal.cap.5. plures quàm duæ etiam papilionibus & apibus, Plin.lib.11.c.28. & locuſtis. Verùm rurſum volantium, alia cum pedibus, vt aues, muſcæ, &c. alia ſine pedibus, vt angues circa Aethiopiam, teſte Ariſtot.lib.1.de hiſtor.animal.cap.5. Cardanus etiam lib.10.de ſubtil.ſcribit, in Indico mari nuperrimè detecto & ſulcato in Hiſpaniola, inueniri piſces volantes & alatos, alas habentes circa branchas æquè ac piſces longas, quę quandiu hument, piſcē ſuſtinent: dum ſiccantur, decidunt. Meminit etiam Plin.de auib.apodibus lib.10. cap.39. quæ alio nomine dicuntur Cypſeles, quæ toto mari cernuntur, quibus quies nulla niſi in nido, ſed aut pendent, aut iacent, nunquam autem ambulant. Cardan. item lib.de ſubtilit. quandam ſpeciem auis quā vocant manucodiatamin in ſolo aere dicit habitare.

## *Animalium aliæ minus generales diſtinctiones.*

## CAP. III.

ALijs etiam modis animalia diſtinguuntur: vt quædam exanguia, quædam ſanguinem habentia: alia perfecta, alia imperfecta & annulata, quę inſecta dicuntur, quorum corpora inciſuris præcinguntur, aut parte tantum prona aut ſupina, quæ omnia potiſſimum ſanguine carent. Ariſtot. lib. de reſpirat. de inſectis tractat tantum Ariſtot.lib.4.de hiſtor.animal.cap.7.& 4. de part. animal.cap.6. & Plin.lib.11. Inſectis porrò nihil ferè, exceptis admodum paucis, intus ineſt, præter rectum inteſtinum ab ore ad exitum protenſum, in aliquibus verò plicatum. Ariſtot.d.cap.7.lib.4.hiſtor.animal. Plin.lib.11. cap.4. Inſecta, apes, fuci, crabrones, veſpæ, bombyx, qui primùm eruca, deinde bombylius, ex quo necydalius, & deinde in menſibus ſex, bombyx, ex quo ſericum, vt Plin. notat lib.11.cap.22. Ariſtot.5.de natur.animal.cap.19. Inſecta & coa, aranei, ſcorpiones, ſtelliones, cicadæ, ſcarabæi, locuſtæ, formicæ, hirudines, tineæ, culices, cantharides,



pyrauſta, &c. Poſſunt quoque animalium differentiæ connotari ex partibus, mollitie, cartilagine, pede: ſicut in piſcibus obſeruat Plin. lib.11. cap.37. Item quòd alia fera, alia domeſtica, alia media inter placida feraque, alia quæ imperata faciunt diſcuntque vt carduellis, pſitacus, coruus, pica, vituli marini, elephantes, leones: & alia quæ nihil diſcant, vt mures & hirundines: alia aſtuta, vt cancri, Plin.lib.9.cap.31. Pinna, pinnophilax, torpedo, rana piſcaria, rhombus, paſtinaca, ſcolopendra, vulpes marina, Plin.lib.9.cap.41. & 42. draco, Plin. lib.8. cap.12. Delphinus lib.8.cap.25.hiæna crocura, manticora, fibri, Plin.lib.8.cap.30.& alia ſimilia. Alia ſtolidiſſima, vt ſtruthiocamelus, Plin. lib.10. cap.1. vt & ſtultiſſima animalium lanata, Plin.lib.8.cap.49.&c.

## *De Animalium ortu & origine.*

## CAP. IV.

ANimalia, vel ex creatione, vel generatione animali ſeu ſeminali, vel ex corruptione, vel vnius ſpeciei in aliam tranſmutatione fiunt. Creatio animalia perfecta edidit per verbum Dei, & fuerunt prima animalia ſine ſemine, & primæ plantæ ita per Deum factæ: alioquin in infinitum originem generantium oporteret exquirere. Geneſ.1. Macrob.lib.vlt. Saturn.cap.fin. Iuſtinus Martyr. in euerſione falſ. dogm. Ariſtot. Fuit autem lex creationi ſeu productioni primæ dicta, vt haberent ſemen in ſemetipſis omnia: itaque Theophraſtus lib. 1. de cauſ. plantar. cap.1. tradit, quædam ex ſemine, quædam ſponte: & animalia quædam ex coitu venereo, & ex terra poſſe procreari: ſicuti etiam Diodor. Sicul. lib. 1. Biblioth.cap.1. Addit Theophraſt.3. de cauſis, cap.27. quòd natura vbique animal gignit, modò calor cum humiditate, ratione aliqua coeat. Et iterum lib 4. de cauſ. plant. cap.3. in animalibns vis generandi exoleſcit, enimuerò in his generandi principium eſt, quod tanquam quis ſemen dixerit. Ariſtot. quoque lib. Problem. ſectio.10. quæſt.64. quædam ſponte naturæ, quædam ex coitu tantum prouenire: ait rurſum 3. de generat. animal. cap.11. generantur, inquit, in terra humoreque animalia & plantæ: quoniam humor in terra, ſpiritus in humore, calor animalis in vniuerſo ineſt, ita vt quodammodo plena ſint animæ omnia. Sic humoribus concaleſcentibus fit veluti bulla ſpumoſa, & generatur anima. Rurſum 5. de hiſtor.animal. cap.1. commune inter animalia & ſtirpes eſſe dixit, quòd

alia ſemine, alia ſponte naturæ oriantur: & quæ ſponte, vel ex humo, vel ſtirpe putreſcente naſci.

### *De Animalibus quæ ex ſemine naſcuntur.*
### CAP. V.

ANimalia quæ ex ſemine naſcuntur, vel ſunt ex viuiparis, vel ex ouis, vel ex vermibus, vt notat Claud. Aelian. lib.2.hiſtor.animal. cap.52. viuos fœtus animalia pariunt, homo, & ea quæ pilis integuntur: & ex marinis, delphinos: verùm viuiparorum alia perfecta, alia imperfecta animalia pariunt. Solipedes & biſulcæ animantes perfectum, multifidæ complures, imperfectum: quia ſolipedes & biſulcæ ſingulos pariunt, ideo catulos pariunt, vt vulpes, vrſa, leæna: & aliæ nonnullæ & omnes ferè cæcos, ſola autem inter multiparas, ſus parit perfectos, vt ait Ariſtot.4. de generat.animal.cap.6. Alia porrò animalia oua gignunt, ex quibus mox edunt animalia, vt aues, ſerpentes (excepta vipera) lacertæ, teſtudines, piſces, qui imperfecta tamen educunt oua. At exanguia & inſecta vermiculum pariunt, vt notat Ariſtot.lib.2. de generat.animal.cap.1.

### *De Animalibus ex corruptione vel putrefactione editis.* CAP. VI.

QVia omnia putrefactioni obnoxia ſunt, & corruptio vnius, eſt generationis alterius principium: idcirco nihil ferè in rerum natura ſub hoc ſublunari habitaculo, quod aliquod animal ex putrefactione ſui non edat. Ex putrefactione itaque & limo, ex ſtirpibus, animalibus, viuis & mortuis naſcuntur.

### *De natis ex putrefactione limi, & terræ & imbrium, & ariditate.* CAP. VII.

EX limo & materia putreſcente, ferè generari videntur, purpuræ buccinæ, & omne genus animalium teſtaceorum: materia autem illa ex illis decidit verno tempore quæ vocatur fanago, quia exuuiæ illæ, in modum faui apum eſt, teſte Ariſtot.5. de hiſtor.animal.ca.15. Refert Plin. lib.9. cap.51. ranas ſemeſtris vita reſolui in limum, nullo cernente: Et rurſum, vernis aquis renaſci. Et Aelian.2. de animal.cap.56. tradit, in Thebaide mures & ranas ſemiperfectas naſci, & paulatim perfici: quod & firmat Orus Apollo in literis hieroglyphicis, & Diodor. in 1.cap.1. Naſcitur & mugilus ex limo: apua quoq; ſpuma maris incaleſcente cum admiſtus eſt imber, Ariſtot.lib.6. de hiſtor. animal. cap.15. Murices purpuræ ſalinario lentore. Generantur ex imbre & terra in ligno arido, coſſi, tabani, & id genus: & araſcente humore, culices. Adde ex Plin. lib.17. cap.41. teredines terreſtres, tinea, thripas, ceraſtem, qui cùm tantum corroſerit, vt circumagat ſe aſlum generat. In veſtibus tinea, alia in humido in cauernis volucria. Plin. lib.11. cap.33. puluis in lanis & veſte tineas generat, quæ & in chartis cum natura areſcit. naſcitur & in ligno candidum animal dictum accarus, item & xylophteros: naſcitur & in ceris, Ariſtot.5. de hiſtor. animal. cap.32. Generantur in niue vermiculi in medio rutili, hirti cum pilis grandiores, torpeſcenteſque, Plin. lib. 11.cap.35. Bombyces in Co inſula naſcuntur terra halitu animante florem decuſſum imbribus, terebinthi, fraxini & quercus, Plin.lib.11. cap.23. Pulices, minima quadam putredine gignuntur, ſedemq; ſui ortus obtinent ſordes aridas, Ariſtot.5. de hiſtor.animal. cap.31. ex pilis equinis vermes, ex pilis mulieris ſerpentes. Muſciliones vino, vermes cœno, vere pectines, limaces, hirudines enaſcuntur, eodemq; tempore euaneſcunt.



### *De Animalibus quæ innaſcuntur ſtirpibus & plantis.* CAP. VIII.

NVlla ferè planta eſt, quæ non aliquod animal ex ſe gignat: gignunt & potiſſimum ſemina, ob alimenti cœlique intemperiem, cùm plus minuſque alimenti præbetur, aut immodicè ſiccum, humidúmve eſt, vel etiam cùm non tempeſtiuè humeſcit. Sic vermes cicerij, piſoq; cicerulæ innaſcuntur, & erucæ, cùm ſiceribus non reſiccatis, interim dies feruidi acceſſerunt. Quippe, vbiq; natura animal gignit, modò calor cum humiditate ratione aliqua coeat: humiditas ſeu materia, ſubiacet calori ad excoctionem conficiendam. ſic flatibus auſtrinis, ſtirpes putreſcunt & in radicibus generant vermes. Theophraſt. de cauſ.plant.3.c.27. vermiculantur quoque ex ſiti arbores. In vitibus vermes ipes nominati, in auſtro potiſſimum generantur: carpę in oleis: populatq; ingentem farris aceruum Gurgulio, tritico & hordeo infeſtiſſimum animal, Virgil.1.Georg. & Theophr. de cauſ.plant.4.c.16. ex pinu & pinea naſcuntur pyriocampæ, erucæ virulentiſſimæ. Fabæ generant vermiculum mindain dictum. Sic aliæ plantæ & fruges, ſuos hoſtes ex ſe natos gerunt, animalia, quæ tamen anonyma cum ſint, vermium appella-

tione continentur, vel muſcarum vt illę nigræ quæ ex a-
ſynthio naſcuntur, dum ſemen mittit. Immunes tamen
ab hac peſte Hieron. Cardan. lib. 7. de rer. variet. cap 41.
exiſtimat, bugloſſum ſeu borraginem, & ſaluiam, & alias
benè natas plantas.

## *De Animalibus, ex aliorum animalium viuorum corruptione natis.* CAP. IX.

ANimalibus viuentibus inſunt animalia ex putrefa-
ctione nata, extra in cute, & intra corpus. Ex humo-
re qui per ſumma corporis animaliũ exiſtit, naſcun-
tur cimices: item pediculi, humidis & corruptis vapori-
bus intercutantes reſudantibus generantur, & ideo co-
lor illorum imitatur colorem humoris, quo generantur:
qui ex ſanguineo, rubei: qui ex phlegmatico molles, albi:
ex cholerico, veloces, acuti, longi, citrini: ex melancholi-
co, cinerei, ſubnigri, macilenti, tardi: & ſi multitudo adſit
pediculorum, ſignũ generalis corruptionis, vt morpheæ,
lepræ, &c. Eſtq; inde morbus, qui phthiriaſis Græcis, pe-
dicularis, quo interijſſe ferunt Acaſtum Peliæ filium, Alc-
meonem, Pherecydem, Caliſthenẽ, Olynthum, Mutium
iuriſconſultum, Syllam dictatorem apud Plutarc. in vita
Syllæ, Democritum teſte Reuchlino 1. de verb. mirifi. He-
rodem regem, Actuum 1.1. Theodoricum Vualdalorum
regem, poſt ſuſceptam hæreſim Arrianorum, & alios plu-
res. Atque omnia ferè animantia, pediculis ſui generis
infeſtantur: potiſſimùm aues, phaſiani, & reliquę omnes,
quibus penna caule conſtat: item animalia, quibus pili,
dempto aſino, qui & à pediculo & à ricino exemptus eſt.
Canes autem ricino agitantur, quorum curam docet Var-
ro 2. de re Ruſtic. cap. 9. Boues & ricinum & pediculum
habent: oues & capræ, redinos, pediculis autem vacant.
Canibus proprius ricinus in auribus, cynoraiſta dictus.
Sunt & piſcibus, veluti tunnis ſub pinna, aſilus oritur. A-
riſtot. 5. de hiſtor. animal. c. 21. Plin. lib. 11. cap. 33. & 34. alia
apud Bonifacium Simonetam Cornu abbatem lib. 4. e-
piſt. 8. vide. Intra corpus, animalia naſcuntur, vt in inteſti-
nis vermes, dicti Gręcis Elmynthes, id eſt, teretes lumbri-
ci: ſunt etiam tineæ, lati vermes. Plin. quoque ponit lum-
bricos ventris, lib. 26. cap. 8. & lib. 28. cap. 14. Sunt & aſca-
rides vermes qui recto adhærent inteſtino, & qui ima ſe-
de procreantur hæmorrhoides. De lumbricorum diffe-
rentia videndus Ariſtot. lib. 5. de hiſtor. animal. c. 19. Hip-
pocr. 3. aphoriſm. aphoriſ. 26. Celſus lib. 4. c. 17. Auicen. 16.
parte



parte 3. tract. 5. cap. 2. & c. 26. Paul. Aeginet. lib. 4. c. 57. & 58.
Aetius lib. 9. c. 40. Hier. Gabucinus Fauenſis lib. de Lum-
bric. aluum occupant. Galen. in Medico. Refert Leuinius
Lemnius lib. 2. de Occul. rer. nat. mir. cap. 40. obſeruatum
fuiſſe ſua memoria, diſſecto alicuius mulieris corpore, be-
ſtiolas quaſdam nõ abſimiles muribus, ſoricibusq; exem-
ptas, quas natura ex ſordido aliquo excremẽto, quo ali-
menta erant imbuta, produxiſſe videtur: atque poſſe ge-
nerari in ſtomacho beſtiolas, ſi excrementa, vel oua, vel
ſeminale recrementum rubetarum & bufonum edantur,
vt fit aliquoties non repurgatis ab ijs ſordibus oleribus,
vel dum à veneficis propinantur impijſſimis.

## *De Animalibus quæ ex alijs animalibus mortuis naſcuntur, vel generantur.* CAP. X.

GEnerantur ex mortuis animalibus alia, veluti ex iu-
uenci corpore exanimato, apes, vt deſcribit modum
Virgil. lib. 4. Georg. incipiens ibi,

*Tũ vitulus, bima curuãs iam cornua fronte, Quæritis,* &c.

Conſtantinus quoque lib. 15. de Agricult. c. 2. Plin. lib. 11. c.
20. Ex ventre bubulo & equinis carnibus, naſcũtur veſpę
& crabrones: ex aſininis ſcarabei & locuſtæ: ex anatis eli-
xatura ſub dio expoſita bufones. Lancinius lib. 1. Collect.
Chymic. cap. 9. & Plutarc. in vita Cleomedis, tradunt, in-
quit, ex bobus apes, ex equis fucos, ex aſinis crabrones,
generari: ita & humana corpora, præſertim medullas hu-
moremq; ex eis profluentem ſerpentes producere, quod
& firmat Plin. lib. 10. cap. 66. Meminit & Ariſtoteles lib. 5.
de Hiſtor. anim. cap. 20. veſpas, quas dicũt ichneumones,
araneos, quos dicunt phalangia, occidere, atque eos in
aliquod foramen ponere, ibique illis incubare, & ſic ve-
ſpas alias producere.

## *De Animalibus quæ tranſmutantur in aliam ſpeciem.* CAP. XI.

ANimalia etiam permutant ſpeciem, & ita naſci & ge-
nerari noua, videntur. Sic vermiculus limacis, de-
tractus à cortice expirat, & tranſit in erucã immobi-
lem, quam vocat Ariſtoteles χρύσαλιν. Theod. Gaza ver-
tit aureliam. Quidam ex ea aliquid pennarum oriri aiunt.
Caprificus primùm ſuis pomis generat vermiculos, qui
rupta cute poſteà generant culices ficarios. Plinius lib. 11.
cap. 22. Ariſtoteles 5. de Hiſt. anim. cap. 19. Cantharides ex

vermiculis ficuum, pyri, peuces, cynacanthæ & roſæ, Plinius lib. 11. cap. 35. Ex phalangiis araneis, bruci, locuſtæ, cicadæ: papiliones ex erucis, erucæ ex virentibus foliis. Scarabæi tauri, gignuntur ex vermibus, qui in tignis aridis naſcuntur: Ex erucis piloſis ſed paruis nicendulæ, quæ deinde fiunt pennigera animalia, cirri. Scarabęi, virides dicti galeruchæ, fiunt ex vermibus fimo bouis vel equi generatis: muſcæ ex vermiculis, de quibus & aliis, Ariſtot. lib. 5. hiſtor. animal. c. 19.

## *Nullum eſſe locum qui non habeat aliquod animal.* CAP. XII.

VIx aliquis in orbe locus reperitur, qui non habeat animal, neque elementum, in quo quoque non ſint. Sub terra viuunt talpæ, vermes, ſerpentes, & alia quædam: & intra ſaxa ſerpentes concluſi inueniuntur: & piſces viui in Paphlagonia, vt ſcribit Plin. lib. 9. cap. 7. & c. 57. Ariſtot. 1. de hiſtor. animal. c. 1. Alia in terra animalia quadrupedia, bipedia, & homines, &c. de quibus Plinius lib. 8. alia partim in terra, partim ſubtus terram degentia: vt quæ foueas habent, ſerpentes, vulpes, vrſi, cuniculi, &c. Alia in igne, vt in fornacibus calcis in Cypro, teſte Ariſtot. 5. de hiſtor. animal. cap. 19. illud quod pyrigonon dicitur, quod in igne generetur, apud Aelianum lib. 2. de animal. cap. 2. & Plinium lib. 8. cap. 36. Alia in aqua, vt piſces: de quibus Rondeletius, Bellonus, Oppianus, Paulus Iouius, & alij libros integros compoſuerũt, & Plin. lib. 9. quædam etiam amphibia, quæ partim in aqua, partim in terra viuunt, vt lutra, caſtorium, de quo Galenus libro 11. ſimplic. medicã. Dioſcorid. lib. 2. cap. 26. Ariſtot. lib. 8. de hiſtor. animal. cap. 4. Plin. lib. 8. cap. 30. connumerare illis licet vitulum marinum, ſatyrium, & ſatyrionem. Alia volantia in aere, quia vt potiſſimum in eo viuunt. De quibus Plinius lib. 11. & Bellonus libros de auibus edidit, & alia inuiſibilia in aere animalia defendit Philo Iudæus libro de ſomn. Tradit & Diodor. Sicul. lib. 4. cap. 4. in ea Libya quæ circa Syrtes eſt, quieto à ventis tempore quandoque in aere diuerſorum animantium formas apparere, quarum quædam quieſcunt, quædam mouentur: aliquando fugiunt, aliquando inſequuntur, cuius rei phyſici rationem dicunt aeris tranquillitatem, in qua ſimulachra retinentur animalium nullo vel debili ſpirante aere: vt in nubibus æſtiuo tempore, aliquando diuerſas animantium ſpecies licet videre, formis illis



aere, quem leues & tenues auræ quandoque mouent, præbente: at dicunt illas quæ paulum moto aere in terram impulſæ, formam tamen quam ſumpſerint, cadere, cique, in quem fortè inciderint, hærere.

## *De animalibus quibuſdam partim plantis.* CAP. XIII.

REfert Surius lib. Commentar. in orbe geſtarum ſuo tempore, nõ longè à Tartaris Cazanenſibus, in quadam inſula, à grauiſſimis viris narrari, ſemen quoddam inueniri, non abſimile melonum ſemini, paulò tamen maius & rotundius, ex quo in terram condito, quiddam agno ſimilimum enaſcatur quinque palmorum altitudine, habens caput, aures, oculos, cæteraq́; omnia in formam agni recenter editi, pilum etiam ſubtiliſſimum, quo permulti illis in locis ad capitum tegmina vtuntur: carnem tamen nullam, ſed ſanguinem habere, at carnis loco materiam carni cancrorum ſimilem: vngulas non carneas, ſed pilis veſtitas in cornu ſimilitudinẽ: radicem huius eſſe in vmbilico, tandiuq́; viuere, quandiu illi herbæ vicinæ ſunt ad paſtum. Inter ζωόφυτα quoque, id eſt, quæ plantæ & animalia ſunt, quę immobilia terræ affixa vt plantæ ſunt, at ſenſum vt animalia habent, eſt ſpongia, quæ ad ſaxa, quibus hæret, contrahitur & dilatatur. Sunt huiuſmodi ſpinnæ & vrticæ marinæ, ſentientes tamen, vt plantæ in mari affixæ, & teſtis quaſi ligneis circumdatæ, vt ſcribit Nemeſius lib. de Natura hominis, cap. 1.

## *De Corpore animalium, & eius diuiſione.* CAP. XIV.

COrporis nomen trifariam accipitur: interdum non ſolùm animatum, ſed & inanimatum, idq́; generaliter complectitur omne quod tribus conſtat dimẽſionibus, latitudine, longitudine, & profunditate: & tunc in prædicamento eſt quantitatis. Secundò, corpus in prędicamento ſubſtantiæ, pro eo quod materia & aliqua forma conſtat, ſumitur: & ita corpus animale poteſt vſurpari pro corpore cuiuſque animalis ſeparati ab anima, veluti pro eo, quod ſua mãteria & forma ſpeciali conſtat: videlicet vt aſini, equi, & ſimilium. Tertiò, volunt accipi corpus pro parte vna compoſiti, cùm accedit forma integralis & generica: & ſic corpus eſt materia animæ ſenſualis, materia diſpoſita organicis ſuis inſtrumẽtis. Quãobrem ex his conſtat, corpus eſſe aut organicum, aut nõ

organicum: organicum eſt, quod habēt diuerſa inſtrumenta & varias partes ad varia explicanda opera reiconuenientia: & ad eum modum, omnia omnium animantium ſunt organica corpora, vt notat Galen.lib.17.de Vſu part.corp.hum.cap.2. Quid autem ſit nō organicum corpus, contraria ſignificatione licet explicare, quod caret partibus & inſtrumentis, ad diuerſas operationes, quale lapidis, terræ, metalli, & ſimilium corpus.

## *De partibus corporis animalis ſimilaribus & diſsimilaribus.* CAP. XV.

IN vniuerſum corpus animale diuiditur in partes ſimilares, vel diſſimilares, vt ait Ariſtot.1.de Hiſt.anim.cap.1.Galen.lib.8.de Hippo. & Plat.decret. Similares partes ſunt, quæ iterum in ſibi ſimiles partes diuidi poſſunt, vt caro diuiſa, diuidi dicitur in carnes, ſeu carneas partes: item ſimilares, quæ habēt alias partes in corpore eiuſdem ſubſtantiæ ſibi ſimiles. Cuiuſmodi ſunt nerui ex triplici coniugatione, ſiue ex cerebro, dorſiq; medulla ortum ducant, dicti voluntarij, vel alterius generis ſint, item muſculi, tendones, ligamentales ex muſculis ducentes originem, vt ait Galen.princ.de Oſſibus, cutis quæ neruis & arterijs referta eſt, apud Gal.lib.an ſanguis in arter.cont. & lib.3.de Alimen.cap.4. item cartilago, quæ quamuis in multis diſſideat ab oſſium natura, tamē in multis conuenit, prout docet Ariſtot.lib.3.de Hiſtor.anim.cap.8. Sunt quoque eius generis venæ & arteriæ, quarum illæ deferunt ſanguinem, iſtæ ſpiritum nutriunt animalem, & calorem naturalem, vt tradit Galen.lib.1.de Vſu part.cap.16.& breuiter etiam ſimilares partes caro, os, pili, ligamen, ſanguis, ſpiritus, tunicæ, adeps, medulla, partes ὁμοιομερῆ Galeno dictæ: quæ quidem non eodem modo, nec forſan omnes omnibus animalibus adſunt, excepto homine, q animal perfectum, alia autem imperfecta ab eo. De quibus omnibus partibus Galen.lib.3.de Differ.morb.lib.de inęquali temperie, cap.2.Auicenna 1.part.1.doctr.4.Diſſimiles res partes vel inſtrumentariæ ſunt, quæ ex ſimplicibus ſimilaribúſve conſtant, quæ ſi ſecantur, in diſſimiles ſibi non ſimiles diuiduntur partes: nam facies eadem in facies non diuiditur: nec manus vna in manus alias. Dicuntur quoque hę partes compoſitæ, ſecundæ, diſſimilares, diuerſi generis: cuiuſmodi ſunt, caput, oculi, aures, manus, &c. potiſſimùm cor, iecur, cerebrum, pulmo, Gal. lib.8. de Placit.Hippocr.& Plat.

De Car-



## *De Carne animalium, & illi adiacentibus.* CAP. XVI.

CAro omnibus ſanguineis, inter cutem & oſſa, cùm animal extenuatur & gracileſcit, aboletur & in venas fibraſque tranſit: vertitur autem in pinguedinem, quoties pabuli copia ſuppetit, Ariſtoteles libro 3.de Hiſtor.animal.cap.16. & lib.4.cap.4. oſtrea & conchas & cruſtata, intus habere carnem dixit, exceptis echinis, quibus nullam eſſe dicit carnem: partim autē carne conſtare purpuras, buxinas, cochleas, terreſtres limaces & cocalia & reliqua turbinata. Caro hominum omnium molliſſima, ideò valet maximè omnium animalium ſenſu tactus. Ariſtoteles lib.2.de Part.animal.cap.16. Caro à ſanguine alitur, vt quidam contendunt, argumento quòd ea icta ſanguinem mittat. Carnis vna ſpecies eſt quidem, ſed ſecundùm ſanguinis mixtionem & exſiccationem diuerſas figuras accipit, ac fibras contrahit. Atque natura ex ſeminis ſynceriſſima parte, carnem ſenſorium corporum conficit, alias in excrementa, oſſa, neruos, pilos, vngues, vngulas, & reliqua id genus conijcit. Ariſtot.li.2.de Gener.animal.cap.4.vbi tractat de generatione omnium partium animalium. De carnis, ſanguinis, oſſium, membranæ, cartilaginis, temperamentis, Ariſtoteles 2.de Part. animal.cap.1.& 2. Galen.lib.3.de Partib.art.medic. cap.3. Cardanus libro 1. Contradic.medic. tract.6. contradict.5. Tunicæ his adduntur ſanguineorum vaſorum, venarum & arteriarum exanguis & frigidę naturæ, habentes fibras & membranas.

## *De Oſsibus quædam.* CAP. XVII.

OSſium diſtinctiones in principio libri Galeni de Oſſibus: horū alia caua, meduloſa: alia nequaquam, ſed ſolida. Componuntur oſſa naturaliter in corpore animali, vel per articulum: aut coniunguntur p ſymphyſim. Articulus dicitur extremum, quod immittitur in alteram partem oſſis. Articulatio diuerſa, nam vel diarthroſis, dearticulatio ſcilicet oſſium, quorum motio euidens: vel ſynarthroſis coarticulatio, quæ obſcurum habet motū. Diathroſeos triplex ſpecies rurſum, enarthroſis, cùm os quod excipit cauum eſt admodum, & quod ingreditur longum: arthrodia, cùm cauum leuiter & in ſuperficie capitulum depreſſum habet: gynglynos, cū oſſa ſeſe inuicem mutuo ingreſſu iungunt. Os cauum, quod

recipit aliud, dicitur acetabulum, quod ingreditur, cem-
le & vertebra. Synarthroſeos quoque triplex ſpecies, ſu-
tura, gomphoſis, harmonia. Sutura, coniunctio oſſium
in modum ſuturæ, id eſt in modum denticulatæ ſerræ.
Gomphoſis, cùm ad inſtar claui, os oſſi adiungitur, ve
dentium more. Harmonia, eſt oſſium ſtructura per line-
am ſimplicem, vt eſt in maxillis, & nonnullis capitis oſſi-
bus. Symphyſis porrò, eſt cùm oſſa ſibi inuicem adna-
ſcuntur, vel aliorum interuentu, vel mediante cartilagi-
ne, & hæc dicta ſynchondroſis: vel neruis, quæ dicta ſi-
neuroſis, vel carne, & dicta ſyſſarcoſis. Gal. lib. in proœm.
de oſſibus. In capite hominis, oſſium partes ſeptem, vna
ſyncipitis, duæ verticis, duæ temporum, vna occipitis,
vna palati. ſuturarum quinque, de quibus Gal. lib. 8. & 9.
& 11. de vſu part. In auditus organo, duo oſſicula Veſa-
lio, lib. 1. cap. 8. Sunt in auribus alia lapidoſa, mamillare
& iugale: in naribus cartilago, os, ſutura: at maxilla in-
ferior vno tantum oſſe, conſtat homini. Veſalius lib. 1.
cap. 10. Dentes 32. octo anteriores inciſorij, quatuor cani-
ni, viginti molares. Thoracis oſſa anterius, clauiculæ,
claues, iugula, os pectoris, ſternon, Veſal. lib. 1. cap. 19.
Poſterioris autem partis oſſa, colli 7. ſpina dorſi 24. ver-
tebris ſeu ſpondilijs conſtat. in ſpina hac colli prior eſt
pars: pro ſecunda, metaphrenum, habens vertebras 12.
poſtrema renum & lumborum, ὀσφὺς, quæ pars habet
quinque vertebras. Sunt coſtæ in quolibet latere 12.
Græcis πλευραὶ, variè diſpoſitæ: Sunt enim nothæ quin-
que, quæ non attingunt pectus vtriuſq;, Veſal. lib. 1. cap.
9. Sunt & ſcapulæ oſſa, ceruicis, acetabulum, os ſacrum
ex tribus oſſibus in fine ſpinæ: poſteà coccygis, os caudæ
quod tribus conſtituitur oſſibus, vel vt Veſal. lib. 1. c. 18.
quodq; ferunt prominere Anglis quibuſdam. In brachio,
os humeri ſeu adiutorium, cubitus, radius: in manu
raſceta, ſeu carpos cõſtat 7. oſſibus: poſt brachiale ſeu
palma ex 4. & dactyli ſeu digiti, conſtantes oſſiculis & in-
ternodijs. In cruribus, oſſa anchæ 2. ſuperiores partes ilia
pectinis oſſa, cum acetabulo, oſſis femorũ: femur, os co-
xæ, rotula ſeu patella: tibia, canna maior: ſura, os minus
quod genu non tangit, vt aliud malleoli: in pede talus, os
nauiculare, calcis vnum: raſceta pedis ſeu tarſos, habens
4. oſſa: planta ex oſſibus 5. Digiti 5. cũ internodijs. Os nul-
lum in corde hominis, rarò in animalibus, tamẽ in aliqui-
bus, vt in corde bubuli aliquãdo, vt ait Ariſt. lib. 5. de ge-
nerat. animal. c. 7. in corde equi Plinius. lib. 11. cap. 37. & in
corde



corde corui. In ventre autem nulli Ariſtot. lib. 3. de hiſtor.
anim. cap. 7. Plura de oſſibus apud Hippocratem, libro de
locis in homine, & de oſſiũ natura, & Galen. de oſſibus,
Ariſtot. lib. 3. de hiſtor. animal. c. 7. Et hæc de oſſibus dicta
ſint præcipui animalis, nempe hominis: parum enim de
alijs curandũ, ne tempus in ſolo ſterili conteramus. Ta-
men ſi quis anatomẽ voluerit oſſium auium videre, con-
ſulat Bellonum, qui eam explicat lib. 1. de nat. auium c. 12.
vbi eam depingit & confert cum oſſibus humani corpo-
ris, notatq; differentias.

## *De Neruis pauca.* CAP. XVIII.

NErui in corpore animali, motus ſentiendiq; inſtru-
mẽta ſunt, à cerebro & ſpinali medulla, vt dicimus,
orta. Et Gal. lib. 7. decret. Hippoc. & Plato. tradit, &
Cic. 2. de nat. Deor. Sic rupti vulnere nerui, Deficiunt, mo-
tumq; negãt viresq; volanti, Ouid. 12. Metamorph. Et Ga-
len. lib. 8. methodi medendi ca. 10. anima ratiocinatrix, in-
quit, in cerebro domicilium habet, ea volũtarijs actioni-
bus vnà cum ſenſibus præſidet: vtitur & hæc particulis
quibuſdam ſeu canalibus, nempe ipſis neruis: ſenſum
motumq; per hos in totum animal tranſmittens. Et lib.
de neruor. diſſection. circa finem, tradit eſſe vnum neruũ
qui carodibus adhæret arterijs, qui ſi laqueo intercipia-
tur, ſtatim mutum animal reddat. Porro nerui in triplici
differentia ſunt: qui enim oriũtur ex cerebro & dorſi me-
dulla, voluntarij dicuntur: qui ex muſculis, tendones, qui
ex oſſibus, ligamenta. Galen. in prolog. lib. de oſſibus in
finitio. med. Hippoc. lib. de locis in hom. ait corpus totũ
neruorũ plenum eſſe in homine, excepto vultu & capite,
vbi nulli, ſed tantum fibræ neruis ſimiles, aitq; neruos ſic-
cos & cauos oſſibus cohærentes, maioremq; partem ab
illis paſci, & aliquatenus à carne. placuit tamen Ariſtoteli
lib. 3. hiſtor. animal. c. 5. neruorũ originẽ in corde eſſe, & c.
4. docet fibras inter neruos & venas, habere naturã quã-
dam. Medici ponunt coniugationes neruorum à cerebro
deſcendentium ſeptem, de quibus Galen. lib. 7. 8. 9. 16. de
vſu part. & lib. de neruor. diſſect. Veſal. lib. 2. anatomes ca.
4. 6. 7. 8. 9. Ex vertebris ceruicis, proſiliunt alia ſeptẽ paria.
De quibus Veſal. lib. 4. c. 13. A vertebris lumborum paria
quinq;, Veſal. lib. 4. c. 15. Brachium, cubitum, radium, ex-
tremam manum & digitos mouent nerui ſex, de quibus
Veſal. lib. 4. c. 14. In femur, tibiam, pedem, & eius digitos
quatuor nerui excurrunt, de quibus Veſal. lib. 4. c. 17. Sex
paria

paria à ſacro oſſe exiliunt hominis in femur, clunes, abdomen, muſculos, anum, vterum, & veſicam, ceruicem, pedem, dorſum, &c. de quibus Veſſal. lib. 4. c. 16. vbi addit in coccyge hominis nullum neruum oriri, & tamen in canibus & ſimijs caudatis, ex huiuſmodi oſſe, numeroſa neruorum paria, proſiliant. Replentur nerui à frigidis & glutinoſis humoribus, ex quibus etiam nutriūtur, vnde conuulſionem patiuntur: item & ex ſiccitate, vnde malum penè inſanabile, vt ait Galen. lib. 2. in aphoriſ. 26. Hippoc. Offenditur & neruoſa ſubſtantia nimio vino, & comeſtatione, crapula, deſidia. Galen. in lib. 6. aphoriſ. Hippoc. c. 28. nimia euacuatione, idem lib. 5. aphor. aphoriſ. 70. frigore dantur, vt penè conuulſi. Galen. in 6. aphor. aphor. 54. Nocet valde abſciſſio, quia neruus abſciſſus non coaleſcit, Galen. in lib. 7. aphoriſ. Hipp. aphor. 28. Ex neruis ad arterias & venas, noxij humores ducuntur, & econtrà, Galen. in lib. 6. Hippoc. aphor. aphor. 26. Partes neruoſę communicant cum hepate, ideo ſi patiātur, ſingultus ſequitur, Galen. in lib. 5. aphoriſ. Hippoc. aphor. 58.

## *De venis quædam, & de arterijs.*

## CAP. XII.

SAnguinis riui, quibus irrigatur corpus, venis continētur, ſicut arteriæ ſunt ſpiritus ſemitæ. Plin lib. 11. c. 37. in venis plus ſanguinis, minus ſpiritus. Gell. lib. 18. cap. 19. venæ explorantur, ratione ſanguinis mittendi: at arteriæ motu & pulſu ſuo habitum & modum febrium demonſtrant. Non enim pulſat vena, ſed arteria quæ ei adiacet vel ſubiacet, niſi in dorſo, in quo magna arteria quæ tracheia dicta eſt, poſita eſt ſupra venam: quanquam pro arteria vſurpetur nomen, & venæ, vt apud Celſum lib. 2. cap. 6. & apud Ouid. lib. 10. Metamorph. Saliunt tentatæ pollice venę. Galen. in finitio. medic. Vena, inquit, eſt vas ſanguinis, & ſanguini contemperati ſpiritus naturalis, neruoſa, humida, & calida, ſenſum obtinens. Arteria vas ſanguinis, paucioris puriorisq́; & contemperati ſanguini ſpiritus genuini copioſioris ac tenuioris, magis ſentiens, quam vena, pulſandi motu prædita. Hæc ſpiritum vitalem ſuppeditat, excipit & purum aerem dum contrahitur: dum attollitur, fumoſa excernit ac fuliginoſa, & cor ac naturæ calorem refrigerat. Quare autem non habent pulſum venæ, ſcribit Galen. lib. 6. de placit. Hippoc. & Platonis, quia originem non habent à corde, vt arteria, ſed à iecinore. Vaſa omnia pulſantia, dicuntur arteriæ lib. de anatom. adminiſt. Galeno. Notandum autem vnamquamq; arteriam, eſſe venæ conuenientē, quam quodāmodo ex ſua ſpiritus attractione refrigerat, vt ait Ariſtot. lib. de ſpirit. Nam oſculo quodam ſibi inuicem communicant, vt ait Galen. lib. de vſu pulſuum. arteriæ porrò circumiacentem aerem per poros trahunt: eoq́; corrupto inficiunt etiam ſanguinem vicinum, & morbos generant, Galen. lib. 1. de different. feb. cap. 2. Vna tantum vena quæ caua dicitur & magna, ex gibbo iecoris exorta. Inde in vtramq; animalis partem tam ſuperiorem quàm inferiorem recta protenditur: latiſſima tamen ea eſt pars, quæ infra iecur: minus lata quæ per venas ſuperius ſpargitur ac cordi applicatur: inde & aliæ venulæ, vt riuuli à fonte progrediuntur. Galen. lib. 6. de placit. Hippoc. & Plato. & commentar. 2. in Hippocrat. de human. natur. de venis & arterijs, Hippocrat. de oſſium natura & libello de corde, & de locis in homine, Ariſtot. lib. 3. de hiſtor. animal. ca. 3. & 4. Vena porta, habet vnam aliam breuē, cuius tres capillaturæ, ad ἐκφυσιν, ad pancreonem, & pylorum pergūt. Sunt & ex illa aliæ ſex inſignioris amplitudinis, variæ, apud Galenum de vena. diſſect. & 4. de vſu part. cap. 13. & lib. 6. de anato. adminiſtr. de vena caua deſcendente, in iecinoris gibbo exorta, & de alijs quæ ex illa deriuantur, Galen. lib. de vena. diſſec. c. 8. Veſſalius lib. 3. cap. 9. de Vena caua aſcendente, ex cōnexo hepatis orta, & de riuulis ab illa ortis, idem Galen. eod. lib. c. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Veſſal. lib. 3. cap. 7. & 8. Et idem de venis caluariam ingredientibus lib. 3. cap. 14. De arterijs quæ oriuntur in ſiniſtro cordis ventriculo, & vitalem ſpiritum toti corpori ſubminiſtrāt, Galen. lib. de diſſect. arter. cap. 9. & de vſu part. lib. 6. & 16. Veſſalius lib. 3. cap. 12. & 13. de Diuerſitate ſanguinis animalium, Plin. lib. 11. cap. 38. & 39. Extat & libellus nuperrimè editus per Martinum Rullandum de phlebotomia, morbiſq́; per eam curandis, vbi & de venis, & de ſanguinis miſſione per ſeriem literarum agitur. Extat & de pulſibus ex arterijs dignoſcendis, ſingulare opus inſcriptum Sphigmica ars, editum à Ioſepho Struthio. Ex vena & arteria, duo etiam vaſa compoſita inueniuntur: prius quod vena arterialis dicitur, eò quòd illud vas arteriali non venali ſit corpore conflatum, & ſanguinem vt vena deferat, & hæc vena eſt ex elatiori ſede dextri cordis ventriculi, in pulmones numeroſiſſima ramorum ſerie digeſta, ſanguinemque in eo cordis ventriculo elaboratum, pulmonibus ſubminiſtrat. Alterum dicitur, arteria venalis, eò quòd

quòd aerem veluti ſpiritum ex pulmonibus in ſiniſtrum cordis ventriculum deferat, & tamen nõ arteriali, ſed venali corpore vas conflatum, vt docet Veſal. lib. 3. c. 15.

### *De Spiritibus.* CAP. XX.

EX ſanguinis parte tenuiſſima, ſubtilis aerea & tenuiſſima & dilucida ſubſtantia oritur, quæ ſpiritus dicitur: duplex ſecundum Galenum de placit. Hipp. & Plato. & lib. 12. de method. meden. & de facultatibus noſtrum corpus diſpenſantibus, nempe animalis & vitalis. Secundum Arabes, triplex: addunt enim illis naturalem. Naturalis, fit in hepate ex puriore ſanguine, cui nullus humorum commiſcetur, qui ab hepate per venas non pulſantes in totũ mittitur corpus: hic perficit virtutem naturalem & format actiones. Vitalis, in corde generatur, ex inſpiratione & ſanguinis vapore, hincq; per arterias ad omnia corporis membra mittitur, vitalem confortans, & cuſtodiens virtutem: Animalis porrò ſpiritus, in ventriculis cerebri gignitur, & per neruos ad omne corpus mittitur, prębens mouendi ſentiendiq; facultatem. Generatur autem ex vitali, qui dum per arterias ſurſum eleuatus eſt in cerebro, intra reticularem plexum, veluti per cornutæ cuiuſdam valde implexæ labyrinthum, perfectius concoquitur & elaboratur, & clarus in illa inuolutione efficitur, deinde ex reticulari plexu ſurgens, primum ad duos priores cerebri ventriculos, ac demũ ad vltimum in puppi exiſtentem, defertur.

### *De Facultatibus animalium.* CAP. XXI.

AFfines ſpiritibus ſunt facultates quas dicunt animales triplices, animalem, vitalem, naturalem. Animalis in homine gubernatiua rationaliſq; dicitur, habens in cerebro domiciliũ, & imaginatiua memoratiua quoq;. in alijs ſimpliciter animalis, quæ ſenſum & motum quoque per canales neruorũ, in corpus vniuerſum diſtribuit. Vitalis, in animalibus ex corde fontem inſiti caloris naturalis, in arterias diſtribuit. Naturalis, nutricationi deſtinata virtus, plantis & animalibus communis, perficit ſuum munus quatuor gradibus: primò attrahit alimentum, & potentia hæc ideò dicitur attractrix: poſteà attractrix attractum alterat, id eſt, alterum facit, vt ſuccum eius reddat ſimilem parti quam nutrire inſtituit. Quod vt faciat, ope aliarum duarum vtitur potentiarum



ſcilicet retentricis, & expultricis: retinendo concoquit, & ſecernit quod ſuo operi eſt inutile, illudq; foras expellit, vijs à natura conſtitutis, per veſicam, vrinam, per inteſtina, fæces, & ſic ſimilia per alia organa.

### *De Muſculis.* CAP. XXII.

MVſculus, eſt neruoſum corpus, cui permixta etiam caro, ad partium corporis motum procreatum. Diſtinguitur autem à pinguedine, quæ eſt affuſio alimenti, circa membranas maximè cõcreſcens, & ſenſu carens, vt dicitur in finitio. medic. in Iſagog. Galeni. Muſculi conſtant, fibris neruorum, vt moueantur, ſuntq; venis & arterijs, quibus conſperguntur, illis ad alimenti diſtributionem, his ad natiui caloris cuſtodiam. Plures autem ſunt muſculi qui diuiſi & inuoluti ſinguli tẽnui tunicula, quæ eos ſecernit ad inuicem: & vnicuique muſculorum ſic inuolutorum tres partes, origo, medium, exitus. Origo ſeu caput, neruoſum eſt: medium, carne, neruis, & arterijs extuberat: extremum in tendonem, confuſis neruorum & vinculorum fibris, deſinit. Muſculorum actio eſt tenſio, contractio, extenſio, laxatio. quod explicat Galen. 1. de mo. muſcul. De numero muſculorum diſſident medici, ſicut de oſſium numero. Frontis vnum, palpebrarum ſuperiorum duo, oculorum ſeptem, narium proprij duo, labiorum 4. maxillarum ad claudendum duo, & ad aperiendum duo, ad molendũ duo. De quibus Veſalius lib. 2. Galen. 9. 10. 11. de vſu part. Muſculi linguę euidentes 9. Veſal. lib. 2. c. 19. Muſculi hyoidis oſſis proprij 8. non proprij 4. laryngis, & alij linguæ: de quibus Galen. lib. 7. & 13. de vſu part. Veſal. lib. 2. c. 17. Laryngis muſculi 20. quorũ 12. proprij, alij communes. Galen. lib. 7. de vſu part. c. 11. & 12. Veſal. lib. 2. cap. 11. & 21. Scapularum 7. de quibus Galen. lib. 13. de vſu part. cap. fin. Veſal. lib. 2. cap. 20. Muſculi brachium mouẽtes vndecim, de quibus Galen. lib. 13. cap. fin. Veſal. lib. 2. cap. 13. Vlnæ interiores 7. exteriores 9. extremæ manus 7. præter paruos qui intra oſſa metacarpij, parte ſubiacent, de quibus lib. 1. de anato. adminiſtr. & 1. & 2. de vſu part. Gal. Muſculi thoracis complures, de quibus Veſal. lib. 2. cap. 35. Dorſales 15. de quibus Veſſal. lib. 2. cap. 38. Epigaſtri recti duo, tranſuerſi duo, obliqui 4. Galen. 5. de vſu part. cap. 14. & 15. Veſal. 2. c. 13. & 31. Muſculi ſedis 3. Galen. lib. 5. de vſu part. cap. 14. Veſal. 2. cap. 31. veſicæ vnus, Galenus libro quinto de vſu partium, cap. 16. Veſal. 2. cap. 50. teſtium bini ſingulis, Veſal. lib. 2. c. 32.

Pudendi muſculi 4. Gal. lib. 5. de vſu part. c. 3. Muſculi iſchij ſeu coxendicis 5. maiores, & totidem minores illi oppoſiti, de quibus Galen. lib. 15. de vſu part. cap. fin. femoris Galen. lib. 2. de vſu part. cap. 16. Tibiæ 9. Veſal. lib. 2. cap. 59. Pedis & digitorum 22. Veſalius lib. 2. de cap. 60.

*Generaliter indicantur authores, qui de partibus corporis animalium tractant.*

## CAP. XXIII.

DE omnibus partibus hominis tractat Hippocrates lib. de oſſium natura, Galenus lib. 9. de decret. Hippoc. & Plato. & de oſſibus ad tyrones, item de diſſectione venarũ, & lib. 9. de anatomicis adminiſtr. & lib. 17. de vſu part. corp. hum. & lib. 9. de anatom. adminiſtrat. in Iſagog. in introductorio ſeu medico, & definitionibus medic. in anatomia parua, de anatom. oculorũ, de compagine membror. Veſal. lib. de anatom. Plato in Timæo, Alanfrãcus chirurgicus 1. tractat. chirurg. 1. doctrina Theophilus Protoſpatharius lib. 5. de corporis humani fabrica, Aur. Cornel. Celſus lib. 4. medicin. cap. 1. & lib. 8. c. 1. de diuerſitate animalium per ſingula membra, Plin. lib. 11. c. 37. latius Ariſtot. lib. 2. 3. 4. de partib. anim. Communes omnibus ferè generibus animalium partes, gula, venter, inteſtinum: at ſanguinea quaſdam partes interiores & exteriores habent, quas nõ habent exanguia, quæ nec habent viſcera, vt ait Ariſt. lib. 4. de hiſtor. anim. cap. 3.

## *De Capite.* CAP. XXIV.

ALiquas nobiliores animalis partes leuiter attingemus, reliquas, ad indicatos authores reijcientes. De capite itaque delibabimus pauca. pars hæc ſacra in homine eſt nobiliſſima, ideoq; ſternutanti aſſurgimus, & adoramus eam partem, vt notat Ariſtot. Problem. ſect. 33. q. 9. Plin. illud innuiſſe videtur, dum ait cur ſternutamentis ſalutamur? quod etiam Tyberium Cæſarem triſtiſſimum vt conſtat hominum, in vehiculo exegiſſe tradunt, & aliqui nomine quoque conſalutare religioſum putant. Caput, ſecundum poſt cor generatur, ſed vltimum perficitur, ob maximè humidum cerebrum, Ariſtot. 2. de generat. c. 4. Et quia oppoſitum eſt cordi calido, oportuit illud eſſe humidiſſimũ, idcirco omnibus animalibus quibus cor eſt, caput ſit, neceſſarium fuit, Ariſtot. 4. de part. animal. c. 10. Attamen aſſerunt quidam deeſſe animalibus quibuſdam caput, ſicut Plin. lib. 5. cap. 8. in India meminit Blemyis capita abeſſe, oculis pectori affixis. Oſtrearũ generi nulla capita, nec ſpõgijs, nec alijs ferè, quibus ex ſenſibus ſolus tactus eſt. Tradit quoq; Plin. lib. 11. cap. 37. quibuſdam animalibus indiſcretum caput, vt cancris, Plin. lib. 11. cap. 37. Ariſtot. 4. de hiſtor. animal. cap. 3. & 4. de part. animal. c. 10. Ob cerebrum humidum, ponderoſum eſt caput: quò fit vt pueri propter cerebri magnitudinem non portent caput, nec erigant collum, donec calore cordis mediantibus arterijs à ſuo pondere alleuietur, vt tradit Ariſt. 2. gener. animal. cap. 4. Subſtantia cerebri ſubtilis ingenioſum habet: craſſi, tardum: formarũ facilis ſuſceptio, memorem: calida, mobilem: frigida, ſtabilem: humidior, ſtultum. Caput autem valde rotundum notat mobilem: acuminatum & pinneatum inuerecundum: paruum, inſenſatum: optimæ formæ, prope rotundum, ſed cuius anterior pars latior, poſteriore modum mallei, &c. optimũ, vt apud phyſiognomos tractatur.



## *De Pilis & quæ horum loco animalibus ſint.*

## CAP. XXV.

QVia cerebrum omnium partium humidiſſimum, idcirco citius & magis in capite generantur capilli, vt ait Ariſtot. 2. de hiſtor. animal. cap. 1. & 2. de part. animal. cap. 14. Porrò pili naſcuntur ex quadam materia fuliginoſa, terrea, ſicq; Galen. 2. de temperam. humore tamen cutis; quæ inquam cutis, nihil aliud eſt, quàm reſiccatio carnis, paſcuntur. Huiuſmodi humor copioſus à cerebro tranſmittitur per cõmiſſuras: qui ſi multus & pinguis ſit, pilos nutrit & protẽdit: ſin ſiccus, criſpat, Ariſtot. 5. de generat. animal. cap. 3. & ſic de ſimilibus, de quibus Galen. in arte medica, cap. 13. 14. 15. 16. Pili naſcuntur hominibus parte ea qua cutis pelliſve ſuperior rariſſima eſt, quemadmodum in barba, in mento, in pectine naſcuntur puberibus, cùm pellicula ſuperior rareſit, & ſatis habeat humoris ad pilum nutriendum, ut ait Hippocr. de pueri natura. Cur autem nec fœminis nec ſpadonibus naſcantur, & quibus ex cauſis defluant, & nutriantur & caneſcãt videndus Ariſtot. 3. de hiſtor. animal. cap. 10. Galen. 2. de temperam. & in medico. Quæ loco pilorũ ſint in animalibus, & de pilis Ariſtot. 5. de generat. animal. cap. 3. Nam animalium quædam habent cutem ſine pilo vel lana, vt vermes terreſtres: quædam corium cum pilo, vt equus: quædam lanam, vt oues: quædam lanam cum pilo, vt aſinus: quædam habent pilum & capillum, vt homo: quæ-

dam ſetas & pilum, vt porcus: quædam ſpinas, vt ericius & porcus ſpinoſus: quædam pennas, vt aues: quædam ſquamas, vt piſces: quædam pellem, vt anguillæ.

## *De Ore.* CAP. XXVI.

SIcut omnia quæ viuunt egent alimento, ſic & inſtrumento quo illud attrahant: illud autem os, quod eſt omnibus animalibus commune, loco cuius radices plantis: verùm illud variè diſtinguitur, ſpecie, proportione, ſitu, exceſſu, vt notat Ariſtot.lib.1. de hiſtor.animal.ca. & plura lib.2.c.1. & ſeq. Quædam habent os roſtratum, vt aues: alię fiſſum, vt canes, piſces: quędam cum promuſcide, vt elephas, pulex. Aues, nec labia nec dentes habent, paucis exceptis, nec nares, nec aures, nec cilia, quãuis pro illis quædam habeant, & odorentur, & audiant, vt notat idem Ariſtot.2. de hiſtor. animal. c.12. in ore continentur dentes: concameratio ſuperior dicta palatum, in cuius extrema parte adhæret gurgulio ſeu vna. de dentiũ differentijs & ordinibus Ariſtot.3. de part. anim. cap.1. Galen. lib.11. de vſu part. c.8.

## *De Lingua.* CAP. XXVII.

IN ore quoque lingua, caro quædam ſpongiæ inſtar & mollis: vnde fit vt ebrij lingua cùm plus hauſit humoris, expeditè loqui nequeat, Ariſtot.problem.ſectio.3.q. 30. hæc lingua, cùm ſuper pulmonem ſit poſita, & diuerſitatem humorum ob naturam ſpongioſam concipiat, febrium diuerſitatem indicat, vt idem tradit Ariſt.problem. ſectio.34.q.4. atque linguæ euadunt concolores humoribus, vt tradit in Hippocr.librum de morb. vulgaribus Galen.comment.5. Signa porrò morborũ ex inſpectione linguæ, tradit Hippocr.lib. de prænotionibus: & lib.6.epidemio. & in princ. de dieb. decreto. & 7.lib.aphoriſ. idcirco lingua viridis, bilioſos, nigra melancholicos indicat: lingua humida ventriculũ vel cerebrum quod in ventriculũ diſtillat, Galen.in lib. aphoriſ.6. in aphoriſ.32. Tradit Galen.in definitio. medicis, & in medico, linguã eſſe venoſam, ſubpinguem, carnoſam, ſaporũ guſtatricem, adiutricem in deglutiendo alimento. Duo in ea neruorũ genera, alios illi molles, guſtandi ſenſum prębentes: alios duros ex quibus motus arbitrarius. Et quòd illa moueat ſapores, docet Ariſt.4. de part.anima. c.8. Plut. de placit.philoſ. c.18. Radici linguæ adhæret Epiglottis, lingula, quæ arteriam cùm deglutimus claudit, ne quid in eam firmi & ſolidi incidat, & eius rei quoque gratia, creatæ ad radicem

lingu



linguæ quatuor tonſillæ. Lingua aliquibus animalibus bifida, vt ſerpentibus & lacertis, ſecundùm Ariſtot.2. de part.animal.cap.fin. & 2. de hiſtor. animal. cap.17. Imperfecta piſcibus, & incerta & oſſea, Ariſtot.lib.4. de partibus animal.cap.8.

## *De Collo.* CAP. XXVIII.

CAput iungitur humeris, collo: per hunc procedit fiſtula, quæ à faucibus vſq; ad pulmonem protenditur, quæ dicitur τραχεῖα arteria, & βρόγχος: caput huius arteriæ λάρυγξ, id eſt guttur tribus cartilaginibus conſtans. Collum ſecundùm Ariſtot.lib.4. de part.anima. cap.10. factum eſt, vt gulam & arteriam protegat. Collum ſecundùm crurum longitudinẽ auibus eſt longũ, vt poſſint alimenta decerpere. Ariſtot.4. de part. animal.cap.12. Collum animaliũ, vertebris conſtat & flexibile eſt, excepto leone & lupo, quibus oſſe perpetuo riget. Ariſt.4. de part. anim.c.10. Guttur ſpiritus trahendi cauſa datum eſt, proinde animalia quæ non habent manifeſtam reſpirationem, vel vt alij dicunt, quæ non egent reſpiratione, vt piſces, carent collo & gutture, & conſequenter pulmone. De quibus Ariſtot.lib.3. de part.animal.cap.3. Galen.lib.8. de vſu partium, in prin.

## *De Thorace & eius partibus.* CAP. XXIX.

SVperiores partes thoracis, furculæ, iugula, clauiculæ, de quibus & ſequentibus, Galen.8. de anatom. adminiſtrat. Inferiores ſeptum tranſuerſum, diaphragma, quod eſt cartilagineum, vt ait Plato in Timæo. Coſtæ 24. retrò animalibus omnibus coſtatis vtrinq; 12. ſeptem ſuperiores longiores ad partem anteriorem tendentes, ad partem quæ illas excipit, nempe pectus·harum ſexdecim propriè coſtæ, aliæ nothæ, Galen.lib.8. de anatom. adminiſtr. Ariſtot. de hiſtor. animal.1. cap.13. Coſtæ ſerpentibus ſingulis tricenæ, Ariſtot.2. de hiſtor. animal. cap.fin. Plin.lib.11.cap.37. Mammæ vtrinque, in media ferè thoracis regione, apex illarum papilla. At de mammis, pectore, thorace animalium, & differentijs eorum, Ariſtot. 4. de part. animal. c.10. Galen.lib.6. de vſu partium, cap.1. & ſeq. & lib.3. c.6. Plin.lib.11.c.39.40. & 41. Dorſum pone thoracem eſt, & ſpinam habens 24. vertebris in tres partes diuiſas: nam in collo 7. in dorſo 12. in lumbis 5. poſt thoracem etiam ſcapulæ, quæ in acetabulo, collo iungũ-

tur, vnde humeri promine: de quibus Galen.lib.13.de vſu par. oſſa humerorum ſcapulæ dicuntur, quibus annexæ dependent brachia & manus, Ariſtot.3. de hiſt. anim.cap. 7. Quod à ſummo humero ducitur, brachium dicitur oſſe adiutorij, at crures anteriores animalibus quadrupedibus: ſequit̃ cubitus, membrũ inter ſuperiora & carpũ.

## *De Manu.* CAP. XXX.

MAnus propriæ homini, quæ ei ſunt vice pedum anteriorum, vt ait Ariſtot.4. de part. animal. capit. vbi & de digitis. Has imitari videntur animalia ea, quæ quinq; digitos habent, vt ſimiæ, mures. De manus & digitorũ anatome, & partibus, Galen. 1. & 2. lib. de vſu part. corp. human. in Iſagog. in medico, & lib. 2. de motu muſcul. manus, carpo iungitur brachio, ſequitur vola, pars interior manus caua, poſteà digiti: ſuperior pollex, duabus iuncturis conſtans, vt fortior: poſt hunc, index, poſteà medius ſeu infamis, poſtea medicus ſeu anularis, poſtremus minimus ſeu auricularis. Spacium inter pollicem & indicem, thenar: oppoſitum illi ſub imo digito hypothenar: monticulus digiti ſthetos, ſuprema digitorum pars acinus. Articuli inferiores digitorũ procondyli: medij condyli: ſuperiores, metacondyli.

## *De penetralibus thoracis, corde, iecinore, veſica fellis, & felle.* CAP. XXXI.

EStintra thoracem, membrana coſtas cingens: ex hac duæ oriuntur dictæ interſepientes, intercipientes ſcilicet vtrinque medium thoracem: & eſt pericardion, quod veluti vagina cor operit. Cor in medio thoracis, duas auriculas habens, mediam & ſiniſtram: ad dextrum & læuum tranſmittitur ſanguis per duo vaſa: dextrum, ex iecinore ſanguinem defert, & per cauam venam vtrinq; ſanguinem diſtribuit, & per venam arterioſam in pulmonem. In ſiniſtro cordis ventriculo arteria venoſa ex pulmone aerem cordi defert, de quibus omnibus doctè Plato in Timæo. Cor & iecur, omnibus animalibus ferè adijciuntur vt neceſſaria: alterum propter caloris originem, alterum cibi coquendi gratia, Ariſtot.3. de part. animal cap.12. Cor in medio thoracis eſt, ſed in ſiniſtram tendere videtur quòd inde recipiat ſpirituum receptaculum, vt tradit Galen. lib. 7. de anatom. adminiſtrat. Cor tanquam initium & fundamentum vitæ, & radix Galen.5.de interio. cap.1. Auicenna 1. par.1. doctr.5. & 2. parte tertia

c.1.de



cap.1.de anatome cordis, & de viribus cordis cap.1. Plin. lib.11.cap.37. vbi tradit cor primum viuere, vltimum mori, palpitare ac moueri ac alterum animal: & apud Aegyptios obſeruatũ, quibus mos eſt cadauera aſſeruare medicata, augeri per ſingulos annos in homine cor, ad binas drachmas ponderis, ad quinquageſimum annum accedere: ab eo poſteà detrahi tantundem, & ideò non viuere hominem vltra centeſimum annum, defectu cordis: hæc Plinius, vbi alia plura de corde ſubiungit præclara. Cor carne dura conſtat, villis & arterijs, cum duobus ventriculis manifeſtis, & vno medio, non manifeſto. Siniſter habet armarium & capſam ſpiritus, in dextro reſidet ſanguis. Huic tria illi attribuuntur, palpitatio, pulſus, reſpiratio, Ariſtot. 1. de reſpirat. Sed hæc hactenus de corde. Reliqua videnda apud Galen. lib. de forma fœtus, Hippocr. lib. de corde. Iecur, eſt membrum generans ſanguinem, vt ait Auicen.14. parte tertij c.1. Caro rubea, id eſt, ſanguis congelatus in calore remiſſiore. Iecur, vt diximus, eſt venarum principium, in dextra hypochondriorum parte, habet 5. fibras, venam maiorem cauam; canali exiguo, in pendulam ſibi veſicam bilem deriuat, quæ dicitur kyſtis fellis, veſica fellis, de qua Galen. in 4. & 5. de vſu part. Ita iecori fel adiunctum, veluti quoddam excrementum, & alui inteſtinorumque ſedimen: ferunt autem quoſdam homines felle carere, delphinum & vitulum marinum, damam, equum, aſinum, ceruum, partim etiam mures, & camelos & alia animalia, Ariſtot. de part. animal. c.2. de iecinore plura & felle Galen. lib.4. de vſu part. cap.12. Plin. lib.11. cap.37. & 38.

## *De Pulmone, vmbilico, abdomine, peritonæo, omento, inteſtinis, vrinarijs vaſis, &c.* CAP. XXXII.

PVlmo quatuor fibris, quæ Græcis dicuntur λέβοι, circundatur, duabus in dexteram, duabus in ſiniſtram tendentibus, & vna ex his veluti ſobole quinta, in dextra thoracis parte exigua; inanis hic totus & ſanguine plenus, à quo ad cor patent meatus perpetui, vt ait Ariſtot. 1. de part. animal. c.17. Galen, autem vocat ſpiritus humani promptuarium, lib.6. de vſu part. c 2. Nam reſpectu cordis, pulmo eſt vt follis concauus, ſpongioſus, cor refrigerans per inſpirationem & reſpirationem aëris, vt ait Ariſtot. lib. de diuturnit. & breuit. vitæ, & lib. de ſpirat.

In continuo itaq; motu, in attrahendo & emittendo ſpi-
rationem, cordis verſatur flabellum, vt ait Vitalis de Fu-
no lib. de diuerſ. medicin. aduerſus diuerſos morbos, cap.
258. Addit autem Galen. quintum globum pulmoni, lib.
6. de vſu part. cap. 3. Quæ ſanguine carent, vel ſatis ſuo
natiuo ſpiritu, vel extrinſecus refrigerantur, pulmone ca-
rent: vt piſces, qui tamen pulmonis loco habent bran-
chas, excepta balena & delphino, quæ reſpirant, cùm o-
mnia quæ reſpirant, habeant pulmonem, Ariſtot. 4. de
part. animal. cap. 7. Plinius lib. 9. cap. 7. & lib. 11. cap. 3. Et
quæ ſine pulmone ſunt, voce carent, Galen. lib. 2. de vſu
part. c. 2. & 9. Vmbilicus in ventre, quaſi fœtus radix: nam
inde in vtero matris, homo quandiu ibi eſt, haurit alimen-
tum. Ariſtot. 2. de generat. animal. c. 4. trahitque inde ſpi-
ritum, Hippocrat lib de puer. natur. In ventre abdomen,
in aliquibus animalibus deliteſcit & creſcit, Ariſtot. de
part. animal. 4. cap. 12. huius muſculi octo, poſt abdomen
peritonæum, membrana pertenuis ſeu ſiphac. Deinde o-
mentum, barbaris zirbus, rete. Poſtea inteſtina ſex, tria
craſſa, tria tenuia. De quibus Galen. in medic. & 4. de vſu
part & alibi. Vnum tamen eſſe continuatũ in ventre ſcias
inteſtinum ab ſtomacho vel ventriculo, vſq; in anum ſeu
ſeceſſum perueniens; verùm illud ipſum æqualis non eſt
latitudinis, quamobrem ob ſex latitudinis differẽtias per
ſuas implicationes, inteſtinum in ſex nomina diſtingui-
tur: qua parte enim ventriculo annectitur, & ibi concocta
recipit, duodenum dicitur à duodecim digitorum longi-
tudine, cuius orificium veluti infundibulum terminatur
& nectitur ſtomacho, ideo dicitur pylorum ſeu ianitor:
poſt hoc duodenum: ſuccedit aliud dictum ieiunum, eo
quòd in eo nõ retinetur materia, & ferè apparet vacuum
perpetuò: ſuccedit tertium, tenue dictum, lõgum, inuolu-
tum multis circulis, accedit monoculum ſeu cæcum, co-
lon, ilion: rectum poſtremum, qui porrigitur vſq; ad podi-
cẽ: ſic per inteſtina ordine fit excrementi concoctio quæ-
dam, & deinceps tranſmiſſio & excretio: quibuſdam ani-
malibus, rectum ſibi æquale, quo egerunt per aluum ex-
crementum Quibuſdã autem parte ea qua iungitur ven-
tri, laxius eſt, qua deſinit arctius; vnde fit, vt quę eiuſmodi
habent, vehementi nixu egerant excrementa, vt canes, A-
riſtot. lib. 3. de part. animal. c. 14. Neq; viſcera omnibus a-
nimalibus ſimilia, vt idem Ariſtot. eod lib 3. docet, c. 12. &
lib. 4. c. 1. Sunt & animalibus vrinarij meatus, qui à renib.
vrinam à ſanguine ſecretã deferunt: veſica tamen carent

quæ



quæ non habẽt pulmones, & quæ parum viuunt, vt inſe-
cta, piſces, ſquamata, aut corticata, excepta teſtitudine,
Ariſtot. 3. de part animal. c. 8. Plin. lib. 11. cap. 37. item aues,
quia ſuperfluitas humidi tranſit in vngues, pẽnas & ſqua
mas. Vrinaria fiſtula, penis pars, glãs, cuticula, cuius præ-
putium eſt cuticula, item mulieribus vulua. Deſuper ſunt
ibi iuxta vaſa ſeminaria teſtes, ſcrotum, mamillares pro-
ceſſus, cornua ſemicirculi, in mulieribus & hymen ſeu
nympha, aut ſeptum virginale, &c. Extat Galeni liber de
vuluæ ſectione, loquitur & de ſuperioribus & Ariſtot. 1.
de hiſtor. animal. cap. 13. & 14. Galen. lib. 14. de vſu part. in
prin. & lib 15. c. 4. & de vuluarum diuerſitate in animali-
bus videndus Ariſtot. lib. 1. de generat. animal. c. 7. & 8.
Plin. lib. 11. cap. 37. De pedibus ac cruribus Ariſtot. 1. de hi-
ſtor. animal. cap. 15.

## *De Senſu & diuiſione eius.* CAP. XXXIII.

EX compoſitione animata prodeunt duæ facultates
vitales, ſenſus & motus: ſenſus duplex, exterior &
interior. Exterior eſt potentia recepticia ſpecierum
obiectarum ſine materia, id eſt, ſpiritaliter & in intentio-
ne: vt viſus eſt receptio formarum ſpiritualiter, Ariſt. lib. 2.
de animal. c 12. veluti, inquit, cum cera ſigilli impreſſionẽ
recipit eandem, quam habet ſigillum, nec tamen eadem
eſt cum ſigillo. Senſus, inquit Damaſcen. 2. de orthod. fid.
ca. 18. eſt vis animæ, materialium rerum apprehenſiua, id
eſt, cognoſcitiua. Et ſecundùm Galen. in finitio. medic.
ſenſus eſt affectus animæ per corpus, nũcius rei quæ mo
uere idonea eſt, hinc ſenſoria & ſenſibilia. Refert eadem
Plutar. lib. 4. de placit. philoſoph. c. 8. Senſus exteriores 5.
viſus, auditus, guſtus, odoratus, tactus, Galen. in finitio.
medic. & Damaſc. vbi ſup. Gell. lib. 7. c. 6. Totidem ſenſo-
ria, oculus, auris, lingua, nares, corpus totum: quæ vt or-
gana ſunt & recipiũt ſenſibile, quibus corruptis corrum-
pitur ſenſus, qui his adhæret. Senſoria omnia, duplicem
& geminam habent ſedem, eò quòd geminæ hominis
partes, dextræ & ſiniſtræ, & animalium quoque. Habent
& geminos neruos, excepto tactu, qui diffuſus eſt per to-
tum corpus, vt ait Ariſtot. 2. de part. animal. cap. 10. & alij
proximè citati authores. Galen. lib. 16. de vſu part. cap. 3.
viſus inſtrumentum lucidum eſt: aereum auditus: vapo-
roſum olfactus: guſtatus humidum: terreum tactus. Sen-
ſus interiores quatuor ſunt, ſenſus communis, phãtaſia,
cogitatio, memoria, de quibus omnib. ordine dicẽdum.

## De Viſu. CAP. XXXIV.

VIſus inſtrumẽtum lucidum eſt oculus, qui organum viſus cum neruis opticis à cerebro pendentibus & ad oculos productis: ſic à cerebri humore ſecerni pars puriſſima, ad oculos peruenit: & ſenſorium frigida & humidum, vt cerebrum eſt. Ariſtot. 2. de generat. c. 9. & 5. de generat. animal. c. 1. viſum aquæ tribuendum cenſet, ſiceeſſitque viſus, cùm humido caret, Hippocr. de victus rat. & Galen. cryſtallinum in oculo humorem cauſam potiſſimam viſus dicit lib. de inſtrum. odora. Plato in Alcibiad. 1. oculi virtutem tradit, in viſu & acie pupillæ, in qua quis ſeipſum inſpicit non ſecus ac in ipſo ſpeculo. in Timæo autem, plura de præſtantia & fabrica oculorum, & quòd ſint radiorum ignẽorum cœleſtium participes. Ferunt oculos poſtremos perfici, ante cæteras partes emori, quòd inde ad cerebrum mouendi videndique principium reſiliat ac retrahatur. Dexter ſiniſtro obtuſior: hoc læſum caput, & viſum afficit vt ex ebrijs, deliris & febricitantibus, conſtat. Sanguineis fortis viſus: billioſis acutus: ſpiritus habentibus craſſos incertus; at humidus & modicus, nec propinqua, nec remotiora videre poteſt. ſpiritus tenuis, exilis, tenebroſus, qualis ſeniculis exhauſtis, ac morbo extenuatis, debilem viſum facit, aut propè nullum: diſſipatur namque, vnde conſpicillis aggregatio radiorum medetur: officiunt viſui, ſi pupillam à ſua ſede dimoueri contingat, ſi dilatari, contrahi, contorqueri, imminui, vulnerari, contundi, inflammari: deficit viſus, & caligant oculi, humorum defectu, ariditate, ſpiritus viſorij inedia, mœrore animi, fletu, laſſitudine, ſenio, immodico concubitu, intempeſtiua lucubratione, allio, cepe, porris. Iuuant & reſtituunt & inſtaurant, vina dulcia, vuæ paſſæ, amygdalæ dulces, piſtacea, caſtaneæ toſtæ, elixæ, rapæ, paſſerculi, miliariæ, frigili, fœniculi ſemen, folia, & radix, euphragia, euphorbium, ſtœchas, interdum chelidonia, & ruta, viridia fouent aſpectu. De viſu alia quoque plura diximus in optica, quæ conſultò omittimus.

## *De quibuſdam viſus effectibus.* CAP. XXXV.

NVlla ex parte maiora animi indicia animalium, potiſſimum hominis, quàm ex oculis, moderationis, clementiæ, miſericordiæ, odij, amoris, triſtitiæ, lætitiæ: hinc contuitus multiformes, truces, torui, flagrantes, graues,



graues, tranſuerſi, limi, ſubmiſſi, blãdi, & in ſumma, proiecto in oculis animus inhabitat, hos cum oſculamur animum ipſum videmus attingere. Plin. lib. 11. cap. 37. Mulieres menſium tempore, cucumeres, peponeſque tactu viſuque inficiunt, vt ſiccentur: eboris & ſpeculi nitor, ex viſu illarum maculas contrahit: ſanguis enim illis ebullit melancholicus, vnde vapores orti ſurſum elati, per oculos prolabuntur, & adſtantibus venenum expirant, nocentque: ſic anus quæ putridos habent ſpiritus, intuitu tenera corpora & faſcinant, vt Virgilius:

*Neſcio quis teneros oculos mihi faſcinat agnos.*

Qui amant, & crebro viſu rei amatæ, virus ebibunt, & venenum mutui amoris transfundunt, & hauriunt, concurrente intenſa imaginatione. Sic Eutelida, in aquæ reflexionibus, & Nereus ex forma propria, ſe faſcinarunt ſui ipſius amore iuxta fontem Nili qui Nigris dicitur. Ferunt feram quæ appellatur Catoblepas, modicam alioquin, cæteris membris inertem, necare eos qui oculos eius viderint: eademq; Baſiliſci ſerpentis eſt vis, Plin. lib. 8. c. 21. Lippitudinis etiam contagio ſerpit, & videndo accedit. Sic Ouid.

*Quum ſpectant oculi læſos, læduntur & ipſi,*
*Multaq; corporibus tranſitione nocent.*

Et Iuuenal. Satyr. 2.

*Sic pecudes, armenta, boues, grex totus in agris.*
*Vnius ſcabie cadit, & porrigine fœda:*
*Vuaq; conſpecta liuorem ducit ab vua.*

Referunt lupos viſos, & oris halitu virulento in oculos tranſpirato, raucedinem inducere. In ſumma,

*Segnius irritant animos demiſſa per aures,*
*Quàm quæ ſunt oculis ſubdita fidelibus.*

## De Auditu. CAP. XXXVI.

SEcundus ſenſus, auditus eſt, qui percipit ſonum auribus, per ſpiritum infuſum, Galen. in finitio. medic. Et auditus, inquit Plato in Minoe eſt, qui per aures ſonos declarat. Organum, aures, foris patulæ, intus flexuoſæ & tortuoſæ, vt per amphractus huiuſmodi, paulatim ſonos recipiat, ne magnitudo ſoni ſenſum lædat. Meatus aurium aeri patentes ex corde, tendunt & deſinunt in venulas cerebro adiunctas, ſecundum Ariſtot. lib. 2. de generat. animal. cap. Damaſcen. lib. 2. orthodox. fid. cap. 18. atque Galen. lib. 11. de vſu part. cap. 12. docetque à probatione animalium, qui aures arrigunt cùm melius ſonum

num deſiderant concipere, & meatus ita dirigunt. Pa-
ra idem Galenus lib. 8. de Vſu part. vbi & oppoſitum fo-
ramini eſſe os petroſum tradit, & amphractus conſtru-
tos, ne aer directè receptus, refrigeraret cerebrum, neue
inde ſurditas accedat. Et rurſum in oſſe petroſo eſſe mea-
tũ auditus docet, libro de Oſſibus ad Tyron. cap.1. cuius
meatus via ſi obturetur, fit ſurditas: potiſſimùm ſi ſubeat
materia bilioſa. Hippocr. 4. Aphoriſ. aphor. 26. & ibi Gale-
nus: exemplo poteſt inſeruire etiam, quod aëris ingreſ-
ſione, & inflatione venarum, reſtringatur auditus,
& hebeſcat oſcitatione. Dum enim oſcitamus, audiendi
facultas tollitur: ſpiritus enim, vt in eos, ita in aures irrum-
pens, membranam expellit ac prohibet, quominus ſonus
ingrediatur. Ariſtoteles lib. Problem. ſect. 32. quæſt. 13. ſic
meliùs audimus, cùm ſpiritum retinemus. Quia per reſpi-
rationem, & cùm reddimus ſpiritum, ſanguis aſcendit, &
obſtruit meatus: cùm retinemus, attrahimus, & externus
aer recipitur: idem Ariſtoteles Problem. ſect. 11. q. 41. Item
quòd reſpiratio nonnihil mouet ſtrepitus, eadem ſect. q.
48. proinde meliùs & audimus noctu quàm interdiu, quia
noctu omnia ferè ſileant: vel, vt ait Anaxagoras, quod
aer interdiu ſtridet, à Sole concalefactus, vt ſcribit Ariſto-
teles eadem ſect. q. 33. Medium auditus, aqua in piſcibus:
aer in alijs. Galenus libro 7. de Decret. Hippocr. & Plat.
Empedocles auditũ fieri alliſu ſpirituũ in clauiculatam
aurium partem introrſus annexam, quam tintinabuli vi-
cem præbere dixit. Alcmeon ait nos audire inani inteſti-
naque aurium parte, & hoc eſſe quod ſpiritu irrumpente
perſonet: omnia namque vacua ſonitum edere ſolere. A-
lij alia ſentiunt, apud Plutarch. lib. 4. de Placit. philoſoph.
cap. 16. Galenus autem aures & ſonum recipere & edere
aliquem, dixit libro 11. de Vſu partium, cap. 12. quod certè
quis facilè probabit, ſi manus volam, vel aliud cauum
auribus admoueat. Zeno audire nos ait, cùm is qui inter
loquentem & audientem eſt aer, verberatur orbiculari-
ter, deinde agitatus auribus influit. Diogenes Laertius in
Zenone, libro 8. Sic & Plato in Timæo. Omnino igitur,
inquit, vocem ponamus pulſationem quandam ab aere,
per aures cerebrumque & ſanguinem, vſque ad animam
penetrantem: natam quoque ex ea motionem incipien-
tem à capite, & in ſedem iecoris deſinentem, auditum vo-
cemus. Notio verò prouenit velox, acuta: tarda autem,
grauis. Et hæc hactenus de auditu & ſono: plura enim a-
lia in Muſica diximus.

De Ol-



## *De Olfactu.* CAP. XXXVII.

OLfactus, eſt alius ſenſus: ſcilicet potentia, qua ani-
ma ſentit odores. Ariſtoteles naturam odoris calo-
rem quendam eſſe voluit: & odoratum omne cali-
dum, ſect. 12. q. 4. Et lib. de Senſu & ſenſibili, humidam ſic-
citatem, quò fit vt in aere & in aqua ſit, quia & calor ſur-
ſum fertur, vt idem ſcribit Problem. ſect. 13. qu. 5. Quam-
obrem, inquit, res malè olidæ dum calent, grauius olent:
quia natura odoris, vapor quidã & delatio eſt, quæ duo
calore conſiſtunt. In Iſagog. Galeni in Finit. medic. Abſol-
uitur ſpiritu in naribus contento vliginoſo, & magis ha-
lituoſo, per quem olfactilium fiunt apprehenſiones. Et
Hippocrates libro de Carnibus, Cerebrum, inquit, cùm
ſit humidum, odorandi facultatem tribuit: odorem enim
rerum ſiccarum, ſpiritu & aere per gurgulionem, qui &
ipſe ſiccus eſt, ad ſeſe trahit, & ad cauas nariũ partes ad-
uocat, quem nulla caro, nullum os impedit, ſed quædam
cartilago tenera, & ſpongioſa percutitur. Obiectũ igitur
odoratus, odor, medium aer: piſcibus, aqua, cùm aper-
tione meatuum, vt explicat Themiſtius lib. 2. de Anima,
Ariſtoteles 2. de Anima, cap. 9. & ibi Simplicius odoratũ
aerem eſſe dixit. Et Galenus 7. de Placit. Hippocr. & Plat.
Plinius libro 9. cap. 7. vbi & de odoratu piſcium. Odores
autẽ totidem eſſe quot ſapores, eadem ex cauſa conten-
dit Ariſtoteles libro de Senſu & ſenſibili, acres, ſuaues,
auſteros, acerbos, pingues, putridosq́; ex proportione a-
mari reſpondere: nõ tamen in eodem vnquam ſunt odor
& ſapor: quin & diuerſo modo feriunt ſenſus, vt ait Pli-
nius lib. 15. cap. 27. ſed tamen nomina odorum à ſimilitu-
dine ſaporum ſumuntur: ita acutus qui citò mouet, gra-
uis qui tardiùs & facilè ſatiat efficitque faſtidium, contrà
acutus: eſt & odor aromaticus ſalſus, amarus, acetoſus,
vnctuoſus, ſtipticus, pinguis, dulcis ſiue ſuauis, fœtidus,
& ita differunt. Odores, inquit Plato in Timæo, madefa-
ctione, putredine, liquefactione, vel euaporatione quo-
rundam gignuntur: cùm enim aqua in aerẽ, vel in aquam
aer tranſit, in medio eorum odores fiunt, omniſq́; odor
aut fumus eſt, aut caligo. Sed horum id quod mutatur ex
aere in aquã caligo, quod verò ex aqua in aerem, fumus.
huic accedit, vt aquæ odores tenuiores ſint, aeris craſſio-
res. Fiunt autem ſuaueolentia odorq́; gratus ſecundùm
Damaſcenum lib. 2. Orthod. fid. cap. 18. cùm humida quæ
in corporibus fiunt exactè concoquuntur, vt medio mo-
do, me-

ſio, media fiat diſpoſitio: at cùm ſecundùm partem, & non ſecundùm totum concoquuntur & digeruntur, gratis odor adnaſcitur. Notabile autem id eſt, tria elementa pura per ſe ſine odore eſſe: aquam, aerem, ignem, teſte Plinio libro 15. capite 27. impreſſiones autem odorum ſuſcipere. Organum olfactus eſt cerebro adiunctum proximè, ſupra naſum in iunctura frontis & naſi, vbi ſunt duæ carunculæ cauæ & poroſæ ex ſubſtantia cerebri ortæ, quę hauriunt odores, eoſque tranſmittunt ad anteriores cerebri ventriculos, Ioan. Mohemus de Anima, cap. 1. Ariſtoteles Problem. ſect. 13. q. 5. & de Senſu & ſenſibili, Gal. lib. 8. de Vſu part. corp. hum. cap. 6. Alcmæon quoq; principatum odoratus tribuit cerebro, Plutar. lib. 4. de Placit. Philoſoph. cap. 17. veruntamen illud non eſt vnica cauſa, vt Gal. 1. de Sympt. cauſ. Melanchthon de Anima. Odoratus auium etiam in roſtro eſt, Ariſtot. 2. de Hiſt. anim. c. 12. obturatis itaque meatibus narium, neceſſe eſt ſenſum olfactus euaneſcere, Galen. lib. 6. de Decret. Hippoc. & Plat. Odoriferis propriè homo oblectatur, ſi credamus Ariſtoteli lib. de Senſu & ſenſibili. Ideò Cic. 2. de Nat. deor. colligit omnia odorifera, hominum cauſa creata: ſiue quòd in eis ſolis magis delectetur: habet tamē homo hebetiorem odoratum animalibus, quæ naturaliter odorantur, quia habet cerebrum magis frigidum, in quo odores diſſipantur, Ariſtot. 2. de Anima, cap. 9. Canes valdè odoratu valent: item equi, qui ad veſtigia luporum terrentur, eaq; præſentiunt. Cæterùm de odoribus plantiſve odoratis, *Plinius toto libro* 12. de Vnguentis, *libro* 13. cap. 1. & 2. de inſtrumento quoque odoratus, Galenus proprium librum edidit.

## *De Guſtu.* CAP. XXXIIX.

GVſtus, eſt ſenſus, qui in lingua vel palato percipit ſapores, Ariſtoteles libro 3. Ethic. cap. 10. Nam eius rei gratia, datam eſſe homini linguam dixit lib. 3. de Anima, cap. fin. & idem libro de Memoria, tradit nullum eſſe animal, quod guſtus ſenſu aut tactus careat, cùm tamē alio aliqua careant: refert & Gellius libro 7. cap. 6. Organum eius, eſt pellicula ſub lingua, ſub carne poroſa, ite ſpongioſa, quæ eſt in linguæ ſuperficie, eademque pellicula & in palato ſubtenſa eſt, orta à neruis per palatum demiſſis, ad linguæ radices, quæ & guſtum & tactum linguæ ſuppeditat, & poſteà ſenſum principi cerebro denunciat, vt ait D. Damaſcenus lib. 2. de Orthod. fid. cap. 18. Alc-

mæon



mæon etiam humore & tepore & mollitie linguæ internoſci ſapores ait. Diogenes propter fungoſitatem, vt loqui ita liceat & mollitiem linguæ, & commiſſas ei parti venas, Plutarchus libro 4. de Placit. Philoſ. cap. 18. Sic Plato in Timæo, tenduntur, inquit, à lingua venæ ad cordis ſedem, ſaporis nuntiæ, in quas ſi qua ita inciderint, vt humidam carnis mollitiem penetrent, ſapores generāt, &c. Senſorium etiam guſtus in corde eſſe, dixit abſolutè Ariſtoteles libro de Senſu & ſenſibili. At Galen. lib. de Inſtrumento odorat. & venas in linguam & palatum defluere illius rei gratia, ait, meminitque de pellicula, ſicut & in 4. de Loc. affectis, cap. 2. obiectum guſtus, ſapor, qualitas in ſicco, in quo humiditas vincit ſiccitatem terreſtrem, calore vtraque digerente. Sic Græci chymum, guſtum & ſaporem, & ſuccum dixerunt, Ariſtoteles 2. de Anima, cap. 10. ſic in Finitionib. medic. Iſag. Galeni dicitur, guſtum in ſpiritu humidiore linguæ eſſe.

## *De Tactu.* CAP. XXXIX.

SEquitur recto ordine tactus guſtum, quia & ille tactus quodammodo eſt, Ariſtot. 2. part. animal. cap. 17. lib. de Senſu & ſenſilibus, & 2. de Anima, capite 10. & neruos guſtus, guſtandi & ſentiendi vim habere dixit Galenus libro 4. de Loc. affect. cap. 2. Neque fieri poſſe, vt ſine tactu ſit animal, demonſtrat Ariſtotel. lib. 3. de Anima, cap. 3. & libro de Somno & vigilia, omnia animalia guſtu & tactu prædita eſſe ait, niſi quæ inchoata tantùm & imperfecta ſunt. Tactu namque fiunt omnes in animali ferè voluptates & venerea. Ea ratione Philoxenus Ericius poſtulabat collum ſibi longius, quàm gruis fieri, nempe quòd tactu illo interno delectabatur gulæ, Ariſtoteles 3. Ethic. cap. 10. communis itaque hic alijs animalibus, quibus alij ſenſus etiam deſint, vt oſtreis, terreſtribus vermibus, Gellius lib. 19. noct. Attic. cap. 2. Plin. lib. 10. ca. 71. Porrò tactus, eſt potentia percipiendi potētias tactiles, ideò Ariſtoteles dicit tactum, id quod potentia tale eſt, & quod patitur: nam in tactu paſſio quædam eſt, 2. de Anima, capite 11. vbi & obiectum tactus dicuntur qualitates primę, frigidum, humidum, calidum, & ſiccum: item ſecundæ, aſperum, læue, lubricum, molle, durum, glabrum, graue, lene, denſum, rarum. Galenus quoque vocat iſtas qualitates tangibiles libro 1. de Natur. facult. cap. 6. & ſeorſum de omnibus lib. 3. de Vſu pulſuum. Organum tactus pellicula neruoſa, intexta, & diſperſa, ſicut rete quoddam

ſub

ſub extrema cute per totum corpus, ex cerebro tanquam
à radice orta, Galen. lib. de Inſtrum. odor. Ariſtoteles au-
tem in corde organum ponit, vnde & neruos deriuari exi-
pinatur. Medium tactus, caro vel cutis quædam, quæ ta-
men ſenſorium exiſtimatur ab Alex. Aphrodiſæo in Ari-
ſtotelem, quem Themiſtius lib. 2. de Anima, cap. 39. & 42.
reprehendit, atque non carnem, ſed vim quandam inte-
riorem, ſentiendi facultatem dicit: veruntamen nos, quod
carne tactum ſentire Ariſtotelem adducimus, lib. 1. de Hi-
ſtoria animal. cap. 4. vbi tactum in parte ſimilari corporis
conſiſtere, vt in carne, ait. Item de Partib. animal. 2. cap. 1.
Et quia pellicula neruea non ſpargitur per oſſa, pilos, vn-
gues, cornua, & ſimilia, ideò ibi, nec tactus ſenſus. At de
tangibili, datur regula à Lucretio,

*Tangere vel tangi, niſi corpus nulla poteſt res.*

Adſtipulatur Ariſtoteles 1. de Gener. & interit. cap. 6. atq;
ſedem tactu, corpulenta dicit, 2. de Partib. animal. cap. 1.
& 2. de Generat. animal. capite 4. corpus eſſe vel corpora
animalium.

## *De his quæ communia ſunt ſenſibus exterioribus.* CAP. XI.

COmmunia ſenſibus exterioribus plura ſunt, vel
omnibus, vel quibuſdam: vt primùm origo, vt
ea ex cerebro omnibus ducatur, ex quo ſenſo-
ria, quæ referunt ad cerebrum ſenſum, Galenus 1. de
Sympt. cauſis, cap. 8. Senſus, inquit Cic. 2. de Nat. deor. in-
terpretes ac nuncij rerum, in capite tanquam in arce, mi-
rificè ad vſus neceſſarios & facti & collati ſunt. Et 1. de Le-
gibus, tanquam ſatellites & nuncios facit. A' nonnullis
tamen ſenſus ad cerebrum, ab alijs ad cor referuntur, vt
ab Ariſtotele lib. de Iuuent. & ſeneſt. & Galeno libro 1. de
Nat. facult. cap. 37. Rurſum Ariſtoteles lib. de Senſu & vi-
gilia, refert initium ſenſus & motus ad cor, vnde & ſpiri-
tus in animatis ſanguineis, vt in exanguibus in eo quod
eis loco cordis eſt: ſenſoria autem ad cerebrum, vt etiam
latè docet libro 2. de Partib. anim. cap. 10. vbi neque exan-
guibus adſtruit eſſe ſenſoria diſtributa, ſed per totū cor-
pus, vel per aliquam partem diffuſa, eadem lib. de Senſu
& ſenſib. Et quamuis cerebrum ſenſu careat, ta men ſen-
ſus gubernat, coq; laborante laborant, vt Macrobius do-
cet libro 7. Saturn. cap. 7. Communia tactus & viſus ſunt,
ſecundùm Damaſcenum in 2. de Orthod. fid. capite 18.
aſperum, leue, ſiccum, humidum, ſurſum, deorſum, lo-
cus



ous & magnitudo: item aliqui numeri, vt duo & tria, ſed
magis viſus, quàm tactus. Commune item omnium, ſine
materia res ſenſibiles percipere: deinde ſenſibile quod-
que à ſuo obiecto pati, item exuperantias ſenſibilium
omnibus ſenſibus officere, Ariſtoteles 2. de Anima, cap.
12. Commune etiam in homine, vt omnis ſenſus à mente
oriatur, tanquam à fonte, Cicero 4. Academ.

## *De Senſibus interioribus.* CAP. XII.

SEnſus interiores quidam duos, vt Plato in Timęo, tan-
tùm conſtituunt: ſenſum ſcilicet communē, ſeu phan-
taſiam, & memoriam: item & Ariſtoteles 2. de Anima.
At ſubtiliùs philoſophati conſtituunt quoque æſtimati-
uam: nos autem acutiùs rem conſiderantes, ſenſum com
munem, phantaſiam, æſtimationem, cogitationē, ratio-
nem, intellectum, memoriam, diſtinximus libro 1. Synta-
xeôn, capite 2. & explicauimus libro Commentariorum
in Prolegomena Syntax. cap. 15. ideò nec hîc plura adij-
ciemus. Senſus communis is eſt, qui exteriorum imagi-
nes comprehendit præſentes & abſentes, & dijudicat
obiecta, diſtinguit ſenſuū differentias, organum eius an-
terior pars cerebri, qua parte plus habet humiditatis, vt
faciliùs poſſit ſpecies concipere, quemadmodum ſcribit
Auicenna libro 6. Natur. capite de Senſibus interioribus.
Melanchthon libro de Anima, ſenſum communem inte-
riorem, dixit potentiam organicam, intra cranium, ad co-
gnitionem & dijudicationem exteriorū determinatam.
Foxius libro 5. de Naturali philoſophia, vim dixit, quę ſen
ſus connectit exteriores. Idem Plato in Theæteto, & Ga-
lenus 7. de Placit. Hippocr. & Plat. ſed de ſenſibus hacte-
nus, nunc de motu animali.

## *De Motu, qui eſt ex facultatibus animalis, & de motu intrinſeco.* CAP. XLII.

ALia facultatis animalis pars in motu conſiſtit, quâ
per ſe & cum appetitu aguntur & agitantur anima-
lia. Motus autem dicitur, actus ipſius mobilis, ratio-
ne cuius mobile eſt, Ariſtoteles 8. Phyſic. capite 1. huius
ſpecies ſunt progrediendi vis ab vno in alium locum, to-
tiuſque corporis mouendi, & facultas vocis edendæ, &
reſpirandi, Nemeſius libro de Natura hominis, capite 16.
Quibus verbis apparet, mouendi duplicem eſſe vim, ex-
ternam & internam: externa, motus eſt in loco: interna,

in ſpiritu & pulſu. Hæc potentia animalis duplex eſt [illegible]ſum, quæ paret rationi, & quæ non parere nata eſt. Rationi paret, ira & cupiditas: inſtrumentum cupiditatis iecur: iræ, cor. Dicuntur autem rationi obedire, quia ita nata ſunt, vt obediant, & ad eius nutum moueantur. Rationis expers pars, in qua nutriendi, procreandi, & pulſuum vis ineſt: quorum duo prima naturalia, hoc vitale eſt. Motus intrinſecus animalis & appetitus dicitur: quia mouet ſenſu animal. Hic ſecundùm Ariſtotelem 1. Magn. moral. cap. 13. triplex in homine: primus ſenſitiuus, qui in iraſcibilem & concupiſcibilem ſubdiuiditur: ita duo appetitus fiunt. In concupiſcibili, ſecundùm beatum Thomam 1. ſecundæ part. quæſt. 23. artic. 4. ſunt ſex ſpecies, nempe amor, odium, deſiderium, fuga non deſiderati, delectatio, triſtitia. Eſt autē perſecutio & fuga in appetitu, idem quod affirmatio & negatio in mente, Ariſtoteles 6. Ethicorum, capite 2. At in iraſcibili quinque ſunt alia, ſpes, deſperatio, timor, audacia, ira. Tertius appetitus intellectualis dictus, eſt voluntas non affixa alicui organo corporeo: hicque appetitus proprius cum ratione hominis, alij cum belluis communes, Ariſtoteles 1. Magn. moral. cap. 18. Multa de appetitu & voluntate in Tranſcendentibus noſtris diximus, libro 4. Syntax. capite 6. & latius in Commentarijs in illa dicemus, Deo fauente: itaque breuiter admonebo intelligētiam eſſe partem virtutis in homine, per quam ea perſpicit quæ ſunt, vt ait Cicero 2. de Iuuent. hæc diuinum quoddam eſt & immune à paſſione, vt ait Ariſtoteles 1. de Anima, capite 4. & Metaphyſ. libro 12. capite 7. Et Cicero de Vniuerſit. proprium hominis intelligere dixit, nempe actu vel potentia: hæcq; præſtat cæteris animalibus, Cicero 2. de Finibus, Galen. Orat. ad artes, hæc regit etiam reliquas actiones, vel regere debet cum ratione.

### *De Motu extrinſeco.* CAP. XLIII.

MOtiua poteſtas extrinſeca duplex eſt in animali: Prima, dilatatiua & conſtrictiua, communis animalibus imperfectis, vt oſtreis & conchylijs, quæ licet non moueantur, nec diſcedant, à loco tamen aliquando ſe dilatant, vt capiant cibum conuenientem, maioremque locum occupant, dum ſe conſtringunt minorem. Alia facultas motiua in perfectis animalibus: vt dum ſe progrediendo mouent, nando, volando, reptando, ambulando: quæ tamen aliter in homine, aliter in bruto. Or-

gani



gani loco iſti facultati adſunt muſculi; ſecundùm Medicos, ſecundùm Ariſtotelem iuncturæ & nerui à cordè & cerebro expanſi, & diſperſi per ſingula corporis membra per artus & articulos cohærentes, deriuati quoque per articulos eorum membrorum. At intrinſecus, ſpiritus vitalis neruos impellit, iſti autem mouent muſculos & chordas: chordæ trahunt membra. Spiritus vitalis eſt corporeus fumus valde ſubtilis, ab humore & vapore ſubtili ex corde ortus. Muſculus, vt diximus, caro compoſita & mixta neruo, chorda & carne pura. Chordæ nerui duriores, quaſi oſſei à collo ad calcaneũ vſq; per membra mobilia extenſa. Nerui duplices, ſenſitiui qui à parte anteriore cerebri, motiui qui à poſteriori oriuntur. Pulſus quoque motus quidam animalis peculiaris: & vt vehemente calore in humidum agente, neceſſe eſt partes, quæ in flatum reſoluuntur, ob verſationem bullas excitare: ita pulſum quoque fieri in animali corpore, par eſt, Ariſtot. lib. de Spiritu. De his latè Galenus lib. de Vſu pulſuum, & de pulſibus.

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS,

## LIBER XXXIV.

## In quo agitur de Plantis, ſeu vita vegetatiua.

### *De Vita plantæ.* CAP. I.

POSTQVAM Deus rerum omnium creator & opifex, iuſſit palantem aquam per omnes mundi regiones in vnum locum ſecedere, & apparuit terra arida, iuſſit quoque terræ, ne eſſet ſterilis, producere herbam virentem, lignum pomiferum, & faciens fructum, & plantas quæ haberent ſemen in ſemetipſis, quod & factum eſt, vt in Geneſi mundi, cap. 1. hinc prima ſtirpium, quam ignoraſſe Ariſtotelem Iuſtinus Martyr in euerſione falſorũ dogmatum eius, demonſtrat. In ſtirpibus itaque viuendi & producendi datus eſt gradus, vltra enim eſſentiam & compoſitionem habent quod viuant ſua vita vegetabili, animali tamen & rationali inferiore: nec tamen potuerunt viuere, priùs quàm eſſent, vnde participant cum elementis ſi-

lentibus, in eſſentia: ſed & præterea in vi vegetabili ad præſunt tres facultates, alendi, creſcendi, & ſimile procreandi: vis alendi, oſtendit incrementum & decrementum corporum, quæ idcircò egent alimento, vt ait Ariſtoteles 3. de Anima, capite 12. Continetur autem & in ea facultas attrahendi, retinendi, conſequendi, & ſuperfluum reijciendi, vt ait Galen. 2. de Sympt. cauſ. Plato in Timæo dixit plantas eſſe quaſi animal quoddam aliud. Idem Anaxagoras & Empedocles, & qui eas ſentire, moueri, & dolere, & voluptate affici dixerunt, imò & mentem eis & cognitionem tribuerunt, quòd meritò expugnat & refellit Ariſtoteles libro 1. de Plantis. Nam etſi ſtirpes viuant, tamen eas animas eſſe vel ſentire negat. Neque etiam Plato, qui ſimiles animalibus dixit, vnquā animalia, ſed inanimatas dixit, vt defendit Galen. tomo 1. in fragmento de Subſtantia naturalium facultatum. Et Theophraſtus lib. 1. de Hiſtoria plantarum, cap. 1. quanquam in pleriſque ſimiles animalibus dicat plantas, apertè nihilominus profitetur, mores & actiones, quales animalium generi, minimè ſortiri. Similia autem inter hæc notat Galenus lib. 6. de Placit. Hippoc. & Plat. & lib. de Fœt. format. & libro de Semine. Atque ad ſimilitudinem ſexus animalium, & aliquæ plantæ ſunt, quibus diſtinctio fit maris & fœminæ: non quòd ſexum habeant, ſed quia quædam habent folia aſperiora, alia minora, ſtrictiora: quod maioris virtutis & priùs pullulet mas, quàm fœmina, &c. vt ait Ariſtot. circa fin. 1. lib. de Plant. alioquin enim plantæ vtriuſque ſexus in ſeſe potentiam habent, vt ait idem Ariſtoteles lib. 3. de Gener. animal. cap. 11.

## *De Diſtinctione generali ſtirpium.*
## CAP. II.

STirpium vel plantarum generalis diuiſio, in arbores, frutices, herbas. Arbor, eſt planta ramoſa, ſurculoſa, cum caudice ſimplici, quæ altiùs è terra ſurgit, quales pyrus, ceraſus, vitis, &c. Frutex eſt planta ramoſa aſſurgēs caudice multiplici à radice, quales arundo, hedera, &c. Herba, eſt planta, quæ foliata, ſine caudice quidem, ſed cum caule creſcit, ſemen caule ferens, aut ſurculis, vt plantago, vrtica, &c. His annumerare poſſumus olus, quod tamen eſt herba eſui quotidiano hominum ſubſeruiens. Et hanc diſtinctionem probat Theophraſtus lib. 1. de Hiſtor. plant. cap. 5. vbi addit aliam ſpeciem, ſcilicet ſuffruticem, quæ eſt id q̄d ab radice, caudice multiplici, ramoſumq;

ſe at-



ſe attollit, vt rubus, paliurus. Probat quoq; Ruellius lib. 1. de Nat. ſtirp. cap. 1. Sebaſt. Foxius lib. 4. de Plat. & Ariſt. conſenſu, cap. 1. At Amatus Luſitanus in primum Dioſcoridis librum, in principio, latiùs, demonſtrationis faciliores gratia diuidit ſtirpes in arbores, frutices, herbas, ſpinas, virgulta, quorum aliqua explicauimus: ſpinas quiſque nouit, virgulta autem ſunt, quę virga tantùm ſurſum tendunt, nec frondent caudice.

## *Neceſſaria generationi & conſeruationi plantarum.* CAP. III.

INitium quoddam alimenti plantarum, terra eſt Ariſtoteli 1. de Plantis: ideoque plantarum mater. Initium & naturale aliud generationis Sol, velut pater, quod & ſcripſit Anaxagoras ad Lechinium, atque propriè plantæ terræ incolæ, quibus affixæ ſunt, Ariſtoteles 3. de Gener. animal. cap. 11. Cæterùm ad plantam educādam, quatuor concurrunt: ſemen determinatum, locus conueniens, aqua moderata, aer conſimilis, 1. de Plant. Ariſtot. ſemen eſt generationis plantarum omnium principium, ſecundùm Theophr. 1. de Cauſ. plant. cap. 1. Ariſtot. probl. ſect. 20. quæſt. 11. Mar. Varron. lib. 1. de Re ruſtic. cap. 40. Macrobium lib. fin. Saturn. cap. final. Si quid autem ſine ſemine oriatur, vt ea quæ ſpontè proueniunt, id fit aut alimenti profluuio, aut putredine, aut potius immutatione quadam naturali: cùm omnia naturâ creata ſint, quæ habent ſemen in ſemetipſis ad conſeruationem ſpeciei, Geneſis 1. Theophraſtus quoque accedit in proximo citato cap. 1. lib. 2. de Cauſ. plant. & cap. 8. lapſi & in iſtis plures, qui quia non cognouerunt vbi ſemē planta conſeruaret, & in qua parte vel quomodo ſpargeretur, dixerunt ſine ſemine plantas quaſdam ſpontè naſci: habent namque plantæ quædam ſemen, non planè conſpectum, veluti aliæ lanuginem, aliæ florem, vt thymus: aliæ colligunt ſcutulatum ſemen, aliæ rotundum, aliæ lingulis vt glaſtum, aliæ inter folia, vt laurus Alexandrina, aliæ in vmbellis, alię in capitibus, aliæ in folliculo, vt in raphano, ſinapi, rapo, &c. aliæq́ue alijs modis proferunt, prout explicat Ruellius 1. de Natura ſtirpium, cap. 11. vbi tamen aliquas enumerat, quæ ſemen non habere creduntur, vt dictamnum, phyllitim, onoſma, filicem vtramque, adianthum, ſplenium, hemionitim. Explicat hoc egregiè D. Baſilius libro Hexameron, homil. 5. Cur, inquit, omnia quæ naſcuntur ex terra, ſemen efficere ſcriptura dicit? vbi non

arundinem, non gramen, non mentham, nõ naſturcium,
non crocum, non denique alia complura genera planta-
rum, ſemen efficere conſtet? Ad quæ dicemus, complures
naſcentium è terra vim ſeminum in ipſa propagine & ra-
dicibus obtinere: quemadmodum arundo, poſt annuum
incrementum ex radicibus, quandam appendicem dicta,
ſeminis rationem ad ortum futurum obtinentem: idem
& innumera alia faciunt, quæ per imum vagantia, in ipſis
radicibus ſuam ſobolem habent. quare veriſſimum eſſe,
ſingulis ſtirpibus aut ſemen ineſſe, aut quandam vim pro-
pagandi, perinde ac ſemen. Atque id eſt, quod in Geneſi
mundi dicitur, cap. 1. Iuxta genus ſuum ſemen haberen-
rentem. Neque quia ſemina nobis non apparent: ideo
plantæ ſine ſemine dicendæ ſunt: quædam enim ſemina
ſunt nobis obſcura, cætera agricolarum induſtria obſer-
uata, vt ait Varro libro 1. de Re ruſtica, cap. 40. Et planta-
rum ſpontè naſcentium. Theophr. lib. 3. Hiſtor. plant. cap.
2. reddere rationem videtur, vt non ſpontè veniant, ſed
delatis ſeminibus, aut à vento, aut ab aquarum inunda-
tionibus: ſæpe etiam aues, animaliaque alia, quę illis ve-
ſcuntur, alibi transferunt, & nondum excocto vtero, &
ventriculo egerunt, indeque plantæ ſimiles naſcuntur,
quæ ignorantibus cauſam, ſpontè natæ videntur. Forſan
& natura ad eum modum materiam excoquit & diſpo-
nit, vt ad generationem ſeminalem accedat, & paria edu-
cat, eis quæ ſemine fiunt. Sic Ariſtagoras inſcius cauſa
arborum ſpontè naſcentium, ratus eſt aerem ſemina om-
nium habere, quibus vnà cum aqua delatis, omnia gign-
aſſeuerauit.

## *De alia propagatione plantarum, quàm ex ſemine.* CAP. IV.

NOn inficias eo tamen, alijs quoque modis, quàm
ex ſemine, plantas enaſci, veluti ex auulſione &
tranſplantatione, vel ex ſarculo, vt tradit Ruellius
lib. 1. de Nat. ſtirp. cap. 12. item propagatione, vt in vineis
triplici modo: vel cùm palmes ſulco cõmittitur, vel cum
ſubſternitur, & ſub terram in plures palos deducitur, vel
cũ ſcinditur, & alibi tranſplantatur: vt notat Colum. lib.
de Arbor. cap. 7. Naſcuntur ex inſitione. Inſitionis autem
quinque ſunt genera: vnum ſub cortice, quod videlicet
reſecta inter librum & materiem arbore, recipit ſemina
alterum in trunco, quod reſecta & fiſſa arbore recipit in-
ſertos ſurculos, quæ duo genera verni ſunt temporis.
Tertium



Tertium fit emplaſtro, quod ipſas gemmas cum exiguo
cortice, in partem ſui delibratam recipit, quod eſt æſta-
tis. De quibus Colum. lib. de arboribus cap. 36. & lib. 5. de
re ruſt. c. 10. & de re ruſtic. 5. cap. 10. & Cato lib. de re ruſt.
cap. 41. & Adam Leonicenus lib. de arborib. & de inſitio.
vitis. Theophr. 1. de cauſ. plan. c. 6. Quartum genus inſi-
tionis, Gallica terebra vſque ad medullã in arbore perfo-
rata, & plaga interius inclinata & mundata omni ſcobe,
vitem vel ramum ſuccidum ſeu humidum immitten-
do, duabus gemmis exterius relictis & muſco ſeu argil-
la, diligenter loco operto. Quintum genus Palladij eſt,
ramo ſalicis brachij magnitudine perforato, & planta
perſici omnibus ramis ſpoliata, immiſſa, & ſalicis ramo
infoſſo. De inſitionibus plura Ruell. 1. de natur. ſtirp. cap.
19. Conſtant. Cæſar. lib. 10. de agricult. cap. 75. & 76. 77.
& lib. 4. cap. 12. Pallad. lib. de inſitionib. Tranſplantatio-
ne porrò fœlicius, vtplurimum proueniunt plantæ, dum
in ſolum illis commodum & proprium, traducuntur: ad-
iuuat enim eas loci conuenientia, vt per totum librum de
arboribus per ſingulas, docet Columel. Quædam enim
colles, aliæ iuga montium, aliæ ſyluas amant, aliæ culta,
aliæ calida, aliæ frigida, quò fit vt tranſplantatæ, ſi nan-
ciſcantur locum improprium, alterentur vel pereant: ſi
proprium, lætiores ſint, vt docet Theophraſt. lib. 3. de hi-
ſtor. plant. cap. 1. 3. 4. 5. & ſeq. & de cauſ. plant. lib. 1. cap. 6.
& 7. & lib. 4. c. 14. Conſtant. lib. 2. de agricult. cap. 10. & 11.

## *De partibus plantarum.* CAP. V.

PLantarum partium, aliæ principales ſeu primariæ, alię
ſecundariæ, aliæ nouiſſimæ: primariæ, radix, caudex,
caulis, rami, ſurculi, folia, fructus. Secundariæ, cortex,
lignum, matrix ſeu medulla. Nouiſſimæ, humor, liquor,
lacryma, Ariſtot. 1. de plant. Theophraſt. 1. de hiſtor. plan-
tar, c. 2. 3. 4. Radix, media eſt inter plantam & alimentũ, &
vitæ cauſa, quæ naſcitur ex ſemine, vt plerunque. Hac
hauriunt alimentum à terra, eſtq; arboribus, quod eſt os
in animalibus, teſte Ariſtot. 4. de part. animal. cap. 10. &
de iuuentute, Galen. lib. 2. de alimento. facultat. ex ſen-
tentia Mneſitæi, à medulla veluti per ſiphonem, quem
diabetrem vocant mechanici, trahitur ſuccus & in om-
nes partes tranſmittitur, poſtquã ibi veluti in vtero, facta
fuerit humorum decoctio: remittitur inde in folia & fru-
ctus, quo etiam deficiente humore, decidunt, parteſq; ſe-
R 4

neſcunt. Radice idcirco læſa vel affecta, tota arbor af... tur. Quippe quòd ibi tota arboris ſubſtantia, quam cau... dex vt œconomus diſpenſat, ad quam & hyeme, dum ca... lor naturalis frigora metuit, velut ad matrem confug... Radix autem ſuſcipit & conſeruat, ſub terram defoſſa, tunc calida nempe per antiperiſtaſim, & intra viſcera in... cluſum à frigore calorem retinet, vt vere ineunte, rurſum omnibus partibus remittit. Radix, ab humore terræ actione cœleſtis caloris, generatur: quæ ſi longa & rect... figura acuta, ſignificat in illa eſſe materiam aquoſam, ae... ream, ſubtilem, calorem fortem. Radix autem dura & ſic... ca, oſtendit materiam craſſam & terreſtrem, humore a... caloris fortius coagulato. Si rotundæ figuræ, denotat materiam mediocrem, fortem calorem, æqualiter ex om... ni parte trahentem. At quæ eſt hinc inde diffuſa, demon... ſtrat materiam viſcoſam, cum calore debili. Porrò arbor quæ magnas habet & magis in longum propagatas ra... dices, diuturnior eſt; quæ parum radicat contrà: quæ & in foliorum diuerſitate obſeruãt aliqui. Caudex eſt trun... cus arboris, in alijs caulis & haſta, id quod ſupra terram effertur. Rami, à caudice & caule fiſſi multipliciter ſpar... guntur, veluti brachia. Verùm hîc reminiſci oportet quaslibet plantas, non omnes has habere partes ſimul, neq; radicem, neq; caudicem, neq; germen, neq; folium neq; fructum: ſic à fungis & tuberibus, hæc omnia abeſſe videntur, quæ tamẽ inter plantas annumerantur à Theo... phraſt. lib. de hiſt. planta. cap. 2. Ariſtot. 1. de plantis, Dio... ſcor. lib. 4. cap. 83. & lib. 6. cap. 23. De fungis & Galen. lib. 2. de facult. aliment. cap. 69. & lib. de attenuante victu, c. 9. & Dioſcor. lib. 2. cap. 175. Tubera radices rotundas, ſine folijs & ſine caule dixit.

## *Arborum partes ferè omnes.*

## CAP. VI.

RVellius lib. 1. de natur. ſtirp. c. 2. partium arboris no... mina ſic explicat.

1. Thyrſi, rami ſunt in virgulæ modum erecti.

2. Stolones, virgæ iuxta radices, cùm alimentum ni... mium redundans reflectitur in crure radicibus vicino.

3. Surculus, qui ex ramis ſimplex aut indiuiduus na... ſcitur.

4. Neruus, continuum, non fiſſile.

5. Cortex, pars extima ad tegendum, vnde tunica, e... ius interior pars liber.

6. Venæ



6. Venæ neruo ſimiles, ſed maiores.

7. Caro vtrinq; omnibus dimenſionibus diuidi poteſt, vtrerna: ſubeſt cortici.

8. Medulla, cor, matrix, pro eodem, quod carne & humore conſtat.

9. Proximus ſuccis adeps, qui ob colorem vocatur Alburnum: pars in quam ligni facilè putreſcens, & teredinibus obnoxia.

10. Folia, ex humore & carne.

11. Pediculus vel petiolus, id quo fructus vel folium pendet.

12. Fructus, id quod carne & ſemine compactum eſt.

13. Ex flore grauidatio, & fructus, flos Ariſtoteli 2. de plantis ex ſubtili materia tantum fit, cùm digeſtio incipit: quamobrem fructum in plantis præcedit. humor aſcendens, & alteratus in folia tranſit: fructus autem fiunt ex humorum coagulatione & concoctione à Sole: ideo ſi nimium attrahatur humoris, nec ſecunda à prima matricis fieri digeſtio poſſit, tardatur maturatio: & ex copioſi humoris appoſitione, præcedunt folia fructus. Accedere & arboribus poſſunt, quæ proximè herbis tribuuntur.

## *Herbarum partes.* CAP. VII.

1. 14. Coma, cum folliatum eſt cacumen.

2. 15. Caput ſi magnum cacumen ſit, vt capitatæ alliorum radices: hincq; herbarum multa faſtigia, radices bulborum, nuclæi ſpicæ.

3. 16. Alæ, caui inter caules & ramulos amphractus.

4. 17. Sinus, angulus, in quo coierunt amphractus.

5. 18. Genicula, cùm in nodos & articulos intumeſcũt, alio modo oculi.

6. 19. Latera, cùm ex lateribus, herbę producũt caules.

7. 20. Capillamenta, oblongæ partes: quæ ſi criſpentur, cirri.

8. 21. Fibræ, extremitates.

9. 22. Vertebræ, cùm nodi pixidis in modum coeunt.

10. 23. Cacumen, vertex faſtigium, cyma, id quod maximo interuallo diſtat à radice. Summa etiam ficus, crades. Summa oleæ, thali.

11. 24. Crus quod proximum ſit pedi.

12. 25. Flos, habet calycem, id eſt, folliculum, ex quo flos erumpit.

13. 26. Quæ in medio florum erumpunt ſunt ſtamina, apices.

14. 27. Flos lanoſus ex ſeminibus defluēs pappus ta-
lis in carduis, ſenecione, ſoncho.

15. 28. In flore roſarum iuxta folia, dicuntur vngues.

16. 29. Quæ ſubtus roſas ſunt ſpinæ, ſpicula: vt in ca-
ſtaneis echinus.

### *Frumentorum partes.* CAP. VIII.

CVlmus ſeu calamus, pes ſpicæ.

2. Spica, ab ſpe fructus; quæ non habet ariſtas,
dicta ſpica mutila.

3. Gramen, quod intus ſolidum eſt.

4. Gluma, folliculus grani à glubendo.

5. Ariſta, id quod ex gluma eminet, ather in hordeo
propriè.

6. Vagina, vbi ſublatet herba, ſeges cùm in articulum
exierit.

7. Frit, ſummum cacumen ſpicæ.

8. Vrnū, quod in vltima parte, ad fundū ſtramenti eſt.

9. Stramentum, pars quæ terræ hæret.

10. Palea, quod excuſſo frumento relinquitur, quaſi
palàm poſita.

11. Acus, purgamentum frumenti, de his & Varro lib.
de re ruſt. cap. 48.

### *Vitis partes.* CAP. IX.

VItis, ab inuitando ad vina: aliter parilena, à pariendo.
do. Varro 1. de re ruſt. cap. 31.

2. Sarmenta, prælongæ virgulæ.

3. Palmites, quaſi in modum digitorum palmæ miſſi.

4. Pampini, ramuſculorum comæ.

5. Flagellum, tenuior vltima vitis pars.

6. Focaneus, palmes qui naſcitur inter duo brachia,
gallicè, *rageon.*

7. Duramenta viticulæ, gal. *reſerues*, Pallad. in Februa.
tit. 12. plura apud Plin. lib. 17. c. 21.

8. Capreolus, colliculus intortus eſt, & cincinnus.

9. Gemma, à qua oriens vua ſe oſtendit.

10. Malleolus, palmes nouellus, innatus prioris anni
flagello.

11. Suffraginem vocant propaginem.

12. Vua ex acinis compacta eſt.

13. Scopus, ramoſus id vnde pendent acini.

14. Acini, conſtant folliculo vinaceis mixto.

15. Folliculum, patet.

16. Vina



16. Vinaci grana acinorum: inter acinos numerantur,
grana vuæ, & hederæ qui & corymbi, ſambuci, mali pu-
nica ebuli.

### *Aliæ partes ſtirpibus communes.* CAP. X.

MVero, acumen in quod pars aliqua deſinit, vt ſili-
quarum & ſpinarum extrema.

2. Turbo, rotatio in modū pyri, vel pyramidis.

3. Puluinus, quod inter ſulcos parum eminet.

4. Tori, prominentes partium calli, in pulparum mo-
dum collecti, inde toroſæ radices.

5. Striæ, partes vt femora prominentes.

6. Crenæ, inciſuræ in extremis oris, qualis eſt crena in
ſagitta quæ neruo arcus imponitur.

7. Laciniæ, partes extremæ, decoris cauſa inciſæ, qua-
les flexuræ in folijs.

### *De Vegetatione.* CAP. XI.

ARbores vel plantæ, aut ſurſum aut deorſum, aut
æqualiter creſcunt. Earum quæ ſurſum creſcunt, cur
ita accidat illis cauſa eſt natura propria, quæ in me-
ditulio trahit, apparat calorem, & componit aerem, qui
iter raritatis eſt ipſius. Earum autem quæ deorſum cre-
ſcunt, meatus coguntur: cùm enim digeſta materia fuerit,
inſpiſſatur materia aquæ, in qua plantæ medulla eſt, in-
deq; ſubtile ſurſum procedit, & humor conuertitur ad
partes quæ deorſum ſunt. At plantæ quæ media inter
has eſt humor, attenuatur, quia temperiei natura dige-
ſtioni vicina eſt, & ideo ſurſum & deorſum materia diri-
gitur, vt ait Ariſtot. 2. de plant. & hęc omnia à quatuor ele-
mentorum varia accidunt quoque temperie. Nam, vt ait
Claudius Mamer. lib. 1. de ſtat. animæ cap. 2. aſpice in hanc
arboris vitam, omnium elementorum ſemina conueniſ-
ſe. Sigillatim eſt illi terra in craſſitudine, aqua in humore,
aer in progreſſione, ignis in germine: viuit iterum ita,
tranſacto ſcilicet frigore brumali, per conuerſionem cœli
recurſu ſyderum, calor ſuperueniens, aerem ſibi & loco
& natura proximū, prius afficit, qui quoniam tanto gra-
du igni cedit, quanto ipſe aquis eminet, per radices ar-
borum vel quodpiam germinum, de terræ intimis aquas
attrahit, eò quòd ignis elementum omnia naturaliter
rapiens, tepefactum aerem ad ſe cogit, perque arboris
medullam, ſicut ille haurit aerem, ſic aer aquam, ſic aqua
terram;

terram: ſicut & nos, per fiſtulas aquas haurimus. Theo-phraſt. alimentum præſtare plantis dixit aerem, 3. de cauſ. plant. c. 18. & ita aeris mutationem, multum afficere plantas, lib. 2. de hiſtor. plant. cap. 3. & de cauſ. plant. lib. 2. c. 4. & 9. Sunt enim & compoſitæ ex quatuor elementorum qualitatibus, vt ait Galen. lib. 1. commentar. in Hippocr. lib. de humana natur. idcirco & illis ſuſtinentur & alterantur, & contrarijs intereunt. Verum aliquæ magis in vnam potius quàm altera elementali qualitate præualent. Quamobrem ſecũdum propriam naturam, ſemina quæque cùm in terram mittuntur, trahunt quod ipſis naturæ propinquitate magis coniunctum eſt, vt ait Hippocr. lib. de humana natura.

### *De Coloribus ſtirpium.* CAP. XII.

ARiſtot. 2. de plant. notat omnibus plantis communem eſſe viriditatem: & quemadmodum albedo eſt intus illis communis, ſic foris viriditas. Et Cicer. de ſenect. terra ſemen tepefactum complexu ſuo diffundit, & elicit ex eo herbeſcentem viriditatem. Viriditas quippe fit, ex humoris breui digeſtione calore facta, & idcirco eodem Ariſtot. tradit, tãdiu ibi viriditatem durare illam quandiu humor inibi eſt, qui de genere terræ eſt, eoque ſublato nigreſcere: vt apparet inquit, in corticibus qui humore ſublato denigrantur. Inter plantas perpetuò virentes, annumerantur abies, pinaſtrum, picea agreſtis, buxus, taxus, terebinthus, iuniperus, acrifolium, laurus, ſa-per, portulaca, & aliæ apud Theophraſt. lib. 3. de hiſtor. plant. cap. 4. Rationem porrò viridis coloris, adfert Bartol. Anglicus lib. 19. de colorib. Color viridis, inquit, generatur actione calidi, in materia mediocri vergente ad dominium ſeu exceſſum humidi. Et viriditas ſecundum Auicen. eſt ſignum crudi humoris & indigeſti. Adueniente itaq; vere tepido, prouocatur humor ad exteriora: hyeme repercutitur: æſtate autem ideo pallent remanente ſicco & terreno, quòd cum fit frigore, glaucum redditur, quia medium eſt inter nigrum & viride mixtione terrena. Quamobrem nunquam flores virides ſunt, propter ſubtilitatem materiæ, in qua ſi prædominantes fuerint partes aqueę cum igneis, erit color glaucus, vel pallidus vel citrinus, pro diuerſitate mixtionis: ſi verò præualeant partes igneæ cum aereis, erit color roſeus: ſin autem aqueæ cum terreſtribus, erit color violaceus. Quod ſi æquè præualere poſſent partes igneæ cum terreſtribus, &

poſſet



poſſet color etiam fieri viridis vel niger: ſed quia talem commixtionem, ſubtilitas & rarefactio materiæ florum non recipit, nec flores etiam fiunt virides.

### *De cognitione temperamenti & qualitatum ſtirpium.* CAP. XIII.

DIgnotio qualitatum & naturæ plantarum, valde eſt medicis commendata, & omnibus qui victu conueniente vti deſiderant: nos in ſumma de illa quædam perſtringemus. Cognoſcitur itaque gradus & complexio ſtirpium, vel per primas qualitates, vt per frigiditatem, caliditatem, humiditatem, ſiccitatem: vel per ſecundas, veluti per ſenſus, per tactum, & ſaporem, addere poſſumus odorem & colorem, quanquam iſtis duobus poſtremis medici fidem non adhibeant.

### *De primarum qualitatum notione.* CAP. XIV.

MEdici in cenſendis qualitatibus primis plantarum, nempe frigido, humido, calido, ſicco, quatuor gradus conſtituunt: primum, ſecundum, tertium, quartum. Primus, in quo calor, humor, frigiditas, ſiccitas, vix ſenſu percipi poſſunt: Secundus, in quo iſtæ qualitates fortius percipiuntur: Tertius, in quo manifeſtius & efficacius: Quartus, in quo mirabilem illæ vim exerunt. Ex illis ordinibus annotabis à medicis res dici ſiccas, frigidas, vel humidas, vel calidas in 1. 2. 3. 4. gradu, vel in 1. frigidas, in 2. calidas, &c. commiſcendo hos gradus: ſic pro modo apparentiæ commixtionum qualitatum, & tales res frigidæ, humidæ, ſiccæ, calidæ dicuntur, non vt apud Philoſophos, ſed ratione effectus, vt ait Galen. lib. 3. de ſimplic. aliment. facult. Caliditatis exiſtentis in re, ſigna & complexiones docent, calefactio, ſubtiliatio, rarefactio, maturatio, digeſtio, apertio viarum corporis, & ſimilia. Et ſi ſuperfluat caliditas in 3. gradu, mordicatio, deſiccatio, & ſimilia. Si in vltimo gradu, adeſt acuitas, inflammatio, attractio, ſuperflua conſumptio, & opera rubrificationis (parcant Ciceroniani) & cauterizationis. Frigidæ complexionis effectus indiciaque, infrigidatio, inſpiſſatio, indigeſtio, compactio, & ſimilia: quod ſi ſuperfluat, coarctio, & opilatio: ſi vltimetur, congelatio, & mortificatio. Humiditatis ſigna, humectatio, lubrificatio, lentificatio, conglutinatio: ſi ſuperfluat, opilatio, ventoſitas: ſi

ſitas: ſi vltimetur, nauſea, & ſimilia. Siccam naturam, medicinæ, hæc ſequuntur: deſiccatio, arefactio, attenuatio, & ſimilia propter conſumptionem humidi.

### *De dignotione qualitatum per tactum.*

### CAP. XV.

MOlle, rei obedientiam ſignificat, quod facilè cogitur, paſſibile, alterabile. Durum contrà, de quibus Galen. lib. 5. ſimplic. medic. ca. 4. & 5. Aſperum ſiccius: leue, humidius.

### *De dignotione earundem per guſtum ſeu ſapores.* CAP. XVI.

SApores præcipui, 8. acutus ſeu acris, amarus, ſalſus, vnctuoſus, dulcis, ſtypticus ſeu auſterus, inſipidus, acetoſus. Sapores indagantur, vel ad miſtionem determinandam, vel vt ex illis cognoſcamus temperamentum rerum, ſeu in alimenta, ſeu ad medicamenta, quæ Meſue partim conſiderat & tractat in canonibus medicinæ, abſolutè Galen. lib. de ſimplic. medic. facultat. potiſſimum lib. 4. à c. 28. vſq; in finem, & 5. c. 25. & commentar. 1. in lib. Hippocr. de humana nat. Auerroes de cognit. medicam. per ſapores, Ioan. filius Serapio 2. ſerm. lib. 1 Hippocr. lib. de priſca medic. circa finem, Ariſtot lib. 2. de anima cap. 1. Theophr. lib. 6. de cauſ. plant. c. 4. Plato in Timæo, Barthol. Anglicus toto 19. lib. At de ſingulis pauca.

Acris ſapor, habet igneum quiddam calidiſſimũ, ideo attrahit à longinquo, agit vehementer & citò, aperit, cruſtam efficit, calefacit, diſcutit, diuidit, extenuat, excoriat, farctu liberat, incidit, mordet, reſoluit, perrumpit, perpurgat, ſeparat, ſitim excitat, vrit, vlcerat. Vt igneæ eſſentiæ & ſiccę & tenuis, ſcammonium, euphorbium, mezereon: minoris autem acrimoniæ, ob humidum & aqueum, allium, cæpa, porrum, &c.

Amarus, habet terreſtre, ſubtile & calidum, ideo abſtergit, agit, attrahit, aperit orificia venarum, calefacit, ſed non vehementer conſumit, conturbat, extenuat, excitat ſitim & hæmorrhagiam, fluere facit ſanguinem, liquat, mordet, incidit, nullũ animal nutrit ſolus, tergit, tenuat. Generatur amarum aut ex vſtione partium terreſtrium ſubtilium, cum res dulces fiunt amaræ, vt mel cùm antiquum eſt, vtque fructus dulces fiunt poſteà amari, vt iam amygdala fit raucida: aut generatur ex forti congelatione, quæ fit à frigido. Sicut oppium amarum valde & frigidum,



& fructus antequam matureſcant.

Salſus ſapor, habet terreſtre, calidum non igneũ, quod eadem preſtat, quod amarum, ſed imbecillius: ideoq; abſtergit, aperit, exaſperat, conturbat, conſtringit, cõtrahit, condiendo ſeruat, expurgat, radendo liquat, mordicat, mundificat, pungit inteſtina ad expulſionem, ſiccat, ſitim mouet, tergit, tenuat, ad vomitum impellit, ſubuertit ventriculum. Salſum generatur, quando cùm rei amaræ ſiccæ, permiſcetur aquoſum, ſicut quãdo calx aut cinis quæ amara ſunt ſapore, permiſcentur aqua. Nam amaritudo, minor per eam euadit, & remittitur acre, & aduſtio, & ſalſum generatur: ſicut contingit aquæ maris, in qua magis abundant partes terreſtres aduſtæ. Vnctuoſus ſeu oleaginoſus, vel pinguis ſapor, habet aqueũ & aereum, quare agit tardè & imbecilliter. Acris, amari & ſalſi actionem reprimit, humectat, laxat, lenit, lubricat, mollit, nauſeam mouet, opilat, ventoſitates generat.

Dulcis ſapor, habet calidum ſed nondum vrens, temperatum humido, & ſicco: ideò coquit, flatus generat, laxat, lauat, lenit, obſtruit hepar & lienem: quia citò ab his rapitur, Galen. lib. 15. method. Hippocr. 3. de morb. acut. de vino dulci rarefacit quoque: ſalſi, acris, amari, acetoſi actionem reprimit.

Stipticus ſeu auſterus, habet terreſtre congelatum, craſſum, & frigidum: ideò adſtringit, coadunat, contrahit, conſtringit, cogit ſpiritus, humores & partes: conſolidat, denſat, incraſſat, inſpiſſat, refrigerat, repellit, ſiccat, reprimitq; omnes ſuperiores ſapores. Inſipidus habet abſque inſigni qualitate frigidum & aqueum, proceditq; ex imperfecta decoctione: ideo cogit, contrahit, congelat, conſtringit, calorem extinguit, denſat, flatus generat, extinguit, lubrificat, inſpiſſat, obſtupefacit, obſtruit, opilat, ſed hæc omnia debiliter & tardè.

Acetoſus ſeu acidus ſapor, habet frigidum tenuium partium, ſubſtantiæ aquoſæ indigeſtæ: ideò mordicat propter ſubſtantiæ frigiditatem, abſtergit, aperit, attenuat, exaſperat, acre obtundit, denſat, diuidit, dulci & inſipido vim addit, extinguit calorem, farctu liberat, incidit, perpurgat, refrigerat, repercutit: verùm differt acetoſus ab acido, quia acidus ſapor, frigidus & humidus, qualis in agreſta & acetoſa herba eſt. At acetoſus, qui eſt in aceto, habet præter aqueam ſubſtãtiam, etiam igneam ob putredinem, teſte Galen. lib. 4. de facultat. ſimplic. medicam. c. 2. & 6.

Cæte-

Cæterum ſi quis deſideret plantas & fructus ſingulatim diſtinctas cognoſcere per gradus, frigidi, humidi, calidi, ſicci, conſulat eos qui herbarum & plãtarum contextam hiſtoriam, ſed breuius inueniet apud Leonard. Fuchſium lib. 1. de compoſit. ſimplic. medicam. cap. 5. Ioan. de Rupeſciſſa lib. 1. quintæ eſſentiæ. Raymundum Lullium lib. de ſecret. natur. vel de quinta eſſentia.

*De quibuſdam quæ plantis accidunt.*

## CAP. XVII.

ACcidit & plantis ſenectus & interitus, & moritur ex nimio humore vel reſiccatione eius, & nimia infrigidatione intrinſecus & extrinſecus adueniente à trunco, à radicibus, & à terræ alimento ſeparatur, areſcit, Ariſtot. 1. de plant. Citò ſeneſcunt, quæ non agunt profundas radices: quæq; citò proueniunt, vt ficus, perſica, & huiuſmodi. Inter morbos ſtirpium, ſcabies, radicatio, ſyderatio, vermiculatio, ærugo, & alia, de quibus Theophr. lib. 5. de cauſ. plant. c. 9. & 10. Plin. lib. 17. c. 24. 26. & 27. Degenerant quoq; interdum, dum à propria virtute deficiunt, vt non ſufficiant ad propriam ſpeciem producendam, & proinde ad alterius affinis plantę generationem, ne otioſa natura ſit deſcendunt: vel ſi ſuperabundet vis, in aliud quoq; tranſeunt. ſic quercus ab imo exciſa, degenerat in geniſtam, vel aliam querci ſpeciem quam vocant tremulam. Vetuſtate degenerat raphanum in braſſicam, & braſſica in rapam, vt notat M. Varro lib. 1. de re Ruſtic. cap. 40. Frumentum ſi in loco humido & frigido ſeratur, tranſit tertio anno in ſiliginem: Galamentum in mentam: Triticum in hordeum: lolium in triticum: quorum rationem adfert Theophr. lib. 4. de cauſ. plant. c. 6. Et in ſumma inopia alimenti in inferiores ſpecies maiores tranſeunt: abundantia contra, in ſuperiores, fitq; immutatio plerumque ex putrefactione ſeminis, vel herbæ, vel reſolutione ſecundum plus & minus. Diximus etiam ex plantis quædam tranſire in animalia, cùm de animalib. tractauimus cap. 8. ideò non repetemus, ſed manum huic libro imponemus poſtremam, ſi monuerimus plantarum latiorem & particularem hiſtoriam, naturam, ſitum, & vim, poſſe tractari ex profeſſo à Dioſcor. libris, in primis à Theophr. de cauſ. & hiſtor. plantar. per Matheolũ, Fuchſium, Amatum Luſitanũ, Adamum Leonice. Ioan. Belonum, Ioan. Monhemum pro ijs lib. de plant. Galen. lib. 2. de alim. facult. Plin. lib. 12. vſque ad 18.





# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER XXXV.

In quo agitur de elementari Cœli parte.

*Quid elementum, & de materia & ordine elementorum.* CAP. I.

CVM dictum ſit de ſuperiorib. partibus Cœli & orbis, nunc de elementari agemus parte. Et quidem Hebræorum rabini, vt author rabi Abben Tibbon in phyſica Hebræa, cap. 7. rati ſunt, omnium elemẽtorum vnam & eandem fuiſſe materiam, quæ ſortita ſit quatuor formas, quarum vnaquæque, ab ea quæ ſibi eſt proxima differt. Galen. 1. de Element. vocat qualitates elementares. Porrò elementum id dicitur, in quod cætera corpora diuiduntur, ſecundum Ariſtot. lib. 3. de Cœlo, cap. 3. Et Galen. lib. 1. de Element. & 8. de decret. Plato vocat minimã partem rei quæ conſtituitur, id eſt, indiuiſibilem: idem Ariſtot. 5. Metaph. & Auicen. Atque elementum primum in compoſitione & vltimum in reſolutione corporum eſt, ſecundùm Hippocr. lib. de Natura hum. ſubſcribunt alij, quíve dicunt elementum quaſi alimentum, quòd cuncta alat & gignat, vel à dictione Græca ὕλη hyle, quæ materia rerum eſt, ex qua aliquid fit, vnde declinatum videtur elementum. Prima pars materiæ huius elemẽtaris, vicinior & ſuccedens regioni lunę vel ætheri, quia ei ea iungitur, ignis eſt apud Ariſtot. lib. 1. Meteor. cap. 3. Non quidem re vera aut actu vrens ignis, ſed calidiſſima & ſicciſſima pars aeris, vtpotè ſuprema & vicinior corporibus cœleſtibus, quorum motu perpetuo & velociſſimo, calor concitatur: motus namque calorem gignit & auget, vt ex corporum exercitijs & agitatione per ſe, & demonſtratione conſtat, dum celeriter mouentur, docetq; Ariſtot. problem. ſect. 5. quæſt. 34. vbi tamen & nimia agitatione, ſed alia ratione quàm motus, vires deijci ait. Et motu molarum, citò, ſi deſit quod teratur in molendinis, excitatur ignis, vtque ait Ouid. 1. Metamorph.

*—— Cum balearica plumbum*
*Funda iacit, volat, ac mox incandeſcit eundo,*
*Et quos non habuit ſub nubibus inuenit ignes.*

Eius ignis qualitates, propriè dicuntur calor & ſicci-
tas, quæ formam propriam comitantur. Secunda pars
priorem conſequēs, aliam formam adepta eſt, & per eam
elementum aeris factum participans, & coniuncta prio-
ri, calore: & quia inferior, quia ve & elongatur à motu
ſphærarum, recipit humidum quoque: & eſt aer calidus
& humidus, veluti ſpiritus hominis: vnde ab ἄω ſpiro,
quidam declinant, vel quòd ibi venti agitentur, vocatur
& aliquando cœlum hic aer, à verbo χοῖλον cauum. Ha-
bet aer tres regiones, ſupremam, mediam, infimam terræ
vicinam, vt ait Senec. lib. 2. natur. quæſt. Rabbi Abben Ti-
bon in Phyſica Hebræa, cap. 7. & alij. Suprema calida cen-
ſetur & rara ob motuum vicinitatē, qui vnà rapiunt mo-
uentq́; eundem aerem. Media frigere & horrere omnium
teſtimonio comprobatur, quia priuatur reflexione radio-
rum Solis, qui à terra vbi maximè refracti geminantur &
reſiliunt. Infima, ob illam ſolarium radiorum refractio-
nem, nunc calet, nunc friget, nunc tepet, variosq́; prima-
rum qualitatum gradus excipit, pro diuerſis anni & cœli
conſtitutionibus, & ſolarium radiorum proiectionibus.
Mizal. lib. 1. cometogr. cap. 2. & 13. Tertia pars elementaris
materiæ, formā aqueam ſortita eſt, ex qua ortum elemen-
tum aqua, quam geminæ comitātur qualitates, frigus &
humor: huius ſedes ſupra ſuperficiē terræ & infrà. Quar-
ta pars, centrum omnium, formam terrenam nacta eſt,
quamobrem factum elementum terra: cuius qualitates
frigus & ſiccitas. Hæc & plura Baſil. lib. hexam. homil.
Terram valde frigidam & per cōſequens ſiccam non va-
de difficile conijcere, quod à motu ſphærarum longè
abſit, ipſaq́; quieſcat immobilis. Qui de qualitatibus ele-
mentorum voluerit latius ſpeculari, conſulat Ariſt. lib. 2. de
generat. & corrupt. cap. 3. & 2. de part. animal. cap. 2. Hip-
pocr. lib. de Natura hum. Macrob. 7. Saturn. cap. 5. Galen.
lib. 1. & 2. de element. Hæc elementa Græcis ςοιχεῖα dicta
ſunt ratione ſuppoſitionis & ordinis. Ab Hebræis autem
ארבע יסדות arbag ieſudoth, id eſt, quatuor fundamenta,
vt notat Rabbi Tibbon in lib. tonah. achen, cap. 7.

## *De numero Elementorum.* CAP. II.

QVatuor tantùm ſunt elementa, nec plura nec pau-
ciora, vt communis omnium fuit ſententia, nempe



hæc, ignis, aer, aqua, terra. Ariſtot. lib. 2. de part. animal.
cap. 1. & 4. de Cœlo, cap. 5. Vbi id probat rationibus, & 2.
de generat. & corrupt. cap. 1. 3. 4. Ibiq́; notat hæc quæ vi-
dentur huius nominis, non eſſe elementa pura, ſed ele-
mentata. Tot poſuit Philo Iudæus lib. qui rerum diuinar.
hæres, & alibi. Et Plutarch. lib. 1. de placitis Philoſoph.
cap. 3. Plin. lib. 2. cap. 5. Cic. 1. Tuſculan. Plura elementa
poſuit Anaxagoras vt oſſis oſſeum: carnis, carneum: &c.
quæ reijcit Ariſtot. 3. de Cœlo, cap. 3. Atque Lucretius
lib. 1. de rerum natur. hanc homoiomeriam, ſex rationi-
bus improbat. Et Manes hæreticus quinque comminiſci-
tur, ventum, lucem, aquam, ignem, materiam. Improbat
autem Epiphanius lib. 2. contra hæreſ. tomo 2. hæreſ. 66.
Tria tantùm elementa poſuerunt Druſianus & Maſſaria,
atque Hieronymus Cardanus lib. 1. de ſubtilit. cap. 2. &
10. de rerum variet. cap. 49. ex numero quaterno ignem
expungentes, eo quòd, inquit, ignis ſit inuiſibilis calidi-
tas, ſubſtantiæ ſumma conſumptrix, vt in ligno & ferro
apparere ait. Secundò, quòd ignis nihil generet. Tertiò
quòd quantò altius in aerem extollimur, tantò frigidior
inueniatur. Quæ certè leuiores igne & magis ſteriles i-
gnerationes: nam ſi ideo quòd non videatur ignis ele-
mentum, nec eius regio ſit, nulla prorſus eſſe differemus
alia elementa, nam ea quæ videntur elementa non ſunt,
ſed elementata. Neque quòd non remaneat in ferro i-
gnis, & ita ſit accidens non eſt concludendum. Nam &
ex aqua pellitur & frigidum, & ex aere aliquo humidum,
non ideò tamen minus vtrunque habet ſubſtantiam. Fal-
ſumque eſt, ignem non generare: & quia conſumit inter-
dum, ideo non eſſe aptum generationi. Si quidem in pri-
mis nec alia elementa ſimplicia, per ſe ſeorſum & ſepa-
rata, per ſe quicquam generant, niſi cum alijs, quibus be-
ne temperatis ſubſtantiam explent, vt ait Ariſtot. lib. de
ſpirit. Si autem exceſſerint etiam conſumitur compoſi-
tum, vt non mirum, ſi ignis cum prædominatur, graſſe-
tur in corpora: nam & idem in alijs obſeruari poteſt, ani-
mo enim humore vel frigiditate, corpora quoque diſſol-
uuntur, & putreſcunt recedente ignis calore naturali: &
aqua quis præfocatur, & terra ſepultus moritur, & aere
infecto tollitur: verùm non id ex natura elementi, ſed ex
exceſſu elementari vel alteratione. Neque omnino ignis
ſterilis etiam hic elementatus, nam in Cypro inſula, in
fornacibus ærarijs naſcūtur & viuunt beſtiolæ quædam,
ſicut in niue aliæ, quarū illæ frigore, iſtę calore intereunt,

teſte Ariſtot.lib.5.hiſtor.animal.cap.19. Meminit de Pyrigono alio animali ex igne procreato Aelian lib.2.de natur. animal. cap.2. Quod autem Cardanus ad frigiditatem prouocet aeris, dum ait cum frigidiorē ſi altius quis conſcendat, id nihil concludit, ſi animaduertamus aeris tres regiones eſſe, & diuerſarum qualitatum, vt iam annotauimus. Sed & ita eſſe debere naturæ concatenatio admonet: ſi quidem oportuit poſt impetum illum ſphærarum, quod ſequebatur concauum lunæ particeps eſſe calidi, ne ſi ſtatim frigidum ſequeretur, omnino contraria qualitas ſolueret vinculum rerum: ſicuti poſteà deſcendendo à luna ad ima, ſymbolizant ſibi mutuò elementa & vincuntur: ignis & aer, in calido: aer & aqua, in humido: aqua & terra, in frigido: ſicuti ignis cum ſuperiore motu, in ſicco. Et ſunt illa, velut media, quibus tranſitus fit ſuperiorum in inferiora; & inferiorum in ſuperiora aſcenſus: fit & contrariarum qualitatum colligatio, ſine qua corruptio ſecundum Ariſtot. 4. de generat. animal.cap.fin. ignis extinctus in aerem reſoluitur, aer in aquam, aqua dum reſidet in terram: neque aliud dari poteſt mutationis gradus, vt non plura vel pauciora, quam quatuor elementa conſtitui debeant. Et vt me ab onere aliorum eximam ſemel, dico cum Chryſoſt. Iauello tractat.1. in 2. de generat. elementum Phyſicum duo requirere, vt ſit corpus ſimplex non reſolubile in alia priora: ſecundo, quòd ſit corpus ex quo alia componantur.

## *De Elementorum fortiori natura veluti ſexu.*
## CAP. III.

AEgyptij vnumquodque quatuor elementorum, in duo diuidunt, in marem ſcilicet & fœminam. Aerem marem iudicant, ea parte qua ventus eſt: fœminam, qua nebuloſus & iners. Aquam virilem mare vocant: muliebrem, omnem aliam: ignem maſculum qua parte ardet, flammam fœminam qua lucet, & eſt innoxius tactu: terram duriorem, ſaxa, cauteſque, marem: tractabilem autem fœminam, Seneca lib.3. nat. quæſt. Cicero rurſum, ex quatuor elementis duo habere mouendi vim, & efficiendi, ſcilicet aerem & ignem tradit: reliqua, excipiendi & quaſi patiendi, aquam nempe & terram & quintum corpus ex quo eſſent aſtra: & ita certè neceſſarium fuiſſe videtur, ad compoſitionem & mixtionem corporum.

De igne



## *De Igne & calore naturali.* CAP. IV.

IGnis, calor magnus eſt cum ſiccitate iunctus: principium rerum, ſecundum Hippaſſium Metapontinum, & Heraclitum Epheſiū, Ariſtot.1.Metaphyſ cap.3. In combinatione qualitatum ignis, præcipua illi calor, minus præcipua ſiccitas. Caliditatis duæ virtutes, vna calefacit, altera, qua ea quæ ſunt eiuſdem naturæ congregat, & quæ diuerſæ naturæ diſiungat. Sic diuerſo modo calor colliquat æs & aurum, emollit ceram, ſiccat lutum, nempe pro diuerſitate naturæ rerum ſeu materiæ, Ariſtot. 2. de part. animal. cap.2 Commune tamen calori cum frigore indurare, ſed modo diuerſo: calor enim indurat, calorem exiſtentem per ſe euaporans: frigus autem per accidens, vnà enim cum calore frigus abſtrahitur, neq; vllus humor ſine calore eſt: quamobrem calor maior minorem abſumit per ſymbolum. At cum calidum frigori exponitur, tunc frigus repercutit & reprimit & obſidet calorem, & exeundi viam intercipit: ſicuti in aqua calida apparet, quæ citius in Sole, quàm in vmbra infrigidatur, vt ait Ariſt.problem.ſect.24.q.13. Sic ſubterranea, ſcrobes, putei, hyeme quàm æſtate magis tepent, propter antiperiſtaſim frigidi. Itaq; frigus, non modò indurat, ſed denſat quoque, cum tamen calor laxet & rariora faciat. Hinc natu grandioribus animalibus, duriores & pili & pennæ, & ſquamæ redduntur, cutes namq; duriores & craſſiores euadunt ſeneſcente ætate: deſiccatur enim, atq; ipſa ſenectus vt nomen indicat, terrena eſt, quoniā ſine calore eſt, & cum calore humor defluit, Ariſt.lib.5.de generat, anim. cap.3. Et caloris innati ſubſtantia humida eſt, Galen, in 1. Aphoriſ.Hippocr. Aphoriſ.14. & comment.2. in lib. Hippocr.de hum.nat. ſenectuſque humore deleto inducitur: humor quippe nutrit calorem natiuum, non tamen quilibet humor, ſed lenis & copioſus; veluti lucerna extinguitur, deficiente oleo, quo lumen fouetur, Ariſtot. problem.ſect.3.quæſt.5. Vtitur & eadem lucernę ſimilitudine Galen.lib 1. in Aphoriſ.Hippocr. Aphoriſ.13. & 14. & lib. Aphoriſ.7.Aphoriſ.7. Calor itaq; & in animalibus cauſa eſſe videtur vitæ: etenim per illum concoquitur cibus, & proinde quæ cibo ſunt inutilia, habent plus excrementi, Ariſt.3 de part.anim.cap.9. & 4.cap.9. Cic etiam lib.2. de nat.Deor. calore viuere cuncta ait, quo refrigerato & extingui corpus. Ita ignem habere vim vitalem in omni re quæ viuit, & generationis eſſe principium tradit Galen.

Vocant quoq; Hippocrat. & Galen. calorem illum natu-
ralem, naturam noſtram aphoriſ. 5. aphoriſ.2. & lib.4.a-
phoriſ.37. & lib.1.aphoriſ.15. Ex hoc calore, cauſa cur ani-
malia mouere ſe poſſint, ſicut & tremor ex frigiditate,
quæ corpora debilia reddit. Ariſt.problem. ſect.3. c.25. &
lib. de ſpiritu. Poſuit autem in nobis & animalibus hunc
calorem in ſanguine Galen.lib.2. aphoriſ. aphoriſ.1. & a-
phoriſ.6.aphoriſ.12. procedentem tamẽ ex corde, vt idem
ait lib. de vſu pulſu. quia inde vitę initium, vel in excordi-
bus, ex eo quod pro corde eſt. Quare quemadmodum i-
gnis viſibilis extinguitur multis modis, ſic & in corpore
noſtro ignis vel calor, marcore ſenectutis, vel defectu pa-
buli, vel alia illata vi extinguitur, vt & contraria qualita-
te, infrigidatione cordis, extraneo calore nimio cum na-
turali mixto, vt in ebrijs accidit, qui nimia vini caliditate
imbuti deficiunt, teſte Ariſt.problem.ſect.3.q.5.

## *Quod ignis in omni mixtione corporali ſit.*

## CAP. V.

GAſpar Contarenus lib.3. de Element. docet commix-
tionem corporum fieri ex virtute caloris. Sic D.Dio-
nyſ.Areopag.lib. de Cœleſti hierarc.c.15. ignem ſen-
ſibilem tradit eſſe in omnibus, & per omnia clarè venire
& remoueri omnibus, ſimul lucidum & ſimul quaſi oc-
cultum, &c. Vnde à proprietatibus eius inquit, & Theo-
ſophi cœleſtes eſſentias igne conformant, ſignificantes
deiforme illatum, vt Ezechiel c.1. & 10. Deus præcedebat
populum ſuum in columna ignis Exod.cap.13. Et ſpecies
glorię eius quaſi ignis, Exod.24.numer.9. Dictus & Deus
ignis conſumens, Deuter.4. Hebræ.cap.13. oculi eius tan-
quam flamma ignis, Apocal.1. Et ſe Deus lucem mundi
dicit & Solem iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter. Et Spiritus
ſanctus per diſpertitas linguas, quaſi ignis, deſcendit in
diſcipulos Domini, Act.2. vnde & ipſe iuſſit ſeruari ignẽ
perpetuum, in tabernaculo ſuo Leuit.6. Quod imitatiuo
fuerunt ethnici in Veſtarũ ſocietate. Docuit enim Tythea
vxor Noachi puellas ſempiternũ ſacrum ignem inextin-
ctum ſeruare, ſi credamus Beroſo lib.3. quem morem ſe-
quuti Romani qui per virgines, ignẽ perpetuũ conſerua-
bant vt tradit Ouid.lib.6.Faſtor. Perſæ quoque, Aegyptij,
Delphiq;, vt ex Diodor.Procop.lib.2. belli Perſici & alijs
authoribus apparet, de quib. Lilius Gregor. Giraldus de
Dijs gentiũ, ſyntag.4. neq; ignem in cœlo eſſe, quiſpiam
negarit, ſi credat ignem de cœlo deſcendiſſe. 3.Reg.18. &
4.Reg.



4.Reg.1. Et Plinius lib.2. à ſidere cœleſti ignis expuitur, in-
quit. Fit trib. modis ignis, motu, propagatione, coitione.
Motu ſphęrarum & corporũ cœleſtium, & attritione lapi-
dum, ex quib. calor exiens ſiccus, aerem obuium accẽdit,
& in ſcintillas reducit: itẽ fricatione. Propagatione, dum
fomenta igni adduntur, & dum lumẽ alij humido accen-
ſibili, communicatur. Coitione, ſicuti dum in ſpeculis
concauis, ſolaribus vnitis & concurrentibus radijs, exci-
pitur, vnde & in cœlo eſſe ignem conſtat: item & ex ca-
lore Solis, & eius ſplendore. Eſt intra ſaxa quoque: nam
& excutitur à ferro ictu chalybis. Eſt in terra, quia ex ca
effoſſa fumat: in aquis, quia & fontes & puteos calefa-
cit: in maris ꝓfundo, quia excitat tempeſtates: in anima-
libus, vt docuimus: in aere, quẽ ſemper feruere videmus.
Et apparent plerunque fatui, vt vocant, ignes, circa pati-
bula, cæmiteria, coquinas, ædes ſacras, alia vliginoſa &
viſcida loca, in quibus fæculentus, putris, igneus, craſſus,
& oleaginoſus multus tranſpirare conſueuit halitus, vt
Miſal.lib.1. Cometogr.cap.3. Innuit & Manilius in Aſtro.
*Nunquam futilibus excanduit ignibus aer.*
Et Phurnutus in lib. de Theoria, περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως, dixit
ignem extinctum tranſiſſe in aerem à principio, & à mun-
di conſtitutione, vt aer deficiens tranſit in aquam: & rur-
ſum, omnia conflagratura, vt ad principium vnde orta
ſunt, redeant. Quod & docet Macrob.lib.2. in Som.Scip.
cap.10. Sic etiam mundum conflagraturum nos Chriſtia-
ni exiſtimamus, ad delendas maculas conceptas ex vitijs
& maledictionibus hominum, & ob alias cauſas, quas
Theologi tractant, de hoc & Ieſaiæ cap.66. Iohel.cap.2.
Amos 7. Abac.2. 2.Pet.cap.3. & Iudæ cap.1. Cyrill.Hieroſ.
catech.15. illuminat. Seneca Nat.quæſt. Sibylla in Oracu-
lis, Lactantius. Et Machomiſtæ etiam, credunt poſt vlti-
mam reſurrectionem omnia igne probanda, & pios &
malos: verùm malos perpetuo igni cruciandos traden-
dos: eripiendos autem pios, in Alcorano azoara 29. ſicut
& pij credunt impios igne æterno cruciandos, Matt.3.13.
18.25. Luc.3. 1.Cor.13.

## *De Diſtinctione ignium, de flamma, carbone, & cineribus.* CAP. IV.

ANnotandum tamen eſt, ignem alium eſſe vrentem,
feruorem nempe & caloris exceſſum vt loquar cum
Ariſtotele 1.Meteor. cuius calor non eſt is, qui con-
tinetur in animalibus, neque enim inde originem ducit.

vt ait idem 2. de Partib. animal. Nam ille ignis nullum a-
nimal generat. Alius ignis, naturalis, viuificus, in cor-
uo Lunæ contentus, ſecundùm Hieronymum Montan.
Medicum, lib. 1. de Medica theoreſi, cap. 5. Sic ignis eſt
innatus, & extraneus. Ab extranea ſeu aliena, non ab in-
ſita caliditate res putreſcit, innata caliditas concoquit, a-
liena corrumpit: in putrefactione autem tria concurrunt
potiſſimùm. Primùm, vt quod putreſcit ſit calidum & hu-
midum. Secundum, quòd prohibeatur illius transpira-
tio, in immobili ſitu: ſiquidem motus naturalis impedit
corruptionẽ. Tertium, quòd id quod ambit, ſit calidum
& humidum. Et hinc fit humorum conculcatio, hinc fe-
bres ſanguine putreſcente, Galen. lib. 2. Artis curatiuæ ca-
pite 4. & 2. de Differ. febr. cap. 9. & lib. de Aequali intemp.
cap. 7. De putrefactione quoque Ariſtotel. lib. 4. Meteor.
cap. 1. & 2. Regio elementi ignis, in duas diuiditur partes,
quarum ſuperior calore & ſiccitate inferiorem ſuperat. I-
gnis ardens, tripliciter diſtinguitur, in luce, flamma, & car-
bonibus. In luce, eſt veluti in ſua ſphæra & regione: in
flamma, eſt ignea materia in ſubſtantia aerea accenſa;
ſubſtantia enim ea, quia vicina eſt igni, facilè accenditur,
nihilq́ue aliud eſt flamma, quàm aer accenſus, & vt ait A-
riſtoteles, ſpiritus ipſi feruo, lib. 1. Meteor. cap. 4. & lib.
cap. 2. Sic Galenus 4. Simpl. medic. Aer accenſus, inquit,
fit flamma: terra accenſa pruna ſeu carbo, idem lib. 1. de
Simplic. medic. facult. cap. 16. & 24. valdè autem actiuus
in carbonibus ignis, vt in parte terreſtri, vt eodem Gale-
nus & Plato in Timęo. Ex hoc igne fumus & cinis oriun-
tur. Fumus eſt vapor ex partibus humidioribus & ſubti-
lioribus materiæ vi caloris reſolutis. Ariſtoteles libro 1.
Meteor. cap. 9. & de Partib. animal. 2. cap. 2. vocat fumum
exhalationem, & ſubiectum ignis, vt carbonem. Differt
tamẽ fumus à vapore, quia vapor eſt genus, & poteſt eſſe
ſine igne vrente: fumus autem ab igne tantùm, vt notat
Ariſtoteles Probl. ſect. 12. q. 10. At terreſtris materiæ igne
reſolutæ, cinis eſt à cadendo dictus, vt ait Iſidorus, par-
tium tenuium, remanẽtibus in ijs fomitibus quibuſdam
igneis in partibus terreis, vt ſcribit Galen. lib. 4. de Simp.
medic. facult. cap. 3. & libro 8. vbi & notat cineres tephra
dici, eamq́; partem igneam amitti, maceratis in aqua ci-
neribus, & ſolam terram remanere, varios fortiores ca-
cineres, ſecundùm materiæ, ex qua fiunt, diuerſitatem &
qualitatem: nam quæ aduſtæ ſunt naturæ, per ſe aliquid
habent caliditatis, vt calx, & ſedimenta animalium, Ari-
ſtoteles 2. de Partib. animal. cap. 2. Cinis quoque omnis
habet ſemper aliquid ſicci, & ideò tantam aquæ copiam
in ſe recipit, quanta ipſe eſt. Tunc enim partes igneæ,
quæ inſunt, recedunt, & condenſantur in terram, Ariſtot.
Probl. ſect. 25. quæſt. 8.



## *De Gradibus caloris ignis.* CAP. VII.

SEmper ignis calidus eſt, verũ alius alio calidior inue-
nitur: proinde Chymici & qui diſtillationibus dant
operam, gradatione ignem ſubijciunt & diſtinguunt,
vt notat Philipp. Vlſtadius lib. de Secret. nat. cap. 1. Primus
gradus tepidus, qualis aquæ tepidæ, in quam immiſſum
membrum lædi non poſſit: ignis balnei mariæ, tepiditas:
vnde barbarè à mari dictum balneum maris vocant. Se-
cundus, calidus eſt, ita tamen, vt ſufferri poſſit ab aliquo
membro citra læſionem: vocant ignem cinerum. Ter-
tius, calidus, quo membrum immiſſum lædi poſſit, proxi-
mum ebullitioni: vocant ignem ardentem, ignem arenæ.
Quartus, vehementem habet calorem, qui loco arenæ
habet ſcobem ferri. Augeri etiam quinque modis calo-
rem ignis notat Hieron. Card. lib. 2. de Subtil. primùm na-
tura. 2. materia, vt in ferro ardentior, q̃ ſtipulis. 3. motu,
vt in fulmine. 4. magnitudine, vel duratione temporis,
reſpirationis impedimento, ſic exiguo foco ollula valdè
concoquit, apparet & in præfurnijs vitreariorum, & for-
nacibus, vt dicunt, reuerberationis. 5. cùm cogitur ignis,
vt ex carbonarijs & calcis fornacibus cõſtat. Fiunt & ine-
ſcationes, & fomenta ignium, quæ & citiùs ignem con-
cipiunt, & robuſtiùs ignem impellunt: vt ex puluere py-
rio apparet, quo moles magnæ globorum, impetu & vi
maxima à machinis bellicis impelluntur: qui fit commix-
tis tribus partibus ſaliſnitri, duabus ſalignei carbonis, tri-
bus ſulphuris, pro magnis machinis: at pro paruis, vt co-
lubris, vel arcubuſijs, vel ſclopetis: ſaliſnitri ſunt partes
decem, carbonis autem arboris nucis auellanæ, ſeu iu-
glandis ſine nodis, vel ſalicis & ſulphuris, pars vna ſingu-
lorum, quæ benè malleis ligneis piſtillis tunduntur, cum
leui madefactione fontanæ aquæ, ne ignem concipiant
tundendo, perpurgato priùs ſale nitro à terreſtribus par-
tibus, quod dicunt affinationẽ barbarè, & deinde in gra-
na mixtione rotundata & ſiccata. Sunt & alia ignium ar-
tificia & compoſitiones, quibus militaris vtebatur olim
ars: de quibus videndus Veget. & Vanoc. Birung. lib. vlt.
Pyrotechniæ, Ant. à Porta lib. 2. Magiæ naturalis, cap. 10.

## *De Aere & eius affectibus erga viuentia, & alteratione.* CAP. VIII.

POſt ignem aer, cuius vna regio illi proxima ab eo, igne afficitur, vltima autem à frigidis elementis, cum quibus commercium habet, vt ait Caſpar Contarenus 2. de Element. Aer, ſecundùm Galen. lib. 4. de Simpl. medic. facult. cap. 2. ſolus tenuiorum eſt facultatum, craſſiorum terra, mediocrium aqua: ideò aer humidior, mollior & fluxior aqua, Ariſtoteles Problem. ſect. 22. quæſt. 10. & tale quoque oportebat eſſe elementum, quod nos vndequaque circundat, cùm propter reſpirationem, quà trahimus, edendo & bibendo, & alia agendo perpetuò, vt notat Nemeſius 1. cap. de Nat. hom. Tum etiam vt ille permutaretur in nubem, rorem, pluuiam, niuem, & alia neceſſaria vtilitati humanæ, vt ait Cicero 2. de Nat. deor. Lædit & idcircò nos aer facilè, alteratus extrinſecus, & iuuat nos refrigerando, vel accendendo, Galen. 1. de Sanit. tuend. attractus enim infectus, in viſcera commeans, ea inficit, iuuat purus, defæcatus, incorruptus: putredinem autem maximè iuxta paluſt. iam ſicca, nō in quantum elementum eſt, ſed ratione vaporum putrium ſurſum eleuatorum: cum locis frigidis, frigidus: cum calidis, calidus, Ariſtoteles Probl. ſect. 14. cap. 7. & 9. Extant & de hac tractatione commētaria Galeni in 1. lib. Hippoc. Epidem. & lib. 9. Meth. item lib. 3. Aphoriſ. Hipp. aphor. 10. & præd. 1. item Hippoc. lib. de Aere & aqua, & lib. de Humana natura. Alteratur quoque aeris nobis vicina regio, Solis & Lunæ motu, Ariſtoteles 4. de Gener. animal. cap. fin. Sic hyeme frigidus, æſtate calidus, alio tempore interdum temperatus. Idemq́; colligere licet ex aliarum ſtellarum ortu & occaſu potiſſimùm errantium: item ratione ſitus locorum, vt in orientali plaga, calidus & ſiccus: in occidentali, frigidus & humidus: in meridionali, calidus & humidus: ſeptentrionali, frigidus & ſiccus: in cacuminibus montium, frigidus: in vallibus, calidus vel humidus, ibique & quietus. Boreas namque alta quatit: in cadauerosis & maritimis inſalubris & fœtidus.

## *Quomodo exploranda ſalubritas, & qualitas aeris.* CAP. IX.

SAlubritatem aeris explorabant antiqui ex inſpectione iecinorum animalium, quæ eo loco habitarent, ſi ſana eſſent, Vitru. lib. 1. de Archit. cap. 4. Palladius lib.



1. de Re ruſt. conſiderat ex bono colore habitantium,
capitis firma ſynceritas, ſi inoffenſum lumē oculorum,
purus auditus, fauces commeatum liquidæ vocis exer-
cent. Cardanus autem lib. 1. de Rerum varietate, cap. 8. ſic
iubet probare, Spongiam bene ſiccam ac mundam ſub
dio per noctem ſereno cœlo ponito, manè ſi ſiccam in-
ueneris, talis aer: ſi humidā, nimboſus: ſi molliter vdam
humidus, ac roridus. Item ſi panem recentem expoſueris
eodem modo nocti, à corrupto aere ſitum contrahit;
à ſicco ſicceſſit: ab humido in ſuo ſtatu manet. Varro li-
bro 1. de Re ruſtica, cap. 2. ſalubriorem partem ſeptentrio-
nalem aeris iudicat.

## *Num Aere ſolo quid viuere poßit.* CAP. X.

DVm diximus eligendum purum aerem, & reſpira-
tione & inſpiratione illum nos ducere, non ideò q̃s
velim opinetur, aerem eſſe nobis alimentum, ſed ad
ſanitatem conducere, cor & cerebrum eo refoueri, & ſi-
ne eo vitam non eſſe. Neque enim ex aere ſolo alimen-
tum nutritioni accommodum animali accidit: nec ex ven-
to, vel ex aere, quid viuere poteſt, vt ait Ariſtoteles Probl.
ſect. 1. quæſt. 13. Videntur tamen exempla huic ſententiæ
refragari, & autoritas quorundam virorum: veluti Theo-
phraſti libro de Cauſ. plant. cap. 8. Aer, inquit, alere poſſe
putatur. Olympiodorus quoque narrat Ariſtotelis hiſto-
riam, qui dicebat ſe vidiſſe hominē, qui ſolo aere nutrie-
batur & Sole: vt ſcribit Marſil. Ficinus arg. in Phæd. Plat.
Refert & Plin. lib. 8. Nat. hiſt. cap. 33. chameleontem ſolum
animalium, nec potu nec cibo ali, nec alio quàm aeris a-
limento: quod tamen nō ſcribit Ariſtoteles lib. 2. de Hiſt.
anim. cap. 11. vnde ad verbum Plinius totum caput tranſ-
tulit. Ferunt cicadas rore tantùm veſci, qui aeris concreti
ſpecies eſt: ſic enim Theocritus εἰδυλλίῳ 3.

*μὴ πρῶκας σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ.*

Nunquid hæc rore victitat, ſicut cicada. Et Virg. 3. Eclog.

*Dumque thymo paſcentur apes dum rore cicadæ.*

Meminit & Plinius libro 11. capite 26. dum ait ſine ore il-
las viuere, pro quo habeant aculeatum linguis ſimile,
in pectore, quo rorem lambunt, de cætero in ventrem
nihil eſt, excitatæq́; cùm ſubuolant, humorem reddunt,
quod ſolum argumentum eſt eaſdem rore ali. Teſtatur
edito proprio eius rei libellulo Gerardus Bucolidianus
Phyſicus Cæſareus teſtis oculatus, ſe obſeruaſſe puellam

fub

ſub commiſſa ſibi cuſtodia, quæ ſine cibo & potu vixerit transigerit, prope Spiram ciuitatem imperialem, in villa dicta Roed, anno domini 1539. nomine Margaretam, patre Scifrid Vueis natam, & matre Barbara nominatam. Eamq; à feſto D. Michaelis ventris dolore correptam anno prædicto 1530. vſque ad annum 1540. nihil cibi ſumpſiſſe, poſteà nec per tres annos cibo, potu, excrementis vſam. Narrat Vrſpergenſis Abbas in chronico, tempore Lotharij 5. Imperatoris, in territorio Tullenſi, iuxta villam Conuernacum puellam duodenam poſt aſſumptam ſacram communionem die paſchatis, vſque in tertium annum ſine cibo & potu ieiunaſſe, nempe ab anno 822. vſque ad annum 825. circa initium Nouembris, quo cœpit more aliarum manducare. Idem Romæ contigiſſe, & ſe vidiſſe in presbytero quodam Gallo, qui Iacobus dicebatur, aſſerit Poggius Florentin. tempore Eugenij papæ. In quibus omnibus vix eſt, vt non perſuaderi videtur nobis, aerem ad nutricationem cõferre. Nec eſt Chriſtianorum quiſquam, qui ignoret populum Hebraicum quadraginta annis manna victitaſſe in deſerto ea de cœlo deſcendente, & roris inſtar incaleſcente ſole euaneſcente, Exod. 16. Sed & 40. diebus & totidẽ noctibus, ieiunauit Moſes, quandiu in monte cum Deo fuit, Exod. 24. & 34. Deuter. 9. & 10. Helias in fortitudine cibi, ambulauit & ieiunauit 40. diebus & tot noctibus 3. Reg. 19. Totidem & ieiunauit Dominus noſter IESVS CHRISTVS Matth. 4. Marci 1. Cæterum hæc exempla mihi perſuadere non poſſum, vt id ex alimento aeris ſolius qui inſpiratione ducitur, proceſſerit: nam aliæ ſunt quædam cauſæ, quæ ſuadeant hominem ſine alimento aliquo extrinſecus immiſſo, nutriri poſſe per aliquod tempus, vel diuinæ vel naturales: Diuinæ, ſicuti dum Moyſes cum Deo eſſet qui vera vita eſt, & cum in fortitudine cibi prius præbiti per angelum ambulauit Helias, & cùm dominus noſter ieiunauit, & cùm manna nutriti ſunt filij Iſrael. Deus enim qui legem dedit & vim nutriendi rebus quæ nos nutriunt, & alijs quæ non nutriunt eadem poteſtate concedere eandem vim poteſt. & qui poteſt creaturam à putrefactione integrã præſeruare, poteſt & partem illam neceſſariam alendi ſuccidere vt tunc non neceſſariam: ſicuti & poſt reſurrectionem, poſtquam corpus hoc mortale induerit immortalitatem, ea quæ ad reparationem mortalium & decedentium corporum pertinent non erunt neceſſaria, non eſca iſta corruptibilis non veſtitus,



ſtitus, non nuptiæ, Matth. c. 19. Non eſurient neque ſitient amplius, Iſaiæ 49. Ierem. 31. Apocal. 7. Ioan. 6. alia ibi eſca diuinitatis admiratio & gloria, & vitæ lignum, Apocal. 2. & de qua loquitur cap. 22. Lucæ: nec ex ſolo pane viuit homo, ſed de omni verbo quod procedit ab ore Dei, Deuteron. 6. Et alia ratione naturali, fieri poſſet vt ſine cibo quis vel vno, vel tribus vel viginti annis, viuat: ſi quis ita denſos habeat poros cutis, vt ferè nihil per illos reſoluatur, calorq; ſit modicus comparatione facta ad membra modica & denſata, ita quòd illa non reſoluit: ſit tamen ille idem ſufficiens & fortis circa neruos & venas ad generationem ſpirituum, per quos ſtat vita: humores quoque ſint ita diſpoſiti in vijs & inſtrumentis, quòd illum nõ ſuffocent vel extinguant: & ſic de alijs concurrentibus & requiſitis ad vitæ continuationem. Nam calor cordis paulatim attrahit quantum ſatis eſt ad vitam. Sicuti apparet in animalibus quæ hyeme latent ſine cibo & dormiunt in cauernis. Adeſſe & intus poſſunt copioſi humores proportionati, calor autem paucus, viæ itineris ſtrictæ. Nec plus mirandum, quod homo diu poſſit ieiunare, quàm quod oporteat toties in die manducare. Conſuetudo enim manducãdi & egerendi, & naturam quodammodo componit, & vias & inteſtina dilatat, & capaciora & famelica facit vt magis inania. Adſtipulatur & Claudius Cæleſtinus libello de mirabil. mundi cap. 4. Sic quædam animalia & pecudes, tantum quarto die bibunt. Et homini non vtiq; ante ſeptimum lethalis inedia. Duraſſe & vltra vndecimum pleroſque certum eſt, inquit Plin. lib. 11. cap. 54. Refert & Xiphilinus ex Dione in Seuero, cibum parare Britannos ad omnia, cuius ſi cœperint quanta eſt vnius fabæ magnitudo, minimè aut eſurire aut ſitire ſolent. Cuius cibi ope, aliqui hypocritæ, ſub ſpecie ſanctitatis, olim populis impoſuerũt, ſicuti narrat Iouia. Pontan. lib. 2. de ſerm. cap. 16. & Anton. Panorm. lib. 2. de geſtis & dict. Alphon. c. 9. fuiſſe tempore Alphonſi regis quendam Antoninum Picentem, ordinis eremitarum, nobilitatum quòd per quadraginta dies & noctes ieiunare ferebatur: qui Italiam, Siciliam, & Hiſpanias compleuerat nomine ſanctitatis & abſtinentiæ, pluribus in locis à cuſtodibus cella incluſus & obſeruatus ſi ederet vel biberet, vt angelos ipſos viſitare opinarentur: verùm interius illi fuiſſe candelas craſſiores fiſtolatas, & in fiſtulis cannarũ incluſam tacitè farinam, infartam cõtritis Phaſianorum ac caponum carnibus, ſaccharo & aromatibus conditis, geſtatas, &

tas, & cingulum fiſtulatum plenum nectare, quod Hip-
pocraticum vocant, quibus epulis clanculum veſceba-
tur: eumq́; tandem digna morte extinctum hæreticum
& maledicum in Deum & virginem Mariam, vermibus
abſumptum. Aeneas Sylui. lib. 2. in commentar. Antonii
Panorm. cap. 9. addit aliud exemplum quod accidit ſimi-
lis impoſturæ ſub Nicolao 5. ſummo Pontific. Romæ [illegible]
eius author dicitur captus, virgis cæſus, & in exilium
actus. Et ibidem, Iacob. Spiegellius, alicuius etiam mu-
lieris ſimilis impoſturæ vindictam narrat ſui temporis
apud Auguſtam claram Alemaniæ ciuitatem. Neque cre-
dere oportet chamæleontem vel cicadas aere & rore
tantum paſci ſeu viuere: nam aerem quidem trahunt, ſed
aer non eſt fomentum vitæ, nec ros. Sed dicas cum Ari-
ſtot. lib. 4. de part. animal. cap. 5. Quod calidum eſt, cibum
& deſiderat & concoquit citò: Contrà quod frigidum
eſt, cibo carere facilè patitur, ſed maximè omnium cica-
darum genus ieiunum: ſatis enim eſt his alimento, hu-
mor qui in corpore eſt. Sicut animalibus Ponticis, [illegible]
non diutius, quàm diem vnum viuere poſſunt, nempe
quod tandiu humore quod ſecum attulerunt ex or[illegible]
natiuitate interius paſcantur. Quod de chamæleonte re-
ferre poſſumus, vt tandiu viuat, quandiu interior quæ-
dam ſubſtantia, modicè diſpenſata, ſupereſt ad vitam tu-
uendam. Sicut & arbores quaſdam exciſas videmus ad-
huc germinare extra terram, & hominum cadauera & pi-
los & vngues extendere, quia adhuc illius materiæ
humor in corpore remanet, & percurrit, & homo [illegible]
nus manet, quandiu intra corpus habet quod diſpen-
tur per naturam membris, ne deficiant. Sed & Plinius lib.
11. cap. 26. in principio tradit, chamæleones rore viuere,
non autem ſolo aere, ſic ſcribens: chamæleonum [illegible]
liones quodammodo naturam habent, rore tantum vi-
uentes, prætereaq́; araneis ſimilis cicadis vita. Habet au-
tem ros quippiam craſſioris ſubſtantiæ, quàm aer, [illegible]
te aqueum & terrei aliquantum, quibus vt cibo & [illegible]
ſubſtantia ſimilis ali poſſit, vt ex manna Arabum con[illegible]
Sic non mirum valde quod refert Plin. 7. cap. 2. de A[illegible]
morum gente, cui nullus cibus, nullúſve potus: ſed [illegible]
ra dicũ floruṁq; varijs odoribus & halitu viuit & ſil[illegible]
ſtrium malorũ. Refert idem Strabo lib. 15. additq; e[illegible]
viuere odore, ſeu nidore carnium
aſſarum.

De



*De materia generaliter exhalationum, in quibus impreſſiones in aeris regionibus ſeu partibus generantur.* CAP. XI.

DVæ ſunt ſpecies halituum, qui vi ſolis ſurſum in aere eleuãtur ex terra, vt ait Ariſtot. vel quiſquis alius ſit, qui edidit lib. de mundo. & lib. 2. meteor. c. 4. & Plin. lib. 2. c. 42. humida ſcilicet, & ſicca: humida, eſt ex potentia aquæ, propriè vapor: ſicca ex potentia ignis, propriè exhalatio. Viæ namq; atq; meatus in terra ſunt, per quos, radijs ſolis intrantibus, ſi humiditas ibi ſuperfluat, vapores educuntur, ſi autem ſiccitas, exhalationes. Humidus halitus, roſcidæ ſpirationis plenus, & ab aqueis corporibus, vi cœli ad mediam vſq; regionem aeris & infra exhauſtus, ſtimulante illius natura pedetentim perlatus. Hic vapor halitui animalium, & fumãti ſubſtantiæ ex feruenti aqua, ſimilimus. Halitus autem ſiccus, ater, in fumi corpus è terra conformatus ignis familiare pabulum ſuſtinens, dictus exhalatio vel fumus, Mizaldo, 1. cometogra. cap. 3. fit omnis exhalatio per rarefactionem & extenuationem. Et aer quamuis natura ſua rarum ſit corpus, denſatur tamen exhalationibus.

*De Nube & nebula.* CAP. XII.

EX vapore humido ſurſum eleuato, fiunt nubes, aggregationes ſcilicet vaporum, in medio aeris interſtitio & non in ſuperiore, vt docet Ariſtot. 1. meteor. ca. 3. Anaximãder ait nubes quidẽ fieri craſſeſcente quàm maximè aere, vel potius eo coacto imbres exprimi: niuẽ autem cum aqua labendo glaciatur: grandinẽ cum quid madido ſpiritui obducitur. Metrodorus aquoſo vaporis ſubductu cõcreſcere nubes: Epicurus ab expirationibus: Plutarch. lib. 3. de plac. philoſ. c. 4. ſed & Plinius lib. 2. cap. 42. nubes in ſublime liquore ſcilicet humido gigni, aut ex aere coacto in liquorem. Et eodem lib. cap. 23. meminit Poſſidon. tradidiſſe, non minus quadraginta ſtadiorum à terra altitudinẽ eſſe, in qua nubila ac venti, nubesq́; proueniant, inde purũ liquidumq́; & imperturbatæ lucis aerem. ſtadium porrò 25. paſſuum eſt, id eſt, pedum 625. Senec. lib. 1. natur. quæſt. nec aquam inquit, habent nubes, ſed materiam futuræ aquæ. Ariſtot. tamen lib. 1. meteor. c. 9. ſic ſcribit, aſpiratio ex aquæ mutatione eſt vapor: ex aeris in aquã ſcilicet mutatione, nubes. Auſter ventus nubes colligit, aquilo diſpellit, Ariſtot. probl. ſect. 63. q. 18.

Nubes

Nubes cùm egregiè denſa eſt, nigra exiſtimatur: quia ad
ea quæ viſibilia ſunt, nulla lux ſolis defertur: quod enim
ambiens eſt viſibile, quod non videtur reddit obſcurum,
vt ait Ariſt. lib. de coloribus, & Plin. lib. 2. c. 61. varietatem
colorum figurarumq; in nubibus cerni tradit, prout ad-
mixtus ignis ſuperat aut vincitur. Ariſtot. caliginem nu-
brium ait eſſe excrementum cõcretionis nebulæ in aquã,
qua de cauſa trãquilli cœli dat ſignum magis, quã aqua-
rum, eoq; etiam magis, quod caligo eſt tanquam nebula
ſterilis, 1. Meteor. c. 9. Species quoq; nubis nebula: verum
diſtinguitur hoc modo apud Ariſtot. lib. de mundo. Ne-
bula vaporoſus quidam halitus eſt, vnde nulla mittatur
aqua: quæ, inquam nebula, craſſior aere, ſed nube rarior,
concreſcit, vel è raritate quæ nubi initium dat, vel è reli-
qua eius parte, cui aduerſa ſtatuitur ſerenitas, quæ quidem
nihil aliud eſt quàm aer, nebulæ & nubis expers. Plin. lib.
2. cap. 60. nec æſtate nec maximo frigore nebulas exiſte-
re tradit.

## *Præſagia ex Nubibus & nebulis.*

## CAP. XIII.

PLin. lib. 18. c. 35. ſic prognoſtica ex nubibus tradit, nu-
bes cũ ſereno cœlo feruntur, à quacunq; parte id fiet,
expectentur venti: ſi eodẽ loco globabuntur, appro-
pinquante ſole diſcutientur. Et hoc ſi ab aquilone fiat,
ventos: ſi ab auſtro, imbres portendent. Sole occidente, ſi
ex vtraq; parte eius cœlum perũt tempeſtatem ſignifica-
bunt: vehementius atrę ab oriente, in noctem aquam mi-
nantur: ab occidente in poſterum diem. Si nubes vt velle-
ra lanæ ſpargentur multæ ab oriente, aquam in triduum
præſagient. Cùm in cacuminibus montium nubes conſi-
dent, hyemabit: ſi cacumina pura fient, diſſerenabit. Nube
grauida candicãte, quod vocant tempeſtatem albã, gran-
do imminebit. Cœlo quamuis ſereno, nubecula quamuis
parua, ventũ procelloſum dabit. Nubes nigra cũ rubedi-
ne viridante, metuenda tempeſtas ſignatur, quæ ſociabi-
tur multo aeris & procellarum & tonitruorũ & fulguri
conflictu: nube aũt dum tonat ſubalbida, leniter verẽda.
Nebulæ è cœlo deſcendentes, aut cœlo cadentes, aut in
vallibus ſedentes ſerenitatem promittunt.

## *De Pluuia.* CAP. XIV.

EX denſitate nubis & attractione vaporum, generan-
tur pluuia, grando, & nix. Pluuia eſt aggregatio mul-
torum vaporum, ex frigido & humido: inde guttæ,
cùm



cum in minutiſſimas partes humor reſoluitur, imberque
gignitur ex compreſſu nubis amplioris. fit autem hac ſe-
ne primum vi caloris ſolis, vapor denſus, grauis & craſ-
ſus eleuatur, vtq; ad infimam mediæ regionis, aeris par-
tem frigidam: ibi quia calor eleuans illum reliquit, con-
denſatur vapor ob frigiditatem in aquam & in guttas re-
ſoluitur: exemplo liquet, ſi quis animaduertat diſtillatio-
nis artificialis ordinem: in vaſe namq; ſurſum vel ex olla
vapor mittitur, qui collectus operculo vbi adhæret, frigi-
dam ſentiens, in aquam guttatim reſoluitur. Sicut etiam
ſi quis aduerſus ſpeculum vel marmor reſpiret, vel hye-
me obſeruat reſpirationem noſtram, inuenta frigiditate
aeris in aquam glomerari: vbi autem vapor reſoluitur in
aquam, neceſſe eſt in terrã iterum decidere, & reuerti, vt
ad proprium centrum & locum, Ariſtot. lib. meteor. 1. cap.
9. Et quia vapores impuri eleuantur interdum, & vento-
rum impetu oua, excrementa ranarum, vermium, & pili
& alia ſurſum, vna feruntur, ideo nonnunquã pluuia cer-
nitur rufa, cruenta, cuius cauſam dicunt terreſtre ſiccum,
vapori admixtum, vna eleuatũ: interdum & vermes, deci-
dunt & ranæ, & pili & ſimilia, quæ calore & vi aeris ex ſe-
minibus in aerẽ eleuatis, excluduntur & decidunt. Refert
Plin. lib. 2. cap. 56. aliquando pluiſſe lacte, ſanguine, carne,
ferro, lana, lateribus coctis, quę tamen ad concoctionem
diuerſam vel cruditatem vaporis, vnde gignũtur referen-
da ſunt. Liuius lib. 3. decad. 1. ſcribit P. Volumnio & Ser-
uio Sulpitio conſ. inter alia prodigia & carne pluiſſe, quã
in vrbem ingens numerus auium intrà volitando rapuiſ-
ſe fertur & quod intercidit, ita iacuiſſe per aliquot dies, vt
nihil odor mutaret.

## *De Rore.* CAP. XV.

ARiſtot. 1. meteor. cap. 11. pluuiam & rorem idem eſſe,
ſed differre vt maius & minus, ait: quia pluuia ex va-
pore nimio refrigeratoq; conficitur, ros ad paucita-
tem pertinet. Et cap. 10. roris formatio, inquit, fit in cœli
temperie & locis clementioribus, cùm vapor in aquam
cogitur, nec tepor eiuſmodi eſt, vt id quod in ſublime ela
tum eſt, exſiccet. Et libro de Mũdo: Ros eſt humor è ſudo
ſerenoq; cœlo, qui concretione ſua tenui deferatur. Plin.
lib. 18. cap. 29. Neq; in nube, neq; in flatu, cadere rores ait.
Et lib. 2. cap. 60. rores neq; gelu, neq; ardoribus,
neq; ventis, nec niſi ſerena nocte
exiſtere.

### *Pluuiæ futuræ præſagia.* CAP. XVI.

VErgiliarum occaſus, ſi nubilus ſit, pluuioſam hyemem denuntiat: ſi ſerenus contra, Plinius lib.18. capit.25. Purus oriens atq; non feruens, ſerenum diem nuntiat: at hybernam pallidus grandinem. Sic & occidens pridie ſerenus & oritur, tanto certior fides ſerenitatis. Concauus oriens pluuias prædicit &c. quæ iocundiſſime proſequitur Plinius lib.18. cap.35. Sunt & alia quæ Mizaldus in ephemeridibus aeris abſolutè recenſet, quæ nunc ſuppillabo.

### *De Manna.* CAP. XVII.

GEnus quoddam roris manna dicitur, à quibuſdam mel roris, & mel aereum. hæc dicitur in India naſci, & lapidibus atq; plantis adhærere, eorumq; naturam imbibere quibus inhæreat. Manna ad ſimilitudinem eſcæ, qua Deus pauit populum per 40. annos in deſerto dicitur Græcis & Latinis Manna triplex. Primò manna Græcorum, puluerem ſignificat vel micas thuris apud Dioſcor. lib.1. cap.84. apud Galen.13. methodi medendi, eaq; in omnibus adſtringentibus medicamentis vtitur Paulus Aetius, & Oribaſius, Trallianus, Hippocrates. Secundò, Arabum manna, ros melleus erat cōdenſatus, ſuper arbores, vt dixi, inuentus, qua delicatiorum & diuitum ventres molliunt, de qua Galen. lib.3. facul. alimen. lib.1. cap.12. Mela in Indiæ deſcriptione, Crinitus lib.25. de honeſt. diſcipl. cap.7. Tertiò, manna illo patrum in deſerto data: eratq; man quaſi ſemen coriandri, Exod.16. numer. 11. Deuter.8. Pſal.77. Faciunt Hebræis mannæ nomē ſacræ literæ neutri generis, Latini fœminini.

### *De Niue & pruina.* CAP. XVIII.

CVm vapor extollitur in paulò frigidiorem aeris partem, quàm ea ſit vbi condenſatur in pluuiam, dumque vapor ille quoddam magis aereum & pingue continet, induratus in niuem deſcendit hyeme, non æſtate, in qua calet infima regio aeris: Sic accidit, in vallibus interdū pluere, in montibus ningere. Ariſtot. lib. de mundo, Nix, inquit, oritur per niuium coactarum percuſſionem quæ quidem à mutatione in aquam facta, eliduntur: ſpumoſam albamq; niuis naturam eliſus facit: gelatum autem incluſi humoris qui nondum effluxerit, aut raruerit, frigus inducit: eadem nix, ſi vehemens & conferta decidat, niphetos dicitur. Accedit Plin. lib.17. cap.2. dum ait, vtile



eſſe arboribus frugibusq; niues diutius ſedere, quòd animam terræ exhalatione euaneſcentem includant, comprimant retroq; agant in vires frugum ac radices: & liquorum ſenſim præbeant purum præterea, leuiſſimumque, quando nix cœleſtium aquarum anima ſit: tellusq; illo humore fermenteſcit & effœta fiat. Et Ariſt. meteor. lib.1. cap.11. Niuem & pruinam idem eſſe. verùm diſtingui multitudine ait: cùm nubes gelaſcit, nix eſt: cum vapor, pruina. Pruina namque, vt idem ait eodem lib. cap.10. toties conficitur, quoties vapor ante gelatur, quàm denuo in aquam coeat. Et lib. de mundo, pruina ros concretus: & rori pruina ros dimidia parte congelatus. Plin. lib.2. cap.59. ait, Grandinem conglaciato imbre gigni, & niuem eodem humore mollius coacto, pruinam autem ex rore gelido, per hyemes niues cadere, non grandines.

### *De Grandine.* CAP. XIX.

GRandinum ortus vere potiſſimum & autumno conſtat, mox temporibus prouentuum fructus, rarius hyeme & cùm minus frigoris inceſſit. Ariſtot. lib.1. meteor. cap.12. abundè de grandine diſputat eam eſſe gelu, & locis clementioribus gigni, vt in frigidioribus niues, & per antiperiſtaſim cōgelari cum calore aeris, dum euehitur vapor in altum aerem: non tamen ibi conglaciari, ſed cogi in aquam, at decidentes guttas per calidum aeris locum, ita per antiperiſtaſim à circunſtante calido aere, congelari & infrigidari ſubitò, non ſecus ac æſtate frigidiores ſunt foueæ & ſpecus terræ, & per eandem antiperiſtaſim hyeme calidiores: improbatq; Anaxagoræ ſententiam, qui arbitrabatur grandinem condenſari, cùm frigidum aerem nubes ſubierit. Seneca quoque lib.4. natural. quæſt. reiecta ſententia Anaxagoræ ſequitur Ariſtot. & grandinem ſuſpenſam glaciem dixit non procul à terra: ſicut nix in pruina pendens congelatio, & inibi plura de rotundatione grandinis & tepore: refertq; χαλαζοφύλακας, id eſt grandinum Inſpectores, quoſdam olim inepte conſtitutos, qui obſeruarent venientes grādines ex colore nubium vt tunc monitus quilibet pro agro ſuo agnum ſacrificarent pro depellendis illis. Sicut & carminibus credebant auerti poſſe quæ extarent, teſte Plin. lib.17. cap. fin. & lib.28. cap.2. & lib. 37. cap.9. item connudata muliere menſtruata lib.28. cap.7.

## *De exhalationibus fumidis ſeu ſiccis.* CAP. XX.

EXhalationum ſiccarũ tres ſpecies: prima admodum oleaginoſa, calida ſic ſatis & ſicca, in infima aeris regione tentoria ſua figens, quæ latitat per hyemis & autumni finem, poſteà exeritur vi ignis & crepitu interdum, & ſono per anguſtos meatus inceditur: hinc apparent & fiunt imagines, ſpectra ignea, pro materiæ qualitate & quantitate, modulo, connexione, loco, motu. Feruntur ſignũ ſerenitatis aereæ futuræ eſſe, dum conſumantur illis ignibus exhalationes: proinde bono ſunt inter tempeſtates animo nautæ, & proximè ſedãdas iri augurantur, cùm gemelli ignes videntur circa naues ſaltantes, quos vocant Pollucem & Caſtorem: non ita tamen ſperant, ſi vnicum tantum ignem conſpiciant malo hærentẽ quem vocant Helenam: nempe quòd tunc nota ſit non poſſe celeriter conſumi exhalationes illas, quibus tempeſtatum animatur ſæuitia, ſed durabiliores futuras. Meminit Plin. de his ignibus lib. 2. c. 37. veruntamen rationem non adfert, qualem iam exhibuimus, ſed illam inter abdita & abſtruſa naturæ miracula reponit conſeruatam. Narrat tamen & ex capitibus militum & lanceis, ignes prodire, ſe talia in caſtris vidiſſe, vt narrat etiam Virgilius ex capite Aſcanij ignem emicuiſſe. Et Dion. Caſſius lib. 48. ex capitẽ Saluidieni poſteà ſenatoris & conſulis flammam cùm gregem paſceret vir ignobilis & obſcurus. Quæ omnia prodigij inſtar ſunt cauſam ignorantibus, quæ tamen naturalis eſt: id enim procedit ex continua fumida exhalatione, quæ in caſtris vel nauibus à militibus & hominibus eleuantur, quæ inceditur impreſſione facta in aere, vt explicat latius P. Caſtrabolus in 1. meteoron. & P. de Medimna lib. 2. de arte nauigandi, cap. 8. hinc cauſa quoq; cur appareãt ignes ambulones, quos vocant fatuos, potiſſimum circa cadaueroſa, patibula, cæmiteria, coquinas, ædes ſacras, vbi ſepulturę, & alia loca vliginoſa ac viſcida, in quibus fæculentus, putris, igneus, craſſus, & oleagineus tranſpirat halitus, qui facilè igneſcit. Mizaldus lib. 1. cometog. cap. 4. Apparent autem noctu potiſſimum, quòd exhalatio ſit calida & ſicca, aer autem ſit frigidus & craſſus, quæ duo tantiſper occurrunt & ventilantur, donec ab agitatione flamma excitetur.

De



## *De ignibus in aere apparentibus, & de Tonitruo.* CAP. XII.

SEcunda ſpecies exhalationis, calida & ſicca ſupra aliam eſt, & ad ſecundam vſque aeris regionem aſcendit, non autem prætergreditur in qua collectis viribus: congeminata agitatione accenditur, & meteoron gignit, quod à recentioribus dicitur ſubdeſcendens: deijcitur namque à frigidiore & humidiore aere, & cogitur deſcendere: hinc creantur vagæ ſtellæ, ſtipulæ ardentes, ſi materia habeat longitudinem & latitudinem: flammæ quoque ſi maiorem longitudinem habeant quæ deſpuunt terris ſcintillas, capras ſallientes, dracones volantes, circumſtantibus duobus nubibus, & cætera id genus, de quibus Ariſtot. lib. 1. meteor. cap. 4. & Baſilius Magnus in Pſal. 28. Hinc etiam tonitrua, nempe ex calida & ſicca exhalatione, quæ ſurſum rapitur calore ſolis vſque ad mediam regionem aeris, ibiq; impingit & incurrit in nubem humidam, vel vnà eleuata eſt cum vapore humido, vt ait Ariſtot. 2. meteor. cap. 9. à quo compreſſa & circundata erumpit tandem: erumpit autem nonnunquam, interea dum accenditur in nube, quod accidit, quando vtraque eſt rara, nempe nubes, & exhalatio: nonnunquam poſtquam incenſa fuerit, & tunc impellit quidem nubem faciens ſonitum, ſed extinguitur antequam egreſſa eſt: aliquando ante inflammationem erumpit, & fit dum acuta eſt & penetrat nubem priuſquam ita coacta & agitata fuerit à nube vt accendi potuerit, & egreſſa nubem accenditur, & magnos ventos concitat: interdum ex nube egreditur inflammatus ignis, & in aliam nubem aquoſam deuectus, ibi extinguitur, & murmur fit, quale ſi ferrum ignitum in aquam inijcias. Sicque tonitru eſt ignis extinctio. Plura Ariſtot. libro 2. meteor. capitulo 9. Plinius autem libro 2. capit. 43. ait, ſi in nube luctetur flatus aut vapor, tonitrua edi, ſi erumpat ardens, fulmina: ſi longiore tractu nitatur, fulgetra; his findi nubem, illis perrumpi, & eſſe tonitrua impactorum ignium plagas, ideoque protinus coruſcare igneas nubium rimas. Poſſe & repulſu ſyderum, depreſſum, qui à terra meauerit, ſpiritum nube cohibitum tonare, natura ſtrangulante ſonitum, dum rixetur edito fragore, cum erumpat, vt in membrana ſpiritu intenta. Poſſe & attritu, dum in præceps feratur, illum quiſquis eſt, ſpiritum accendi. Poſſe & conflictu nubium elidi, vt duorum la-

pidum, ſcintillantibus fulgetris, Ariſtot. lib. de mundo, & Senec. in 2. natural. quæſt. Tonitrum dicunt ſpiritum nubibus incidentem, qui cum per obſtantia luctatur, ignem fuga accendit. Idem & Galen. lib 4. commentar. lib. Hippocrat. de morb. vulgar. Anaximander à flatu fieri dixit, & ex ruptione craſſæ nubis: ſonitum ex diſtractione: confulgentiam propter nigricantiam nubis. Idem Metrodorus. Stoici nubium colliſionem tonitru dicunt. Fulgur acceſſionem ex earum attritu: fulmē vegetiorem effulgentiam, vt turbinem languidorum, Plutarcho teſte lib. 3. de plac. philoſ. cap. 3.

## *De Fulgure & fulmine.* CAP. XXII.

FVlgur imbecillior quidam ignis: nubes enim mediocriter colliſæ, fulgurationem faciunt: ſi maiore impetu, fulmina: Senec. lib. 1. natural. quæſtio. Atq; lib. 2. tradit, fulgurationem eſſe fulmen nō vſq; ad terram perlatum: idipſum & ſentit Ariſtot. lib. de mundo. In magno fulmine, generatur lapis ex exhalatione valde terreſtri & denſa, quæ cùm inuehitur in nubem humidam, eiuſmodi maſſam & mixturam facit, non ſecus quàm cùm farinæ aqua miſcetur, quæ deinde maſſa poſteà celeriter decoquitur induraturq; in lapidem, vt argilla in laterem, de quibus deq; fulmine Ecnephiæ & Typhone Ariſt. 3. Meteor. cap. 1. & ſequent. Pontanus in Meteoris, Seneca in quæſtion. natural. Albertus magnus & alij, Plinius lib. 2. cap. 49. & 50. Videtur autem potius ſulgur, quàm audiatur tonitru, quanquam prius fiat tonitru quàm fulgur, quia, vt inquit Albert. Magn. in obiectis viſus potior auditu: tradit & Plin. lib. 2. cap. 54. ictumq; & ſonitum congruere, ita modulante natura: ſed ſonitum profecti eſſe fulminis, non illati: etiamnum ſpiritum ocyorem fulmine, ideo quanti prius omne & afflari, quam percuti: nec quenquam tangi qui prior viderit fulmē, aut tonitru audierit. Suidas in verbo κεραυνὸς. Fulmen, inquit, eſt ardor vehemens magno impetu cadens in terram, nubibus inter ſe attritis aut ruptis: vel vortex igniti aeris, violenter delatus. Cæterum fulmen non occidit, ſed adurit. At fulmina quædam ſunt καταιβάται dicta, à deſcendendo: quædam ψολόεντες ardentia, quæ tactu perdunt: quædam ἀργῆτες candida raptim erumpentia. Fulminum quoque differentias alias tradit Plin. lib. 2. c. 51.

De



## *De Præſagijs & effectibus Tonitrui & Fulgurationis.* CAP. XXIII.

TEmpeſtatum origo, nihil aliud eſt quàm ſpirituum apparentia: & præcedens fulgur aut coruſcatio, præſentia eorum eſt, à qua quidem cognoſci poteſt vtrū illæ tempeſtates cùm vel ſine periculo tranſituræ ſint. Idque ad hunc modum intelligendum, videlicet vt peregrinus aliquis in domum alterius non intrat, niſi loquatur: ſic ſpiritus illi nobis non apparent, niſi prius loquantur, quippè tonitru loquela eſt eorum, quæ mox ſequuntur: ideo poſt vnumquodque fulgetrum nec boni quicquam præſagit, eò quòd celerius tranſit & fugit: idem & in fulgure. Theophraſt. Paracelſ. lib. de Occulta Philoſop. c. 10. proinde Ceada Meruorum in Britannia ſeu Anglia Epiſcopus, cùm tónitrua, coruſcationes aerem & terram terrerent, ſolicitus erat valde de ira Dei orationibus placanda, teſte Beda in 4. lib. hiſtor. Anglor. c. 3. Qui cùm interrogaretur, cur id perſuaſum haberet, reſpondebat, non legiſtis, quia intonuit de cœlo Dominus, & altiſſimus dedit vocem ſuam: miſit ſagittas ſuas & diſſipauit eos: fulgura multiplicauit & conturbauit eos? Pſal. 17. Minatur tunc dominus, ſed pœnitentiæ tempus dat, cùm non percutit. Extendit Moſes virgam in cœlum, & dedit Dominus tonitrua, grādinem ac diſcurrentia fulmina ſuper terra Aegypto, excepto loco Geſſen, vbi erant filij Iſrael quo impulſus pertinax Pharao confeſſus eſt ſe peccaſſe, dominum iuſtum, ſe autem & populum ſuum impios, Exod. 9. Pſal. 104. Explicat autem Dauid Pſal. 77. immiſſiones has procellarum, Deum feciſſe per angelos malos, veluti iuſtitiæ ſuæ adminiſtros implacabiles. Nam & ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum faciunt verbum eius Pſal. 148. & Deuteron. c. 32. ſi acuero vt fulgur gladium meum & arripuerit iudicium manus mea reddam vltionem inimicis meis, &c. & Exod. c. 19. lex data eſt in monte, cum tonitruo & fulgure diſcurrente. Et Apocal. c. 4. fulgura procedebāt de throno Dei. Sic etiam & pro nutu, fulgura, & procellas, & tonitrua diſſipat, & in pluuiam voluntariam & fertilem conuertit, Pſal. 106. & 134. Ierem. 10. & 51. Ezech. 13. Marc. 4. & Luc. 8. Refert Iulius Capitolinus in Galieno, tonitruum auditum ſub Galieno Cæſare, terra mugiente, non Ioue, id eſt, aere tonante, quo motu multæ fabricæ deuoratæ ſunt cum habitatoribus, multi terrore mortui, quod quidem malum tri-

ſtius Aſiæ ciuitatibus fuit. Mota Roma & Libya, & hiatus terræ pluribus in locis fuerunt, mareq́; multas vrbes occupauit. Apud Xenophontem, lib. 4. de dict. Socrat. Socrates inter inuiſibiles Dei miniſtros, cōnumerat fulmina & ventos, vt non mirum ſit quod Ammian. Marcellin. tradat lib. 17. quod in Thagetis Thuſci libris legitur, Veiouis fulmine mox tangendos adeò hebetari, vt nec tonitruum, nec maiores poſſint audire fragores. Scribit quoq́; Plin. lib. 2. cap. 52. Thuſcorum literis cautum, Deos mittere fulmina, & cap. 53. extare annalium memoriam, ſacris & precationibus quibuſdam vel cogi fulmina, vel impetrari: hocque factitatum à Volſcis, à Numa ſæpius quodque imitatum parum ritè Tullum Hoſtilium fulmine ictum periiſſe, vt ideò coniectare liceat crediſſe eos à numine, qui placari & precibus poſſet, immitti.

## *De Cometis.* CAP. XXIV.

TErtia halituum fumoſorum ſpecies ſicca exactè eſt, & leuis admodum, nonnihilq́; oleaginoſa hæc à ſolis & ſtellarum radijs, ſicut longis manibus ac quodam ductorio fune tam celeriter rapitur, ac penetrat aeris frigidam regionem via tritiſſima, donec peruenerit ad ſupremam, vbi facilè incenditur, longè lateq́; pro modo, qualitate, & quantitate congeſtorum, micatque & luceſcit. Nam & flamma Ariſtot. lib. 1. Meteor. nihil aliud eſt quàm ſicci ſpiritus ardor: hinc phaſmata & cometę, chaſmata cœli, faces, lampades, trabes, bolides, coronæ, clypei ardentes, diſcurſus ſtellarum, & alia oſtenta cœli, de quibus Plin. lib. 2. c. 26. 27. 28. 29. 34. 35. 36. Vitus Amerbachius cap. 35. in Meteor. Iouian. Pontan. Mizal. 1. cometogra. c. 6. Seneca copioſè lib. 7. Natur. quæſt. Plut. lib. 3. de placitis Philoſoph. c. 2. Aequaliter accenſa impreſſio, cometa propriè: ſi extenſa in longum, pogonia. Et quia illa materia cometarum non aſcendit ſponte vel vi propria, ſed attracta ab aliqua ſtella, idcirco neceſſe eſt vt alicui ſtellæ ſubijciatur: proinde & cometæ mutant calorem, earumque ſtellarum à quibus pertrahuntur, ſubeunt, variaque nomina, prout notat & explicat Ariſtot. lib. 1. Meteor. c. 6. Quamobrem & ſortiuntur quoque vires & prærogatiuas earum ſtellarum, ſub quibus ardent, vt apertè Manil. lib. 1. Aſtronom. Iouian. Pontan. in Meteoris. Et a ſumma ſigna ſunt æſtus, vredinis, quia multitudo aſpirationem calidarum ſurſum ſeriatim aſcēdit: vbi conſumitur aerq́; repletur, humiditas depellitur, fontes exhauriuntur, terra multis exhalationibus ſurſum miſſis exſurgitur, vnde infœcunda nec imbribus commodis irrigua, quare & infœcunda euadit: hinc penuria, peſtis nuntia, morbi acuti venenati. Humores enim cùm ſanguine aduruntur ex circumiacente aere torrido, qui per venas & poros in corpora labitur, temperaturam exſiccat, bilem incendit, nec eo anno ſolùm, ſed & per annum ſequentem, hinc bella quoq́;, quia bilis incandeſcit, & principum, qui delicationis temperamenti ſunt interitus, ſi elongetur cometa à Sole 11. ſignis: tunc enim dicunt prænunciari regis cuiuſdam vel magni interitum in regno eo, in cuius cardine affulſerit, Ptolom. aphoriſ. 100. Ludouicus de regijs in aſtrologicis aphoriſ. 137. & 98. Et eò magis ſi moueatur cometa ab vno ſigno in aliud, vel ſi plures appareant eo anno, & eo amplius ſi aliquem regiæ natiuitatis locum teneant, vt latè de his omnibus Mizal. 2. cometogra. cap. 2. 3. 4. In quibus & obſeruare vnà iubet horam, qua apparere crinita incipit, locum, ſignum, ſtellam, atque eleuandam cum his cœli conſtitutionem & domos, &c. quę pulchra cognitu ſunt apud eundem Mizaldum, lib. 2. cap. 7. Mutationes quoque præſagitas Reipub. per cometas notat Plin. lib. 2. c. 25. ante diſſidium triumuiratus Octauij, M. Antonij & Lepidi cometam viſum, & crinitam ſtellam, & faces multas in cœlo, notat Dion Caſſius lib. 45. hiſtor. Et Cic. 2. de Natura Deorum. Sibylla quoque lib. 8. oraculorum poſtquam deſcripſit futura ſub finem ſeculi mala hominibus præuentura, addit ſigna illorum, nempe ſtellas caſuras in mare: & poſtea,

*πολλὰ μὲν ἑξῆς ἄστρα καὶ ἀκτινόεντα κομήτην*
*ἄνθρωποι καλέουσι τὸν ἀστέρα, πῆμα* (alias *σῆμα*) *πόνοιο*
*πολλοῦ ἐρχομένου πολέμου, καὶ δηιότητος.* id eſt:

Sydera multa deinceps & radiantem videbunt cometam quem vocant homines ſignum laboris, magnique venturi belli, & vaſtationis, & Lucan. in 1.

*Ignota obſcuræ viderunt ſydera noctes,*
*Ardentemq́; polum flammis, cœloq́; volantes*
*Obliquas per inane faces, crinemq́; timendi*
*Syderis, & terris minitantem regna cometem.*

Extat opuſculum in quo digeruntur apparitiones cometarum & effectus poſt cometographiam Mizaldi, excerptum à Paulo Ebero Kitingenſi. Obſeruant autem caudam pro indicio regionis, in quam dirigitur, vbi effectus expectetur. Eſt & inundationis quoq́; cometes ſignum, & ingentium pluuiarum: dum halituoſus illi multus ſpi-

ritus diu tractus in cometæ corpus, condenſatur in pluuiam, ſecundum ſigna cum quibus habet affinitatem, extincto cometa, ſed de his hactenus.

## De Ventis. CAP. XXV.

QVanquam aer proprio motu moueatur, vt mare, ab oriente in occidentalem partem, & reflectatur, vt æſtus ipſe maris, alioquin enim computreſceret: & quamuis nunquam fit ſine leui aura, tamen aliundè commoueri validius poteſt. Itaq; cognoſcenda alia eſt ſpecies terreſtris exhalationis, ſicca & calida, non tamen oleaginoſa, nec incenſui peruia, vnde fiant venti. Nam ea ſubtilitate ſua, aſcendit vſq; ad vltimam nobis proximiorem aeris regionem donec veniat ad mediam, vbi infrigidatur exterius, & denſatur & demittitur, ideoque & flat, vt ait Algazel & Ariſtot. de mundo. & 2. Meteor. cap. 4. & fin. Placuit tamen Stoicis teſte Cicer. 2. de diuinat. & pro Cluen. & Plutarc. lib. 5. de placitis Philoſoph. c. 7. ventos eſſe anhelitus terræ, qui frigidi ſunt, cum fluere cœperint. Aliqui tamen, vt refert Ariſtot. 1. Meteor. cap. 13. putarunt aerem motu percitum ac fluentem, eſſe vētum: eundemque concretum & coactum, nubem & aquam haberi, vt eiuſdem naturæ participes ſint aqua & flatus. Sitq; ipſe ventus agitatio aeris & motus: quod etiam ſentit D. Auguſt. lib. de quantitate animæ. Atque id probant à motu facto per flabellum, quo ſentitur vētus, ſeu flatus. verum & aerem quoque ab ijs ſpirationibus agitari non eſt dubium, dum trahuntur vel commouentur vi cœleſti. Sicq; Vitruuius lib. 1. c. 6. ſcribit: Ventus, inquit, eſt aeris fluens vnda, cum incerta motus redundātia. Naſcitur enim cùm feruor offendit humorem, & impetus feruoris exprimit vim ſpiritus flantis. Id autem verum eſſe ex æolopylis licet perſpicere: fiunt enim æolopylæ æreæ, cauæ: hæ habens punctum (ſeu os) anguſtiſſimum, quo aquæ infunduntur, collocanturque ad ignem, & antequam caleſcāt non habent vllum ſpiritum, ſimul autem ac feruere cœperint, efficiunt ad ignem vehementem flatum. Et in aerem ſurſum halitus eleuatus frigore repellitur, & ſic mutuo concurſu in aere fiunt flatus. Porrò quantumuis calida ſit prima exhalatio, tamen ab ambiente aere qui frigidus eſt, refrigeratur plus aut minus: plus, quò plus halitus à terra extollitur: minus, ſi repat, adhibita temporis anni ratione: vt hyeme frigidiores, eò quòd talis aer Ariſtot. problem. ſect. 26. quæſt. 50. & plura ad hanc rem in ſequentibus qq. 51. 52. 53. & alijs. Sunt & planetæ mouentes exhalationes, qui quodammodo illis ventis impartiuntur vim. Sic Iupiter mouet ſeptētrionales flatus: Sol, orientales: Mars, meridionales: Luna, occidentales. Sic de ſignis referunt, vt Aries, Leo, Sagittarius, quæ orientalia ſunt, moueant orientales: Taurus, Virgo, Capricornus meridionalia, meridionales: Gemini, Libra, Aquarius, occidentalia, occidentales: Cancer, Scorpius, & Piſces, ſeptētrionalia, ſeptētrion. Atq; & Ptolom. lib. 1. quadripart. oper. cap. 4. tradit ventorum, qui res oriri faciunt, planetam, Iouem, & vētorum generatorem Mercurium: non autem ſequimur Lucret. qui 1. de rer. natur. ſic ſcribit,

*Sunt igitur venti nimirum corpora cæca*
*Quæ mare, quæ terras, quæ deniq; nubila Cœli*
*Vertunt, ac ſubitò vexantia turbine raptant.*

Plin vtranq; priorum ſententiam probat, lib. 2. cap. 43. Simili modo, inquit, ventos vel potius flatus poſſet ex arido, ſiccoq; halitu terræ gigni, non negauerim poſſe & fieri aquis aera ſpirantibus, qui neque in nebulam denſetur, neque craſſeſcat in nubes: poſſe & ſolis impulſu agi: quoniam ventus non aliter intelligatur, quam fluctus aeris: pluribusq; etiam modis. Namque & è fluminibus ac niuibus, & è mari videmus & quidem tranquillo, & alios quos vocant altanos è terra conſurgere, qui quidem cùm è mari redeunt Tropei vocantur: ſi pergunt apogæi: & cap. 41. eiuſdem 2. ſine fine generant ventos iam quidā etiam ſpecus, qualis in Dalmatia ora, cui loco nomē Senta: in rupe Cyrenaica: & cap. 38. aerem, ventorum regnum eſſe tradit, vſque tamen 40. ſtadia altitudinis à terra, nam altius conſcendere idem ſcribit cap. 2. 3. lib. eiuſdem 2. Notat etiam Senec. lib. 5. natur. quæſt. terrarum & aquarum euaporationes eſſe cauſam ventorum.

## De Ventorum ſectione. CAP. XXVI.

VEntus omnis circulariter & in orbem circum terram vertitur, non autem recta à terra ſurſum, vel à ſuperiore parte deorſum, vt ait Albert. Magn. lib. vento. ca. 12. impellitur autem eam in partem à qua trahitur: vel ſi retro frigus habeat reluctans & reijciens nunc maiori, nunc minori impetu, pro modulo materiæ, quæ è terra interdum multa, aliquando exigua & diuerſo tenore ſpirat vel calidior eſt. Interdum tamen concurrentibus ex diuerſa & oppoſita parte ventis, ventus in turbinem agitur, dum in oppoſitione luctatur, & à fortiore regredi cogitur,

cogitur, quod valde periculoſum nautis: circa quoque montes ventus reflectitur, & repercutitur, & dum concurrit cum alio, & maris vndę vario marte conflictantur, vndæque concutiuntur, extolluntur, & dum dimittunt ſeſe, naufragium parant. Facilis autem ventorum concurſus præuiſio, ſi contra viam venti propè terram flantis viderimus in altiori aere nubes deferri, vel deijci: tunc enim eum qui ſurſum dominatur, breui cum humiliori in terra concurſurum ei, qui imperaturum deſignatur. Si quidem ex 32. regionibus orbis, poſſunt concurrere venti: totidem enim ponuntur à nautis, quia in totidem partes orbis terræ diuiditur. Scio tamen Homerum tantùm poſuiſſe quatuor, alios octo, alios plures, verùm annotatum eſt ab ijs, quibꝰ maximè vſui ſunt, 32. nempe à nautis, quorum adferam typum, quæ pyxidi & chartæ nauigationis inſerunt, ſumptum ex prima parte Geographiæ P. Appiani, cap. 15. & ex 3. lib. Artis nauigatoriæ P. de Medimna, capite 5. Et hæc eſt figura ventorum eorum, qui hodie certa obſeruatione cogniti ſunt. Si quis autem antiquorum velit videre de ventis diuiſiones & ſententias, legat Plinium lib. 2. cap. 47. 48. 49. Vitruuium lib. 1. Architecturæ, cap. 6. Gellium libro 2. cap. 22. Senecam lib. 5 qu. nat. Ariſtotelem lib. 2. cap. 4. & 6. Vegetium de Re militari 4. cap. 38. Hieron. Cardanum libro 2. Contradict. medic. tract. 1. contradict. 16. Stophler. de Fabrica Aſtrol. propoſ. 10. & de vſu aſtrolabij, propoſ. 44. Mizaldum in libro Speculi aeris.

*Hîc debet inſeri Ventorum typus.*

## *Orientalium Ventorum quædam obſeruationes.* CAP. XXVII.

Subſolanus ſiccus, citra æquinoctium autumni flans, & ab ea parte vnde in æquinoctio Sol oritur ſine damno, vt ſolaribus radijs defæcatus. Vulturnus, vt vultur impetu delatus, ſeu Eurus congerit nubes, & in auſtrum ſæpe conuertitur, principio ſiccus finiens in humido. Helleſpontus, aut cæcias, ad ſe nubes trahit, humidus: ſani omnes, dicuntur calidi & ſicci. Veniunt quidem in poſtremo noctis & principio diei, ab aere qui iam temperatus eſt propter Solem. At in fine diei & noctis & principio, erunt & humidiores, & craſſiores.

Occidenta-



## *Occidentalium obſeruationes.* CAP. XXIIX.

Zephirus niues liquefacit circa æquinoctium veris flans, quo tempore redeunt ad nos hirundines: vnde & Fauonius Lypſ. ſeu Africus, tempeſtatum autor: ſed magis Caurus ſeu argeſtis, qui ſiccus initio, humidus dum deſinit: omnes ſaniores, dum occidit Sol, ab eius radijs purgati. Frigidi & humidi, verùm in fine noctis & principio diei venient ab aere à Sole nondum calefacto, quamobrem & craſſiores & ſpiſſiores erunt. At in fine diei & principio noctis minus ſpiſſi, & craſſi minus.

## *Meridionalium obſeruatio.* CAP: XXIX.

Auſter, peſtilens & impetus validi, vt & reliqui meridionales, eò quòd per mare à meridionali calore transferantur, à quo ſuggunt tranſeundo vapores quàm plures: & proinde, vt plerunque pluuias effundũt vberiores: inde tempeſtates & procellæ, ſi diutiùs perſeueret auſter: hic robuſtior oriente & occidente Sole, meridie quietior, ſaltem in æſtate. calidi & humidi omnes, debilitant corpora, opplent cerebrum, viſum obtenebrant, mouent longiori tractu humores, catarrhos: humores quippe agitant, & ad exteriora propellunt, ſubducunt aluum, vel molliunt, deijciunt appetitum, dum poros cutis aperiunt, & naturalem calorem difflant febres, putridas generant.

## *Septentrionalium obſeruationes.* CAP. XXX.

Venti hi frigidi & ſicci, vt plerunq; prænuntij niuium, grandinis, aut gelu. Horum Boreas ſeu arctos præcipuus, congelat, grandinoſus & ſalubris. Aquilo ningit & Circius. Hi contrahendo autem retinent calorem naturalem in animalibus, augentque ſuperfluorum conſumptionem & robur. Boreas noctu ortus, non viuit vltra tertiam diem, noctu debilior, interdiu fortior. Si ſequitur meridionalem ventum, fit præparatio tempeſtatibus: ſi diutiùs ſæuiant ſeptentrionales venti, gignũt tuſſes, dyſurias, tremores, dolores laterum & pectoris, &c. conſtringunt. Cætera vide apud Plinium lib. 2. cap. 47. In ſumma, vrinam prouocant, corroborant, indurant, prohibent, poros claudunt, concoctionem augent, ventres ſtringunt, aerem peſtilentem ſanant. Et præter hæc ab his

ſæpius

ſæpius cauſantur neruorũ dolores, horripilationes, tuſſes, coſtarũ ægritudines, pleuris, peripneumonia. Quod ſi præceſſerit auſter, fient ſanguinis profluuia, pectoris ægritudines, tuſſis, pleuritis, peripneumonia quoque.

## *Ventis communia.* CAP. XXXI.

COmmunes ventis, vt poſſint generari exhalationes calida, & non ſolùm à terra, ſed à fluminibus, mari, niue: fumi namque & inde. Quidam à materia aſſini pluuiæ, & illi in pluuiam conuertuntur. Orti quidam ex materia illi contraria, vnde aerem ſerenant. Omnes ferè circa terram non alta regione aeris vagantur. In magno æſtu, diſſipante Sole vapores, nec magno frigore concluſis ſpirationibus ſub terram: vix venti. Exigua pluuia impetum magnum venti conſumit: & contrà, exiguus ventus magnam pluuiam pellit: contraria namque ſubſtantia fiunt, & tunc contrarium incipit dominari, atque aqua lenis obturat canales terræ ſpirantes, etſi aliquando modica pluuia ſuggerat terræ ſiccæ fumorum ingentem materiam. Aſcendente Sole ſupra horizontem, inflantur magis venti: at oriente, diſſipantur radijs: qui non diſſipentur, tunc durabiliores erunt, veluti materia exiſtente contumaciore. Mutantur venti pro diuerſitate materiæ ſuccedẽtis, & ratione originis, venti flantes per quartum diem coniunctionis Lunæ & Solis, ſolent perſeuerare per totam lunationem. Conſopiuntur venti, plerunque, aut media nocte ob frigus eius, aut meridie quia diſſipantur calore. Venti ab ea parte maximè expectandi, qua nubes repelluntur, diſcuſſæ adaperuere cælum. Hæc ferè Plin. lib. 2. cap. 47. vbi & illud mirabile addit, Omnium, inquit, ſi libeat obſeruare minimos ambitus, redire per eaſdem vices quadriennio exacto. Eudoxus putat, nõ ventorum modò, verùm & reliquarum tempeſtatum magna ex parte, & eſt principium luſtri eius ſemper intercalari anno, caniculæ ortu.

## *De repentinis flatibus.* CAP. XXXII.

EXhalante terra coorti venti, rurſumq́; deiecti, obducta nubium cute, interdum vagi, ruentes torrentium modo fluunt, tonitrua & fulmina edunt, quòd latè ſiccam ruperint nubem: maiori pondere & incurſu procellam gignunt, quæ ecnephias Græcis: ſi ſine fulmine verticem reddunt, vocantq; typhonem, id eſt, vibratum ecnephias. Quòd ſi ſimul rupit exarſitque, fulmen eſt: latius quàm vt ignis, velut flamma dilatetur, preſter fit, & caligo nauigantibus belluæ ſimilis nube dira. Et columna, cùm ſpiſſatur humor, & ſe ſuſtinet, ac in modum fiſtulæ aquam trahit, de quibus Plinius lib. 2. cap. 48. & 49. Ariſtoteles lib. 3. Meteor. cap. 1.



## *De Terræ motu.* CAP. XXXIII.

TRes de terræ motu ſententias, variasq́; refert Ariſtoteles 2. Meteor. cap. 7. aliorum & aliæ, quas recenſet Seneca libro 6. Natural. quæſt. Eſt & illa aliquorum, ſed parum recepta, terram verti circa ignem, de qua Plutarchus lib. 3. de Placit. Philoſoph. cap 15. Et Cleomedes in 1. Circul. inſpect. Nos in ſumma, dicemus terræ motum fieri à ventis, ſeu vaporibus ſiccis intra terram incluſis, & calore Solis calefactis, atque impulſis, quibus quatitur & mouetur, dum exitum quærunt. Quod confirmat per decem ſigna Ariſtoteles lib. 2. Meteororum, capite 8. accidit autem potiùs vere & autumno, quàm hyeme & æſtate, vnde, inquit Plinius libro 2. cap. 80. Galliæ & Aegyptus minimè quatiuntur, quoniam hic æſtatis cauſa obſtat, illic hyemis. Fiunt & in Solis Lunæque defectu, quoniam tempeſtates tunc ſopiuntur, præcipuè cùm ſequitur imbrẽ æſtus, imbrésve æſtum. Et noctu potius quàm interdiu, & ſi interdiu, maximè meridie, quo magis tranquillus aer & Sol intus pellit vapores. Sic ventus in ſolo vel fundo maris, vel in ipſo mari incluſus, mare concutit, & fluctus extollit. Hic motus alius ab illo, quo terræ quædam ſunt innatantes aquis, vel inſulæ tremunt in ingreſſu, vel fluctuant, vel remis aut ventis impelluntur: ſicut in Gabienſi agro prope Romam, in agro Cecubo & Rheatino in lacu Vadimonis, in Calamina Lydiæ, in Nymphæo, in Tarquinenſi lacu, & alibi, teſte Plinio libro 2. capite 94. & 95. Nam motus terræ ſuccurrit intrinſecus, & mugit, quærens ſpiraculum, donec ſibi illum ruperit, antè ſopitis omnibus ventis in interioribus terræ contentis, intra venas & cauernas: nec aliud in terra tremor, quàm in nube tonitruum, vt ait Plinius libro 2. capite 79. & 80. Atque Ariſtoteles lib. 2. de Plantis, terræ motum in locis arenoſis non fieri tradit, eò quòd aer ibi ſenſum liberè egreditur: ſed in denſis ac duris, qualia ſunt aquatum loca & montium, quòd aqua ſit ſolida, & lapides quoque: aeris autem calidi natura ſit propria, aſcendere, cuius partes cùm coaluerint, inualuerintque, impellunt locum, vnde mox vapor violenter erumpit. Spongioſæ

&

& fungoſæ, & ſpecubus intra plenæ, & vt ſæpe, æſtu magno proc iſſæ & hiantes terræ, concipientes multum ſpiritum & ventum, poſteà ſubita pluuia, coopertæ & coniunctæ & induratæ, ſpiritu intra recepto agitantur, & proprio quod perpetuo edunt: vt fertur ab Ariſtotele libro 2. Meteor. cap. 8 accidere in Helleſponto, Achaia, Sicilia, Eubœa. Hinc hiatus terræ, proſtratio vrbium & oppidorum, depreſſio & deuoratio montium, ſed non vno modo: nam Ariſtoteles ſpecies terræ motuum nominat ſeptem libro de Mundo: Seneca in 6. Natur. quæſt. tres, & Plinius lib. 2. capite 82. Primæ ſpeciei ſunt terræ motus, dicti ἐπικλίνται, quando terræ concutiuntur mucronatis angulis, Seneca dixit nauigij more tunc terras natare. Secundæ βράσται, cùm ſurſum deorſùmve ad rectos angulos terra agitatur, vt feruens aqua, ſucceſſionem dixit Seneca. Tertiæ, χασματίαι, cùm recedit terra per contractionẽ. Quartæ, ῥῆκται, quando ruptione contrahitur. Quintæ, ὦσται, cùm tantùm propellitur terra. Sextæ, παλματίαι, cùm repercutitur & propellitur, vibrationem dixit Seneca. Septimę, μυκητίαι, quando vnà mugitus editur.

## *Motus terræ futuri prænuntia & effectus.*

## CAP. XXXIV.

SIgna terrę motus futuri ſunt, aut aſtronomica, aut naturalia: ex aſtrologia mali aſpectus errantium ſyderum Iouis & Martis, in aliquo ſignorum terreſtrium, Tauro, Virgine, Capricorno. Phyſica autem ſigna, ſubitò intumeſcens fluctu, ſine flatu, caligo Solis, magnum frigus, tranquillitas aeris, tenuis & in longum porrecta nubes, turbata aqua in puteis & fontibus cum odoris tædio, crepantia ædificia, & eorum quæ ponuntur in nauibus crepitus, ſedentes aues pauidæ, Plinius libro 2. capite 80. Poſt auſtros ventos, noxij præcipuè terræ motus, Plinius libro 2. capite 47. Seneca libro 6. Natural. quæſt. tradit, poſt magnos terrarum motus peſtilentiam fieri: multa enim mortifera in alto latent: & aer ipſe qui vel terrarum culpa & pigritia, & æterna nocte torpeſcit, grauis haurientibus eſt, vel corruptus æternorũ ignium vitio. Cùm eſt longo ſitu emiſſus, parum habet liquidum, quod maculat ac polluit, inſuetumque ducentibus ſpiritum adfert noua genera morborũ. Et aer corruptus dum emergit, latè vitia ſua ſpargit, &c. Nec ſimplex malum terræ motus eſt, nec in ipſo tantùm motu periculum eſt, ſed par aut maius futurorum oſtentum: nunquam enim

Roma



Roma tremuit, vt non futuri euentus alicuius id prænuntium eſſet, Plinius libro 2. capite 84. Gellius quoque refert libro 2. Noctium, capite 28. ita metu antiquos terræ motu perculſos, vt ferias eius rei gratia edicto imperarẽt, ſed Dei nomen cui ſeruari ferias oporteret dicere quieuiſſe: non enim illis cõſtare poterat, quis eſſet ille qui ita terras concuteret. Nec phyſicis rationibus adſcribebant, tantam terræ motus vim, interim tamen piaculo erat, ferias illas polluiſſe litationibus deſtinatas. Semper enim aliquod imminens maximum malum ex terræ motu experti ſunt, vtpotè Deo aliquid parante in excidium hominum peccatorum, & tamen præmonente. Lætatur enim Deus in operibus ſuis, qui reſpicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes & fumigant, Pſal. 103. & rurſum Pſalmo 75. Tu terribilis es, ô Deus, & quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua, de cœlo auditum feciſti iudicium tuum, terra tremuit & quieuit, cùm exurgeret in iudicium Deus. Vt non mirum ſit, ſi ob ſcelus Iudæorum, quod poſteà ſeuerè vindicatum eſt, terræ motus magnus factus fuerit, dum Dominus noſter IESVS Chriſtus in cruce pro ſalute humani generis expirauit, anno 18. Tyberij Cæſaris priuigni Auguſti, Matth. 27. quem terrę motum vniuerſalem p orbem fuiſſe reor, de quo & videtur loquutus Plinius libro 2. cap. 84. his verbis: Maximus terræ, memoria mortalium extitit motus, Tyberij Cæſaris principatu, duodecim vrbibus Aſiæ vna nocte proſtratis. Nicephorus autem adijcit & nominat quatuordecim, libro 1. de Eccleſ. hiſtoria, cap. 17. hincque non omnino alienum erit à vero dicere, aram tũc ab Athenienſibus Deo ignoto dicatam, de qua Actuum 17. Secundùm morem Ethnicorum, qui Deum tacebant in ferijs ob terræ motum indictis, vt ex Gellio annotauimus. Fuit & alius magnus ſub Theodoſio iuniore Cæſare, per totum orbem, qui per ſex menſes durauit: quo tempore experti ſunt Chriſtiani vim diuini numinis in quatiendo & temperando orbe. Siquidem Conſtantinopoli ſupplicationibus & letanijs vacatum à populo: accidit autem vt puer in aerem raperetur extra viſum, qui ibi audiuit Angelos cantantes, Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis miſerere nobis: iterumque in terram relapſus verborum memor, eadem docuit, à quo & hoc ipſum Proclus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, intellexit faciendum, quare iniunxit populo cantari, & ſtatim terræ motus conquieuit, & puer eorum verborum miniſterium exequutus, vita defunctus eſt, vt

V

idem Nicephorus Cal. refert libro 14. Hiſtorię Eccleſiaſticæ, capite 46. & libro 14. capite 51. Scribit quoque & libro 13. capite 3. Antiochię ſub Iuſtino Cæſare fuiſſe terræ motum magnum, qui vbique bonam ciuitatis partem diruit. Et poſt triginta menſes alium grauiorem ſub Euphemio Epiſcopo, quo tempore per oraculum diuinum religioſo cuidam viro reuelatum fuit, vt nomen Dei prę foribus ſcriberetur, ſic, Chriſtus nobiſcum. State. Quo facto, ſtatim terræ motus repulſus eſt, dictaq; ab eo tempore Antiochia Theopolis, hoc eſt, Dei ciuitas. Subijciam imperij diuini aliud exemplum, ex eodem Nicephoro libro 17. capite 13. Cùm terræ motus alius magnus ſub Iuſtiniano Cæſare eſſet, quo Berytus, Biblus, Tripolis, & aliæ vrbes cladem ingentem receperunt. Simeones quidam ſanctus ſolitariam vitam agens, vir præcognoſcens proximum, in ciuitatem venit, & loro ſtatuas aliquas tetigit, dicens, State vos, breui namque ſaltare debetis, obſeruatumque eas, quas non tetigiſſet, corruiſſe terræ motu, alias ſtetiſſe.

## *De alijs impreſſionibus aeris ad Solis Lunamq; relatis, corona, iride, parhelijs.*

## CAP. XXXV.

APparent interdum in aere coronæ, area, gemini interdum & terni Soles, virgæ: quorum omnium in genere cauſa eſſe poteſt, reflexio radiorum Solis, ac interdum Lunæ, itemq; aliorum ſyderum inſigniorum, rarius tamen: idque ratione caliginoſi aeris immixti vapori, vel exhalationi, vnde corpora illa efficiantur, non ſecus ac ſpecula colorem tantùm ſideris circa quod ſunt referentia. Si diſſipentur radij, nec multum denſa ſit nubes, ſed debilis, generatur in ea corona, quæ dicitur halon. Fitque halon ſeu circulus circa Solem, Lunam, aut aliquam ſtellam, ex vapore humido nondum conuerſo in nubem, ſed illuminato per radios alicuius aſtri, potiſſimùm in autumno & vere, rarò aut nunquam in hyeme aut æſtate. Et frequentius circa Lunam, & noctu ſcilicet veſpere vt plerumque & ſub auroram, quàm media nocte, & potiùs quàm circa Solem, & aſtra alia, quæ diſſipât vapores. Generatur & iris in nube aquoſa diuerſæ rationis, è regione oppoſita Soli vel Lunæ, in quam refranguntur radij eorum, ſcilicet Solis & Lunę, tuncque apparent diuerſi coloris, cuius diſtinctio habetur ex optica

Quanto



Quantò enim longiùs procedit radius luminoſus, tantò debilior fit; minusque habet luminoſæ claritatis, proinde magis ad nigredinem & obſcuritatem vergit. Itaque radius primus fortior, puniceı coloris: debilior factus in viridem vertitur colorem, qui magis tendit in obſcuritatem quàm puniceus: ac rurſum factus debilior, conuertitur in purpureum, qui amplius quàm viridis ad obſcuritatem accedit. Quod de iride Solis intelligi par eſt: nam iris Lunæ non eſt multicolor, ſed alba tota; quoniam lumen viſum tempore tenebratum apparet candidum & intenſæ albedinis, acceditque frigiditas noctis, quæ denſat nubem, & debilitas radiorum Lunæ, qui ſicuti Solis non penetrant nubem, ſed extenduntur in ſuperficiem: apparetque ideò vt ſemicirculus lacteus, intermedijs lineis ſubnigricantibus, vt tradit Albertus Magnus libro 3. tract. 4. cap. 22. Eaq; fit iris dum Luna iuxta plenilunium eſt, & vocatur iris arcus ille cœleſtis in nubibus cœli; fœderis ſignum, quo viſo Deus ſuæ clemētiæ recordari pollicitus, Geneſ. c. 9. Dicitur & Iunonis arcus, & Thaumantis, id eſt, admirationis filia: Heſiodo dæmonis, id eſt, diuinæ intelligentiæ arcus. Quòd nubes ſit denſa, bene regularis, æqua & vniformis, nec oppoſita Soli vt eſt in iride, ſed ad latus eius propinqua, quę ve proximè verti debeat in pluuiam, Sol aliam figuram ſui ibi exprimit per refractionem radiorum, fiuntq; duo, vt videtur, Soles, vel tres, non ſecus quàm repræſentatur figura in ſpeculo, vel ære bene terſo & polito, non translucido: dicunturque iſtæ figuræ parhelij. Fiunt & virgæ quando nubes oppoſitæ Soli non æquè denſę ſunt vbique, & radij intrò feruntur, & ita per perſpicuum nubis vt per foramen panni nigri per aerem virgarum more radij illi, quia alij nō videntur, extenduntur: item varij coloris conſpicui pro modo denſitatis nubis, quæ admittit radios, non ſecus ac radij, qui per vitrum coloratum tranſeunt, vitri colores referre videntur. Quas omnes impreſſiones dum accidunt, trahit in portentum ac miraculum Plinius lib. 2. cap. 28. 29. 30. 31. 32. Naturalibus tamen adſcribit rationibus Ariſtoteles in 3. Meteor. in cap. 2. & 3. de Halone cap. 4. & 5. de Iride in cap. 6. de Virgis & parhelijs, de omnibus tractat & Tutelmanus lib. 6. Rer. natural. cap. 12. & 13. & 14. Chryſoſt. Iauellus lib. 7. Meteor. Sebaſt. Foxius, Morzilius lib. 3. de Natur. philoſoph. cap. 3. Caſpar Contarenus libro 2. de Elementis, Alb. Magnus lib. 3. tract. 4. cap. 3. 4. & ſeq. Algazel in ſua Phyſica. Latè & doctiſſimè de Iride Vitellio li-

bro 10. περὶ ὀπτικῆς, theor. 65. Alex. Piccolomineus lib. de Iride, Alex. Aphrodiſ. in 3. lib. Meteor. Ariſtot. Si halo ſeu corona condenſatur in nigredinem, indicat pluuias futuras: ſi ex vna parte tantũ rumpatur, ventum ex illa. Quòd ſi circulus paulatim in albedinẽ euaneſcit, ſerenitatem. Iris Lunæ ſignificat longam tempeſtatem, & auram inſtabilem, quia rarò apparet, niſi cùm magna materia humoris, qui eſt ex vento exiſtente inter auſtralem & occidentalem plagã, & cùm Luna fuerit valdè meridionalis. Iris Solis ſignat non futurum diluuium: nam nubes rorida quæ recipit radios ſolares, non eſſet peruia, ſi eſſet valdè humida. Et Geneſ. cap. 19. Si tempore ſereno iris ſeu arcus Solis appareat, ſignum mutationis conſtitutionis aeris in pluuias: at ſi tempore pluuiæ appareat, ſerenum pollicetur. Plin. vt monui, lib. 2. cap. 30. circulos Solis repentinos inter prodigia annumerat, malorum prænuntia, & pariter Solis multiplicationem. Sicut & Iulius Obſequens lib. de Prodig. quibus quoq; etiam ſæpe & fulgura & cometas, & terræ motus annumerat.

## *De Aqua, & maris ſalſedinis cauſa.*

## Cap. XXXVI.

ARiſtoteles lib. 4. Phyſic. cap. 5. ſcribit aeris materiam aquam eſſe, aerem formam, & aquam potentia aerem. Aqua frigida & humida dicitur Gal. lib. de Ptiſana, tomo 2. proinde refrigerat potio eius, contraria ex diametro igni, vt idem ait lib. 1. de Simpl. med. facult. cap. 15. ita quę aqua conſtant, magna ex parte frigida ſunt, niſi extraneum contineant calorem, veluti lixiuium, lotium, vinum, Ariſtoteles lib. 4. Meteor. cap. 11. ideoq; aquæ meliores & ſalubriores putantur animalibus, & plantis, quę frigidiores, vt naturæ ſuæ compotes à Theophr. lib. 2. de Cauſ. plant. cap. 83. habet namque aqua præcipuam qualitatem, frigiditatem, minus præcipuam humiditatem: vt aer, præcipuam humiditatem, minus pręcipuam caliditatem: & terra præcipuam ſiccitatem, minus præcipuam frigiditatem: vt ignis præcipuè excellit in calore, minus in ſiccitate. Fuerunt qui rati ſunt rerum principium aquam eſſe, vt Themiſtocles, quem refellit Ariſtot. lib. 4. Metaph. cap. 3. & ſi principium naturæ ſit ex humidis. Quare & pari argumento lapſi illi inſulſiùs, qui animam aquam putarunt, quòd ſemen ſit humidum, cùm tamen nec ſemen ſit anima, nec illa in eo ſit, Ariſtoteles 1. de Anima, cap. 4. Quidam omnium aquarum elementum mare dicunt, qđ Ariſtote-



Ariſtoteles aquam dulcem ratus naturâ, lib. 2. de Plantis. Nam quòd mare ſalſum ſit, id per accidens eſt ex radijs & calore Solis. Et ſalſum quidem eſt, ex mixtione partis terreſtris aduſtæ, quæ potiùs aquam inficit, quàm cum ea miſceri videatur, vt tradit Gaſpar Contarenus lib. 2. de Element. ita Plin. lib. 2. cap. 10.3. liquorem aquæ ſiccari ardore Solis, quem vocari ſidus maſculinum ait, quamobrem & inferior maris vnda, minus ſalſa ſumma, quam Solis ardor exercet aſſiduè, & cõcoquit, leuiſſimam partem detrahendo, quod docet Ariſtoteles Probl. ſect. 24. q. 3. late Alb. Magnus lib. 2. Meteor. cap. 15. Hippocr. lib. de Capitis vulneribus. Natura etiam aquæ elementaris, inſipida omnino eſt, & terra leuior, aere ponderoſior, itaque facile omnium ſaporum capax, vt ait Ariſtoteles de Senſu & ſenſi lib. Plinius quoque lib. 15. cap. 27. ait nullum in aquis ſentiri ſuccum, nullúmve ſaporem, quòd ſi ſentiatur, omnino vitium eſſe. Atque tria præcipuè elementa, ignem, aerem, aquã, per ſe ſine odore, ſucco & ſapore eſſe. Concipiunt autem aquæ ſaporem & colorem, dum tranſeũt permeatus, per quos, vt per canales erumpunt, & præterlabuntur. Sic vt notat Palladius de Re ruſtica in Auguſto: Creta tenues, nec optimi ſaporis aquas, dabit: ſabulum, ſolutus locus, exiles, inſuaues, limoſas ſpatio altiore ſubmerſas; nigra terra humores, & ſtillicidia non magna, ex hibernis niuibus. Et idem lib. 1. de Ruſti. tract. 4. Salubrem locum demonſtrat, ſi nõ à lacunis, & à paludibus, vel metallis originem ſumat, ſi odoris perſpicui, ſi ſapore & odore non vitiata. Si nullus inſideat limus, ſi frigus tepore ſuo mulceat, & æſtatis incendia tempore ſuo moderetur. Ex iſtis enim referunt ſecum vel ſalubritatem, vel inſalubritatem, non ex propria natura. Iuuant & hæc cœli aſpectus, in quos defluunt: nempe, vt teſte Conſtantino Cæſare lib. 2. de Agricult. vt aquæ quæ ad orientẽ fluant, & quę ex præruptis vel altis montibus agitatæ decidunt, quæ've per arenoſa loca præterlabuntur, nitidiores ſint, meliores & ſalubriores. Sunt & alia varia aquarum ſalubrium argumenta, apud Vitruuium lib. 8. de Architectura, cap. 5. & apud Vitalem Cardinalem libro de Diuerſis remedijs ad diuerſos morbos, cap. 2. oportet autem maximè loca, per quorum ſpecus & cauſas pertranſit aqua perſpicere, ex quibus cõtrahat noxia vel innoxia, & alias qualitates. Conſtans enim eſt opinio apud D. Baſilium libro Hexameron, homilia 4. & ex Geneſi cap. 1. & Eccleſ. cap. 1. ex mari omnia flumina deriuari, & eò recurrere. Ex-

plorare etiam docet aquæ ſalubritatem Arnaldus de Vil-
la noua, in libellulo de Regimine ſanitatis caſtra ſequen-
tium, vt pannus lineus mundus demergatur in aquam, &
ſine expreſſione aquæ ſuſpendatur ſiccandus. Nam ſi ſic-
cus & complicatus, maculas referat, proculdubiò intoxi-
cata & peſtifera erit aqua: ſi ſine maculis, minimè.

### *Signa quibus dignoſci poteſt, num aqua ſubſit terræ alicubi.* CAP. XXXVII.

DEteguntur aquæ pluribus modis, quos colligere li-
cet ex Vitruuio lib. 8. Architect. cap. 1. Palladio lib. 1.
cap. 8. Plinio lib. 31. cap. 3. Conſtantino libro 2. de Re
ruſtica, cap. 4. & 5. Singulari tamen modo explorare quis
poteſt, num latices ſubſint aquarum, procumbendo in
dentes, & in regionem illam terræ aciem oculorum diri-
gendo, tuncque anno annotando partem qua viderit
humores ſe concriſpantes in aera ſurgere: ibi enim ſi fo-
diatur inueniet. In creta tenuis ineſt, ſed non alta aquæ
copia: in ſabulo tenuis: in inferioribus locis inuenta li-
moſa: in terra nigra ſtillæ & ſudores exiles inueniuntur,
ex hybernis tempeſtatibus collectæ, quæ optimi ſaporis,
vt quæ in ſabulo, arena, calculo. Secundo, plantæ quædam
connatæ ſubindicant aquam ſubeſſe eo loci, vt ſalix erra-
tica, alnus, vitex, arundo, hedera, plantago, iuncus, a-
liæque herbę paluſtres, & quæ aquoſa amant & paluſtria
loca, quas recenſet Ruell. lib. 1. de Nat. ſtirp. cap. 13. Modus
quoque alius aquas indagandi, vt circa occaſum Solis fo-
diatur terra, quam explorare deſideras, ibiq; circiter oc-
caſum ponatur ſcaphium inuerſum aut plumbeum, aut
æreum, aut peluis intrinſecus inunctus oleo, inuerſus, &
obruatur foſſura, vel frondibus operiatur: ſi enim poſtri-
die in vaſe infoſſo ſtillæ reperiantur, iudicium eſt ſubeſſe
aquas: ſin minus, contrà.

### *De Miraculis aquarum.* CAP. XXXIIX.

VIres & naturam & miracula aquarum, proprium exi-
gerent tractatum, ſed quia alij latè hanc pertracta-
runt ſegetem, remittam lectorem ad eoſdem: nem-
pe ad Plinium libro 31. cap. 1. 2. & 3. & lib. 2. cap. 106. Vitru-
uium lib. 8. cap. 1. 2. 3. 4. Ouidium lib. 15. Metamorph. Sene-
cam lib. 3. Natural. quæſt. Iouian. Pontanum lib. Meteor.
cap. 34. & ſeq. Iulium Solinum Polyhiſtorem cap. 10. & 11.
& 32. Leonem Baptiſtam, Albertum Florentinum lib. 10.
de Re ædific. cap. 2.





### *De differentijs aquarum, & marium diſtinctione & reciprocatione & motus.* CAP. XXXIX.

QValitates variæ aquis tribuuntur, ſic calidæ, frigidę,
dulces, acidæ, amaræ, puriſſimæ, limoſæ, viſcoſæ,
vnctuoſæ, piceæ, ſalſæ, venenoſæ, ſulphureę, alumi-
noſæ &c. vt apud Leo. Baptiſtam de re ędificat. lib. 10. cap.
2. Meminit & Strabo lib. 17. geograph. Dehinc ratione ſi-
tus, aliæ ſupra firmamentum, aliæ ſubtus ſunt, & in terra
& intra terram. Quæ ſupra firmamentum ſeu ſidereum
cœlum, faciũt cryſtallinum cœlum Geneſ. 1. quanquam
& quidam falſo arbitrentur ibi eas eſſe aquas quę ex aerę
per imbres & pluuias ad nos decidunt. Quod tamen re-
pugnat ei quod ſcriptum eſt Pſal. 103. Qui extendis cœlũ
ſicut pellem, qui tegis aquis ſuperiora eius, & quod Pſal.
148. aquæ quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Domi-
ni. Et ita ſecutus veram hanc ſententiam D. Auguſt. ſu-
per Geneſim intelligit aquas ſuper firmamentum eſſe,
alias quam quæ nubibus continentur, infra firmamen-
tum. Et D. Damaſcenus lib. 2. orthod. fid. cap. 6. vnde &
ab Hebræis cœli dicuntur שמים, quod inibi ſint aquæ,
ſupra terram aquæ ſunt, flumina & maria. Nam cùm in
Geneſi mundi, aquæ eſſent ſuper vniuerſam faciem ter-
ræ, iuſſit Deus illas congregari in vnum locum, & mare
congregationem vocauit aquarum, Geneſ. 1. & terram
aridam quæ tamen per riuulos & veluti venas flumini-
bus & fontibus irrigatur. Dixerunt tamen aliqui, mare eſ-
ſe æternum terræ ſudorem, Plinius lib. 2. cap. 103. nempe
quando ex ſole incaluit terra, ideo mare ſalſum, quia ſu-
dor ſalſus, Ariſtot. lib. 2. Meteor. c. 1. & ſeq. vbi & diſputant
quare mare à fluminibus maius non reddatur, & cap. 3.
de ſalſedinis opinionibus. Maris Oceani motus duplex,
vnus perpetuus ab oriente in occidentem: quo fit, vt
citius naues eo itinere in occidentem perferantur. Alter,
eſt æſtus quotidianus. Fluit enim & refluit quotidiè in
aliquibus locis, vt in Belgica, quæ nunc Flandria: in An-
glia ſeu Britannia, & alibi, & ſepties in die & nocte, in Eu-
bœa, teſte Plin. lib. 2. c. 100. quod & accidere dicit Ariſtot.
de mundo in Helice & Bura. Mare illud liberum & ter-
ram ambiens oceanum dicunt vel à cito & commoto
curſu, vel à cianeo colore. Ex hoc profluit ex occaſu ma-
gnum aliud mediterraneum, vergens in meridiem, dein-
de ſeptentrionem verſus, alueum ducens per medium

terræ, quo labitur vſque in orientem, Aſiam, & Europam diſterminans, cuiq; vicina Hiſpania, prouincia Narbonenſis, indeq; plures ſinus ſeu maiores receſſus faciens, alluens etiam Venetos. Atque in hoc mediterraneo quoque, duplices motus: ſiquidem & æſtus concitantur ſingulis ſex horis, ſed debilius quàm in Oceano. Eſt & alius motus eius, quo fertur vel in ſeptentrionem, vel occidentem: quorum motuum duæ cauſæ apud Albert. Magn. 2. meteorol. tract.3. cap.6. æſtus inquam, lunæ vis: alterius autem motus, locorum decliuitas vel altitudo. Seneca quoque æſtum maximum ſub ipſius lunæ ſoliſq; coitum dixit, ſubnectit alias plures rationes, cùm aſtrologicas, tum phyſicas, & ab experientia Gaſpar Contarenus lib.3. de element. & P. de Medimno ex vſu explicat luculenter lib.7. artis nauigatoriæ cap.5. & Plutarch. lib.3. de plac. philoſ. cap.17. Appellatur itaq; mare diuerſis nominibus, pro diuerſitate locorum per quæ perfluit, vt Aegeum, Helleſpontum, Abydum, Boſphorum, Caſpium, Byzantium, &c. de quibus conſulendus Strabo, Mela, Ptolom. Dionyſius de ſitu orbis, Damaſcen. lib.2. Baſilius in ſuo hexamer. Thomas 1. parte quæ.69. Albert. Magn. lib.2. Meteor. tractat.3. cap.2. Intra terram, vt in corpore hominis venæ, ſic & aquæ etiam riuuli: nam & ex illa ſcatent non ſecus ac per poros infiniti fontes, & ſi eam infoderis velut ad vulnus ſanguis, & ad mammas lac, aqua concurrit. Atque Strabo lib.17. geograph. aquam ſphæricam, vt terram, putat, & ſub terra occultari, niſi quatenus vtilis hominibus eſt, & multum aquæ in terram conuerti, & viciſſim multum terræ in aquam.

## *De fontium origine, & eruptionibus aquarum ex terra, tribuſq; regionibus terræ.* Cap. XL.

QVamuis ſint aquæ immixtæ terris, tamen non apud omnes conſtat omnino, quomodo generentur: atque idcirco duę traduntur ea de re opiniones, quas refert Chryſoſtomus Iauellus lib.4. epitomes meteorolog. tract.4. cap.1. Arbitratur Ariſtotel. lib.1. Meteoron c. fin. & Iouian. Pontan. in meteor. c.37. aquas gigni in terræ media regione, ex aere condenſato. Ponunt enim in terra tres regiones, primam hanc qua ambulamus, ſuperficiem, & in qua aqua fluit: vltimam centrum terræ, punctum



quoniam plan-
ctum mundi, circa quam nihil generatur, mediam inter
tarum virtus, & vis ſolis eò non pertingit: vbi ſunt plures con-
has, eam qua generantur mineralia, ſicut in corpore
cauitates, antra & venæ in proportione, vt ait Ariſtot.
animali: & cum natura abhorreat vacuum, aere in-
4. phyſic. tradunt huiuſmodi caua loca repleri vbi ex frigidi-
grediente per meatus & poros occultos, deinde
tate terræ, condenſatur & conuertitur in aquam, veluti in mar
alium aerem ſubinde ingredi & condenſari: paulatim ſeſe
more, aer circunfuſus, dum frigora ſentit ſicco ducente ex
cogit, mox defluit humor, ille quidem Alij ex imbribus deci-
marmore guttas, vt ait Pontanus. & poſteà remitti pu-
dentibus colligi aquas intra terram, accidere
tant, vt Seneca. Nos ex priori & altera cauſa vn-
poſſe arbitramur: item & ex cuniculis vt tractu maris, puta-
de aquas per vniuerſum quoque diſpenſari orbem vt pro ra-
mus per canales ſubterraneos. Quo fit etiam, & concipiant
tione terrarū per quarum vterum labuntur, calidi
diuerſos ſapores, odores, & qualitates, ſintque ob minera-
fontes, ob tractus per ſulphurata, alij noxij, quæ ſtrumas
lia tranſmiſſa: frigidæ & aliæ aquæ niuium, & in gut-
ideò generant, quòd vaporoſæ & phlegmaticæ, quæ ex
ture condenſantur. Graues aliæ & non liquidæ, compo-
mixtione vnctuoſi & terreſtris partis, & impuro de
nuntur, vt ex bitumine in lacu Aſphalto in Palæſtina, &
quo mira Gal. lib.4. de facult. ſimplic. medicam. cap.19. terræ
1. cap.2. & 3. Brocardus Monachus lib. deſcriptio. Ama-
ſanctę, Ioſeph. 1. & 9. de antiquit. & 5. de bello Iudai.
tus lib.1. in Dioſcorid. enarrat. 85.

## *De alio, quàm ex terra, aquarum ortu, & de diſtillatione.* Cap. XLI.

ORtus aquarū ſuperiores, naturales ſunt: at ars alijs
modis ex rebus aquas exprimere nouit, nempe per
calorem, & diſtillationē, per humidi ſuperiniectio-
nem, per concoctionem, per expreſſionem ex qua oleum
propriè & ſuccus. Calore educitur aqua, vel per ignem,
vel per ſolem, vel per putredinem. ignis arte paratur, vel
flamma, vel carbonibus incenſis, vel ſcoria læuigata me-
talli, ferri, æris, vel arena, vel mediantibus aquis fer-
uentibus, vel vapore earum. Solis radijs flores potiſſi-
mum expoſiti, tepeſcunt, humoremque reſudant. Diſtil-
latio, & humoris tenuioris è ſucco extractio, vi caloris:
hæc fit per humoris aſcenſum, vbi vapores ſurſum elati,

in capitello ſeu opertorio vaſis diſtillatorij condenſati, in guttas decidunt in marginem eiuſdem capitelli, ex quo per tubulum foras mittuntur; hoc ordine vt primum vi caloris humidum tenuetur in vaporem, vapor poſtmodum frigido condenſetur, & tandem condenſatio in lachrymas fundatur. Putrefactio, digeſtio eſt & primus gradus caloris apud Philippum Vlſtadium, lib. 1. de ſecret. natur. c. 3. altior in diſtillatione, cuius vi à re ipſa compoſita quatuor elementa poſſunt ſeparari: nam in diſtillatione, primum lenius, tenuius, & calidius aſcendit, nempe ignis: ſecundo loco poſteà aer: tertio aqua: terra autem in fundo vaſis diſtillatorij in fæcibus reſidet: vt in diſtillatione aceti poteris conijcere. Aſcendunt & ex craſſis & terreſtribus diſtillatis & ex liquidis, quæ partes alias quàm aquoſas maximè habeant: alia etiam quæ condenſari poſſint deſtillata, vt accidit lachrymis, ſuccis, gũmis, reſinis, melli. In quibus quod eſt aquoſum, primo loco aſcendit: quod aereum, ſecũdo; quod igneum, tertio; terræ autem partes fundo ſubſidẽt, & ſi maior ſit ignis, aduruntur. Aliter autem in metallicis, nam eæ partes in vaporem reſolutæ, alembico adhærent, colore in album mutato, vt apparet in argento viuo, arſenico, ſalnitro, & ſimilibus. Reliqua omittam, quæ quis poterit colligere pertinentia ad diſtillationes, & ſublimationes, & expreſſiones & concoctiones ex theſauro Euonymi, ex Philippo Vlſtadio de ſecret. natur. Ioan. de Rupe Sciſſa in lib. quintæ eſſent. Gebero Arabe in lib. qui ſumma perfectionis, cap. 1. 4. 39. 41. 50. Hieronym. Cardan. lib. 10. de rer. variet. c. 50. &c.

### *De Frigido.* CAP. XLII.

QVia propriam aquæ qualitatem diximus frigidam, pauca de frigido dicamus. Sciendum itaque, frigidum & calidum, vel eſſe potentia vel actu tale: item per ſe, & per accidens. item etiam humidũ & ſiccum. vtq; calidum actu dicitur, id quod vritur, veluti carbo ignitus; potentia autem, illud quod inflammari poteſt. Sic frigidum actu, carbo igne priuatus, frigidus & cinis, potentia calidus. Sic gelu humore concreto dicitur ſiccum actu, & per accidens, cum tamen potentia & per ſe, ſit humidum, idem de omni humore concreto. Contrà, terra & cinis & huiuſmodi mixta humori, humida actu & per accidens redduntur, quanquam per ſe & potẽtia ſicca ſint. Ariſtot. lib. 2. de part. animal. cap. 1. & 3. ibi etiam, frigus dicitur habere



habere vim cogendi, indurandi, & exſiccandi: cùm enim calor educitur, vna etiam humor euaporatur, Ariſtot 5. de generat. animal. cap. 3. Quid autem frigiditas ſit, aptius explicat Vitalis de Furno Cardinalis libro remedior. ad diuer. corpor. morb. c. 195. vt ſit qualitas conſtrictiua, & ingroſſatiua: quia dum per actionem frigiditatis, partes vicinis partibus cohærent, magis vniuntur, fortioreſque ad agendum efficiuntur: quia virtus vnita, maior ſeipſa diſperſa. Eſt autem & frigiditatis, colligere & condenſare homogenea, & heterogenea; cùm tamen calor colligat tantum homogenea. Frigidi facultates Hippocrat. tradit lib. 6. de morb. vulgar. & in eum Galen. comment. 3. vt frigidum venas frangat, ſi valde frigidum tuſſim faciat, vt cryſtallum & gelu & nix; contorquet, vt phærra, & gongrones, id eſt, tumores, facit ſcilicet phærras longos, & gongrones rotundos, eſtque cauſa duritiei, de quibus & alijs Galen. de liquidorũ vſu, & in aphor. Hippocrat. Eſt etiam in hominibus cauſa appetitus, proinde & frigidioris naturæ homines laborant fame canina. Galen. in 2. lib. aphor. hippoc. aphor. 25. cauſa item ſterilitatis, idem in 5. aphoriſ. Hippoc. aphor. 62. 63.

# DE TERRA.

### *Quod ea ſit ſicca.* CAP. XLIII.

TErra quod teratur quotidie pedibus & cultura, dicta videtur, vt territorium. Frigida & ſicca eſt, Hippocrat. lib. de carnibus ſed præcipuè ſicca. Sic Ariſtot. lib. 4. Meteorol. cap. 4. Elementorum, inquit, maximè terra dicitur ſiccitatis eſſe, aqua humoris, ideo circumſcripta corpora genita & corruptibilia, abſque aqua & terra non ſunt, nam & terra ſine aqua puluis eſt, Vital. Cardin. lib. remedio. diuerſ. cap. 2. Dicitur & Geneſi cap. 1. arida. Eſt & terræ genus, quod præbet carbonum vicem, ardetque; idque non per ſe nec alia ratione, quàm quòd bituminoſa ſit, ſicut Zelandiæ, lacus & paludes quas incolæ patria lingua vocant, moer, ex quibus fodiuntur glebæ bituminoſæ, quæ accenſæ vt naphta ardent. Tales apud Brabantes eruuntur etiam quas vocant Tharſ, maritimi autem Darri. Leuinius Lemnius lib. 1. 1. de occult. natur. mirac. cap. 17. Ideò Ariſtot. lib. 2. de generat. & corrupt. cap. 2. ſcribit. ſquamma, cortice penna tegi, eſſe ſigna naturæ ſiccæ atque terrenæ: & frigida ſicciora q;, parere ouum

ſed

ſed imperfectum & cruſta duriuſcula opertum, propter naturam terrenam ſui generis.

## *Terræ diſtinctio.* CAP. XLIV.

GAlenus lib. 9. de ſimplic. medicam. facult. terram du-pliciter accipi ſcribit, primum & communiter, prout eſt humectata, quæ iniecta aqua ſtatim ſoluitur, & fit lutum: alio modo, prout accipitur à Philoſophis, pro quarto elemento: corpus namque extremè ſiccum & frigidum philoſophi terram nuncupant: & ſecundum hos nullum corporum compoſitum terra cenſetur elementa-ris; aiunt tamen quædam plurimum habere terræ, vtpu-ta adamantem & ſaxa, & quanto corpore fuerint duriore, tanto magis dicunt terrea, contra quam faciant agri-colæ. Quamobrem habita ratione phyſicorum extra ele-mentarem, terræ tria genera, vnum lapidum, ſecundum metallorum, tertium terræ quæ colitur. Et in ſumma, ex rebus quæ craſſiora ſunt, terrea erunt in omnibus, vt nu-clei oliuarum, acini vuarum, putamina nucum, & ſimilia fructuum: in animalibus, oſſa, cornua, dentes: in plantis duriores partes, in alijs teſtacea omnia. Verũtamen non omnino hęc terrea ſunt, vt ex terra elementari impermix-ta: nam & mixta concretáve ſunt cum calore & humore, participantq́ue ex aerea ſubſtantia, ſecundum plus & mi-nus: ſed quia terræ portio in illis exuberat, vt ait Galen. 1. de element. Plato in Phædo. neque ſimplex vel elemen-taris terra, in orbe vniuerſo demonſtrari poſſet. Retinet tamen hæc terra quam colimus, per ſe nomen & qualita-tem elementi terræ per ſe, vt non immerito Hippocrat. lib. de humoribus eam ventri comparauerit animalium. Nam vt venter plenus alit & calefacit, cum autem va-cuus eſt, frigefacit: ſic terra fimo ſatiata, ſatis caloris ſub-miniſtrat, plantis: cùm verò ſine eo eſt, illa & frigida & ſicca eſt. Attamen quæ naturæ ſiccioris ſunt, diuturnio-ra & firmiora ſunt, quia putredo quædam mors eſt. Ari-ſtot. problem. ſect. 14. quæſt. 9. Columella lib. 2. de re Ru-ſtica cap. 2. diuidit terræ ſolum in campeſtre, collinum, montanum, campum, non exquiſita exigit nec perlibra-ta planitie, ſed exigue prona, collem clementem & mol-liter aſſurgentem. A magnitudine autem quis diuidere poteſt in montes, valles, colles, rupes, vertices, iuga, ca-cumina, fauces, conualles, campos, agros. Deinde in ter-ras, inciſas, continuas, inſulas, peninſulas, iſthmum, cher-ſoneſum, &c. item in publicas, priuatas, academiam, præ-toriam,



toriam, &c. in imperia, regna, prouincias, regiones, terri-toria, vrbes, oppida, villas, arua paſcua, ſyluas, ſata, ſal-tus, virgulta, ſpineta, &c. diuiditur & per climata, paral-lelos cœli, zonas, ſituſq́ue, quæ explicantur à geographis proprijs & petitis libris.

## *De magnitudine orbis terræ.*

## CAP. XLV.

TErra vt punctum & centrum totius mundi eſt, im-mobile, Ariſtot. 2. de Cœlo, cap. 14. & in princ. de Mundo. nullius enim fermè magnitudinis eſt ad or-bem vniuerſum comparata. Ariſtot. lib. 1. Meteor. cap. fin. quale germen in ouo, punctum in circulo, vt punctum ſphærica, quæ latius probata legi poſſunt apud Ptolom. lib. 1. Mathemat. conſtruct. vſque ad cap. 7. Cleomedem lib. 1. circularis contemplat. Alphagranum lib. de rudi-mentis aſtronomicis differentia 4. & 5. Orontium, Ioan. de Sacro Boſco, & alios de ſphæra authores, Schonne-rum in opuſculo geographiæ cap. 1. & 2. Dionyſium Ale-xand. de ſitu orbis, & ibi Euſtachium Theſſalonicenſem, Plin. lib. 2. cap. 66. & 71. Cicer. 1. Tuſculan. & 2. de natura Deor. & in Somn. Scipion. & ibi Macrob. Docent autem rotundam argumentis ductis ab ortu & occaſu ſtella-rum, ab obſeruatione eclipſium & vmbrarum quæ non æquè omnibus contingunt: à nauigantium aſpectu, qui in medium eleuati conſpiciuntur, & non æquè perferri. Neque à ſententia ſphericæ formæ nos remoratur, quòd in terra montes quidam ſint excelſiores planitie, qui co-nicam vel præruptam & ſinuatam faciem & ſuperficiem terræ ſuadere videntur: nam inde globo, nullum incre-mentum, non ſecus quàm in globo materiali, pilum vel aranearum inuolucrum, vel arenæ ſuperiacentes impe-dire non poſſunt rotunditatem eius, vt docet Theon Ale-xandr. in ſcholijs ad lib. Ptolemæi de Mathemat. conſtru-ctione. Totius terræ ambitum facta ad circulos ſphæræ cœleſtis 360. graduum eſt. Cuilibet autem gradui attri-buuntur in terra milliaria ſexaginta Italica, aut quinde-cim Alemanica cõmunia, aut duodecim Sueuica. Quam-obrem peripheria terræ erit, inito ad 360. gradus calculo,

Milliariorum Italicorum 216000.

Germanorum 5400. Sueuorum 4320.

Diameter autem terræ habebit milliariorum Italico-rum 6782. & 8. vndecimas.

Alema-

Alemanorum 1718. & 2.vndecimas.
Sueuorum 1396. & 6.vndecimas.

„Secundum calculum P.Appiani in 1.part. Coſmograp. cap.13: Plin.tamen lib 2.hiſtor. cap.109. ex ſententia antiquorum, & ex epiſtola Dionyſodori nomine, ad ſuperos ſcripta, qua perueniſſe à ſepulchro ad infimam terram narrabatur, ex eoque eſſe ſtadiorum 42000. dixit terræ circuitum habita ratione eius diametri, 255000. ſtadiorum, quæ ſi per ſingula 8. ſtadia reſoluantur in milliaria, reddunt peripheriam 31875. milliaria Italica. Ego tamen hoc fabulam totum arbitror.

## *De terræ immobilitate.* CAP. XLVI.

TErram immobilem eſſe, recepta eſt vt ſanior opinio, cœlum autem circum illam moueri. Quanquam fuerint qui in ea fuerunt hæreſi, qui eam verti & cœlum immobile remanere rati fuerunt, vt apud Plutarc. de vtroque lib.3. de placitis Philoſoph. cap.13. Cicero 4 Academic. quæſt. Cleomed.1. circula. inſpectio. Putauit moueri in axibus mundi circa ſolem Nicetas Syracuſius, apud Cic. in 4. Academ. & in Lucullo, ſicut apud Plutarc. vbi ſup. Philolaus Pythagoreus, Heraclides Ponticus, Ecphantes Pythagoreus. Author eius ſententiæ Cleanthes Samius, teſte Plutarc. lib. de forma quæ viſitur in orbe lunæ. Suſpicantur huius ſententiæ & Platonem in Timæo fuiſſe. Meminit & Themiſtius in comment. ad 2.lib. Ariſtot. de Cœlo. Videndus hac de re Sextus Victorius, lib. 22. variar. lection. c.3.

## *De terræ vtilitate.* CAP. XLVII.

TErra, veluti quoddam animal perfectũ videtur, nam ad ſimilitudinem corporis animati, habet pro oſſibus lapides, pro venis & arterijs, cauernas & meatus, intrà riuulos ſanguinis, vinum quod producit, fontes & flumina: pro corde & pulmone, illa nobiliſſima nutriens metalla auri & argenti, & alios vniones: extra pro pilis, exerens herbas & plantas: pro excrementis quædam inutilia habẽs. Terra, propter eximia quæ inde producit Deus, beneficia, cognomẽtum accepit materiæ venerationis, vt cœlum dictum ſedes Dei. Hæc nos naſcentes excipit, natos alit, ſeneſq; ſuſtinet, nouiſſimeq; complexa gremio, iam à reliqua natura abdicatos, tum maximè vt mater nos operit, vt ait Plin. lib.2. cap.63. vbi & plures eius laudes congerit, quòd mitis, quòd medicas herbas

bas ferat, &c. Matrem etiam omnium vocat Cicer. pro Aulo Cluent. & ita Orpheo in hymno terræ dicta μεγάλη μήτηρ θεῶν ἠδὲ τῶν θνητῶν ἀνθρώπων: ſic alij appellarũt etiam, vt Seruius lib.10. Aeneid. Varro de ling. Latin. qui & Opẽ ab ope nominat. Lucretius, Pindarus, atque Ariſtot. 1. de generat. cap.2. hanc matrem omnium, vt ſolem, patrem, dicit, veluti Aſſyriorum & Babyloniorum philoſophi, Pythagorici, & Academici dixerunt terræ & cœli eſſe συζυγίαν, quod cœlum agat, & terra patiatur. Quod coniugium ligatur & fouetur per ſolis, & lunæ, & ſtellarum omnium radios, accedente motu, & luminum permixtione: ideo terram quoque mundi aluum nominant Ptolomæus initio quadrip. oper. Mizal. lib.1. Cometograp. cap. fin. Et Anacharſis Scytha epiſt. vlt. ad Crœſum ſcribens, ait terram fuiſſe κλῆμα θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων τὸ πάλαι, poſſeſſionem communem dijs & hominibus antiquitus, & Sibylla lib.3. Sibyllinorum oraculorum: πᾶσι γὰρ οὐράνιος κοινὴν ἐπλάσατο γαῖαν. Id eſt, omnibus cœleſtis communem fabricauit terram.



## *De aliarum rerum elementis.* CAP. XLVIII.

ET hæc hactenus de elemẽtis mundi, & corporearum rerum & principijs dictum ſit: breuiter nunc, vt ars noſtra quæ generalis eſt omnium, habeat & hic argumentandi & ratiocinandi ſpatioſam & latiorẽ ſedem, repetere memoria oportet, elementa cuiuſque rei, principium eſſe in eo, in quo conſtituitur primum & rei compoſitio vel ortus. Et vt verbis Ariſtot. vtar, Metaphyſ. lib.5. cap.3. elementum dicitur, ex quo componitur primo inexiſtenti indiuiſibili ſpecie, in aliam ſpeciem: vt vocis elementa, ex quibus componitur vox, & in quæ vltima diuiditur: illa verò non amplius in alias voces ab ipſa ſpecie diuerſas. Sed & ſi diuidantur, particulæ tamen eiuſdem ſpeciei ſunt: vt aquæ particula, aqua: ſed non ſyllaba, &c. Sic elementa Grammaticæ, quis literas dixerit: Medicæ iſagogica prælibata: Geometriæ regulas & præſuppoſita prima, punctum, lineam, ſuperficiem, circulum, &c. Dialectices & Rhetorices præcepta prima: de quibus ſingulis, proprijs ſuis locis diximus. Pari modo elementa cupidinis ea, ex quibus nobis generatur & efficitur cupido. Et ferè elementa ſunt veluti materia ex qua aliquid efficitur, & in quam res facta, reſolui poteſt, & qua ſublata res tollitur, vt ſubductis tecta columnis. quod liquet ex Horatio de 24. lib.3. Carminum.

*Vel nos in mare proximum*
*Gemmas & lapides, aurum & inutile,*
*Summi materiam mali,*
*Mittamus: ſcelerum ſi bene pœnitet,*
*Eradenda cupidinis.*
*Praui ſunt elementa: Et teneræ nimis*
*Mentes, aſperioribus*
*Formandæ ſtudijs.*

Et figurarum, inquit Ariſtot. lib. 3. Metaphyſ. c. 3. eadicimus elementa, quarum demonſtrationes, in aliarum, aut plurium, aut omnium demonſtrationibus, inſunt.

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER XXXVI.

## In quo agitur de elementatis, & ſimpliciter eſſentiam habentibus.

### *De mixtione elementorum, & de differentia mixtionis generationis, & alterationis, & aliorum.* CAP. I.

EX quatuor elementorum ſimplicium mixtione, res omnes corporales componũtur, corpuſq; accipiunt & eſſentiam, vt ait Theophr. lib. de cauſ. plantar. cap. 19. nec tamen dico exiſtẽtiam, quam Albategnius, de ſcientia ſtellarum cap. 50. exiſtimat ad ſolis, lunæ, & ſtellarum reuolutionẽ pertinere, vt alterationem, non ad elementa, quæ eſſendi non exiſtendi cauſam, dent. In eſſentia fit materia, ex qua poſtea tot admirabiles rerum ſpecies in orbe perficiuntur, adiectis multiplicibus formis & figuris. Eſt itaque mixtio naturalis, quædam concretio ex quatuor elementorum qualitatibus commodè paratis, conflata: ſiue, vt ait Ariſtot. miſcibilium alteratorum copulatio, teſte Sebaſtiano Foxio lib. 2. de natur. philoſoph. c. 8. Ariſt. lib. 1. de generat. cap. fin. vbi differt à generatione mixtio: quia materia cum ſua forma non miſcetur, vt ignis ardet in ligno, illud conſumit, & ligno non miſcetur, ſed ignis generatur, illud autem lignum conſumitur. Differt quoque



que mixtio ab alteratione, quia paſſio ſubiecto non miſcetur in alteratione, vt albedo corpori, figura ceræ, tumor figuræ, diſciplina animæ. Simul & ab augmentatione, in qua corrumpi prius oportet cibum, ſimileq; aucto generari. Et vniuerſaliter, paſſiones & habitus rebus miſceri impoſſibile eſt: nec magna paruis iuxta poſita, miſcibilia ſunt. Nominatim autem illud in mixtione adiectum eſt, ex qualitatibus elemẽtorum eam fieri, eò quòd elementa non tranſmutentur vel commiſceantur, quia ſimpliciſſima, ſed contribuunt ſuas qualitates & facultates, ſi credamus Galen. lib. 1. de Element. & lib. 7. method. meden. & 1. de temperam. Hippocr. de natura humana, & in fragmento de naturalibus facultatibus, Vitruuio lib. 1. de architect. cap. 4. Et ſi contrariæ hac in parte & diuerſæ ſint opiniones. Nam vetuſtiſſimi dixerunt, mixtionem fieri alteratione elementorum: Democritus, Anaxagoraſque, oppoſitione: Plato autem, inter ſe ait elementa eſſe vertibilia, dempta terra teſte Plutarch. 1. de placitis Philoſoph. cap. 30. Docet autem Ariſtot. lib. 2. de generat. & corrupt. capitulo 7. & 8. modo quo miſceantur elementa, ſcilicet, primò vt opus ſit ſibi mutuo ea appropinquare, aerem, terram, aquam, ignem, aliter non agere adinuicem. Secundò, quòd ſint adæquata, non ratione molis, ſed virtutis, id eſt, vt omnino vnum altero potentius non ſit, vel omnino non dominetur: ſiquidem potentius quod eſſet tunc in qualitate, reliqua conſumeret, vt multus ignis aquæ cyathum conſumit: plurimum aquæ ignem extinguit, & ſic de ſimilibus. Idcirco adæquata, & admota inuicem alterantur certo modo, & miſcentur, & qualitates actiuæ & paſſiuæ remittuntur, quibus remiſſis conflatur mixtum. Neque enim qualitates & corrumpunt inuicem, ſed remittuntur. Sic gradus & modi adæquationis & remiſſionis, conſtituunt gradus temperaturæ, vel temperamenti corporum, ſecundum quod plus vel minus, ex quatuor qualitatibus aliqua vel præualet vel remittitur, quarum illa quæ pollet in temperamento quatuor qualitatibus compoſito, dat nomen eidem, vt notat Galen. lib. 1. de Temperam. & Hippocrat. de Natura humana, vt in temperamento melancholici, dominatur ſiccitas: in cholerico, maior caliditas, & ſic de ſimilibus. Et generaliter excellunt quadrupedia, calore: humiditate, ſtirpes: frigiditate, piſces: ſiccitate, lapides. Omitto errores recenſere philoſophorum, qui alia rerum principia quàm quatuor elementorum poſuerunt: de quibus

iam dictum in lib. de Mundo à nobis: ſequor hîc phyſicos, qui ita nobis per manus ab initio reliquerunt & probarunt. In mixtione autem hac, partes ignis, cogere & congregare dicuntur homogenea, ſeque habet ignis agens & forma, cætera vt materia & patiens: aer poſtea ſui humiditate temperat ignem, interdum imminuit. Nam quorundam generatio, digeſtio, & concretio fit per modum cuiuſdam aſſationis à calore ſicco: interdum per modum elixationis cuiuſdam à calore humido: qua ratione etiam ad materiam & formam aer quoque pertinet. Terra & aqua pro materia, nam terra retinet corpora perfecta ne defluant, ac terræ partes mutuò ſibi adhærere nequeunt, minusque forma ſine aqua. Quare & aqua ligat terram cum aere. Cùm coagulatione in rebus opus ſit ſemper, ſiue dura ſeu mollia corpora ſunt: dura dicimus quæ tactui non cedunt, mollia contra. De hac autem coagulatione, multa Ariſtot. lib. 4. Meteor. cap. 5. & ſeq. ſcripta reliquit, quæ apud eum legere quilibet poterit: inueniet quoque temperamentum & commixtionem ſeu coagulationem elementorum, dici naturam apud Hippocrat. libro ſecundo aphoriſm. aphoriſm. 34. & ibi Galen.

## *De mixtorum diuiſione.* CAP. II.

MIxta aut imperfectè compoſita ſunt, aut perfectè: imperfecta mixta duorum modorum, nempe vel congerie elementorum informi, vt cùm duo metalla igne miſcentur, & vnum euaneſcit relicto & communicato in alio ſuo colore: alio modo, imperfectione meteorica, quę non ex omnibus elementis, ſed ex aliquibus ſingularibus participat, vt ſunt impreſſiones igneæ, ſtellæ cadentes, bolides, &c. Aqueæ, vt pluuia, nix, grando, &c. aereę, venti, terræ motus, &c. De quibus typum habes lib. 1. Syntaxeon noſtrarum capitulo 4. & explicationem lib. de Elementis. Mixta autem perfecta corpora ſunt, quæ ex quatuor omnibus elementis, aliqua ex parte conſtant, vt docet Gaſpar Contarenus tertio de elementis. Mixtorum horum perfectorum quatuor claſſes & genera: primum genus, inanimatorum, quales lapides, metalla, & media inter hæc. Secundum, vegetabilium, quales arbores, plantæ. Tertium, ſenſibilium, qualia animalia. Quartum rationalium, qualis eſt homo. Primum genus habet eſſentiam ex commixtione tãtum determinatam: ſecundum habet eſſentiam & vitam vegetabilem,



bilem: tertium commixtionis eſſentiam, & vegetabilem, & vltra vitam ſenſitiuam: quartum, habet eſſe, viuere, & ſentire, & vltra intelligere ſeu ratiocinari. De his omnibus proprijs libris tractauimus, præterquam de primo genere, ſecũdum ordinem naturæ, poſtremo autem perfectione minori, quod ſupereſt explicandum. Et de quo nunc agemus, de lapidibus inquam, & metallis, & ita de mediocribus & minoribus operibus naturæ, quæ eſſe per commixtionem habent & in quibus prima rudimenta maiorum hærent.

## *De lapidibus, quomodo & vbi generentur.* CAP. III.

LApides habent ſimplicem eſſentiam, & ſunt ex genere eorum quæ Rabbi Abben Tybbon cap. 1. roachachem, vocat ſilentia & ſine anima. De his Albertus Magn. lib. 1. de rebus metallicis cap. 1. Sciendum inquit, eſt, lapidis materiam eſſe, aut ſpeciem cuiuſdam terræ, aut ſpeciem quandam aquæ: vincit enim in lapidibus alterum horum elementorum, quod ex eo docetur, quòd ferè omnium lapidum genus mergatur ſub aqua, quæ tamen materia terræ abundat, vt ait Ariſtot. lib. de Cœlo: Si enim in lapidibus dominarentur ſuperiora elementa, ſupernatarent, vt gelu & glacies. Atque ferè ſemper lapides fiunt ex terra in aquis, vel defectu humoris. Ita lapideſcere terram videmus calore, & frigore quoque, quod nimio gelu abſumit humorem & indurat. Ariſtot. problemat. ſectione 24. quæſt. 11. refert & ſectione 23. quæſt. 30. diſcipulos Heracliti dixiſſe, lapides quoq; creari, ex dulci aqua ſiccata concretaque: item terram, vt lapides. Et quamuis nonnulli lapides ex coactis oriantur humoribus, vt notat Ariſtot. lib. 4. Meteor. cap. 7. Tamen maior pars eorum, terrena eſt: proinde montes lapideſcunt: quod, cùm ab aqua dulci procul abſint, & non habeant quod eos à ſolis ardore continuò tegat: ſiccat enim Sol dulcis humiditatis partes, remanetque quod de genere terræ eſt, Ariſtot. 2. de plant. Inueniuntur nihilominus aliqui caui qui ſint & inanes, qui ideo multum contineant aeris, & plus quam terræ, quia cauitas maioris ſpatij quam corpus terræ: quò fit, vt aquis ſupernatent, vtpote aere potiore, cuius locus eſt ſupra aquam, qui & corpus cui dominatur, facit aquæ innatare, velut aere ad centrum ſuum & locum properante. Huius generis eſt pumex, & ſimiles illi lapides apud Ariſtot. 2. de

plant. pumex quippe ex ſpumæ maris denſitate cauernoſus concretus, vnde & nomen habere videtur, naturamque ſortitus eſt frigidam vt in vas feruens miſſus, feruorem demoliatur, Iſidorus lib. 16. cap. 3. his accedunt quæ refert & Dionyſ. Alexandr. lib. de ſitu orbis, in anguſtiſſimo Boſphori maris, illud admirabile conſpici, quaſdam petras per medios fluctus errare, atque intra ſe, cum murmure coniungi copularive. Quanquam aliquando & pumex ſpongioſus, latebroſus, ſeu fiſtuloſus, etiam euomatur exuſtus lapis, ex profundiſſimis cauernis ardentibus, veluti in Aethna & monte Veſeuo, de quo late Galenus lib. 9. de ſimplic. medicam. facult. Vitruuius lib. 2. capitulo 6. Theophraſt. libro 9. de hiſtor. Plantar. Plinius lib. 36. capitulo 21. Quo autem naturæ ordine, in aquis generentur lapides, docet Ariſtoteles vbi ſup. ſecundo de plantis in aqua maris, & forti vndarum colliſione, fieri primum ſpumam, quæ mox coaguletur in modum lactis non valde ab vnctuoſo diſſimilis, quam demum congregant arenæ colliſæ, & deſiccat maris ſiccitas cum multa ſalſedine: parteſque arenæ coguntur, & tempore procedente lapides fiunt. Idipſum ſentit & Plato in Timæo. Veruntamen obſeruandum eſt, non omnes terras poſſe in lapides conuerti, veluti arenam ſolam, quæ vſque adeo arida eſt, id eſt, ſicca & frigida, vt non poſſit in lapidem & lutum tranſire: lapidabiles autem ſunt terræ vnctuoſæ, tenaces, & glutinoſæ, vt argilla & ſimiles. Iſidorus libro 16. etymolog. capitulo 1. & 4. Porrò lapides qui perſpicui non ſunt, fiunt ex terra craſſiore, quorum ſubſtantia ex humido tenaci perfuſa. Pellucidi autem ex aqua potiſſimum conſiſtunt, cui ſubtilis terrea nec obſcura materies permixta eſt, vt in cryſtallo. Et quia materia lapidum & lapillorum, interdum inuenitur in aliquibus partibus animalium, & tunc quoque & in illis lapides generantur, vt in piſcibus, & quibus eſt magnum caput, vt in coracino, capitone, vmbrina, perca, rana, ſolea, bugloſſo, quia habent caput frigidum vtpote magnum, & conſequenter cogunt humorem, diuerſa tamẽ ratione quam in alijs animalibus generentur: nam in auibus, quadrupedibus, & hominibus ob calorem in renibus generantur. Quamobrem lapilli piſcium, omnes candidi, molles, ſplendidi: aqueum enim omne candidum aeri immixtum candidum reddit ac ſplendidum niuis in modum, quod tamen non dureſcit, quia non attenuatur, deficiente calore, teſte Cardan. libro 9. de rerum variet. cap. 37.





In veſica lupi inuentum ſyritem lapillum tradit Plinius lib. 11. capitulo 37. Creſcunt etiam & inueniuntur in corde bubulo & ceruino. Congelantur & in lapides quædam, vi ſalis, & cum calore, & alio modo, vt in mineralibus apparebit, vt in alumine, ſale harmoniaco, &c. generatur & in aere lapis, vi ignis, vt diximus in Meteoris. In lithoſpermo quoque herba, quam aliqui ægonychon, alij dioſpyron vocant, lapilli naſcuntur in cacuminibus candore & rotunditate margaritarum, magnitudine ciceris, duritia verò lapidea; & qua parte pediculis adhærent, cauernulas habent, intuſque ſemen, de quo multa Plinius lib. 27. & cap. 11. Et in arboribus, in corpore vel ramis, ante receptos inuentos lapides tradit idem Plinius libro 16. capitulo 39.

## *Diuiſio lapidum.* CAP. IV.

LEo Baptiſta Albertus libro 3. de re ædificatoria, capitulo 4. lapidum inquit, alij rediuiui & fortes, & ſuccoſi, quales ſunt ſilex, marmora, & eiuſmodi, quibus innatum eſt, vt ſint graues & ſonori: alij exhauſti, leues, ſurdi, quales ſunt tophinei, & ſabuloſi: Cardanus libro 7. de ſubtilitate, lapides in quinque genera diuidit, in gemmas, marmora, cotes, ſilices, ſaxa. Gemma lapis eſt nitidus, qui limam non ſentit, natura rarus & paruus. Marmor, lapis nitidus ſed magnus, limam ſentiens: Marmorà verbo forſan μαρμαίρω, futuro μαρμαρώ, quod eſt λάμπω ſplendeo, vnde & ὄμματα μάρμαρα, oculi ſplendidi. Silex, lapis qui ſquammis conſtat, ex quo ignis excutitur, putatque Iſidorus libro Etymolog. 16. capitulo 3. ab ignis excutione ideo dici, ego potius à ſiliquis ſeu ſquammis, quibus ignis occultatur. Cos, eſt lapis ille qui granulis ſimilibus arenæ compaginatur, cos dicta ab acuendo, quòd ad incidendum acuat ferrum. Cotes tamen quædam, vt acuant, oleo inungi deſiderant, quæ reddunt aciem leuem, qualem nouaculæ: aliæ aqua aciem reddunt acerrimam. De cotibus Plinius potiſſimùm libro 36. cap. 22. Ex genere cotium, eſt lydius lapis, quo probantur metalla, quem inueniri tantum in flumine Tmolo contendit Theophraſtus, & Plinius lib. 33. cap. 8. Referas ad eas quoque lapides granulatos, molles, quibus fiunt frontiſpicia laris, qui igne excoquuntur & indureſcunt amplius. Saxum, dicitur terra omnis valde durata, lapis non lucens: cuius ſpecies, ſaxum eminens, ideo dictum ſcopulus ab ſpeculando: ſaxum caua-

tum vel dentatum, rupes, in mari ſaxa, cautes, eò quòd ab his cauendum ſit. Lapicidinæ ſaxa ſubminiſtrantque, rum aliæ, molles, vt Pallienſes, Fidenates, albanæ, rubræ coloris. ex his ſaxa extracta, in opere ædificatorio facilè tractantur. Aliæ lapidicinæ duræ. aliæque generis durius, vt apud Vitruuium lib. c. 7. Meminit Iulius Solinus Polyhiſtor. de ſpecie cautis, qui catochites dicitur, et Corſica effoſſus, qui impoſitas manus detinet, habēs aliquid glutino & gummi tenuius.

## *De Gemmis.* CAP. V.

GEmmæ, aut veræ ſunt, aut ſimiles veris, aut fictitiæ. Veræ gemmæ ſunt, quæ limam non ſentiunt, & eximiè nitent, raræque ſunt vt diximus, & paruæ, vt adamas candidus. Similes illis, quæ non ita nitidæ, & ſentiunt limam, tamen raræ quoque ſunt, vt margaritæ, coralli, turcheſiæ, carbunculi, chryſolithus, topazius, lapis cyaneus, ſmaragdus, cryſtallus, &c. Fictitiæ ſunt, quæ artificio mentiuntur veras, confictæ cryſtallo, vitro, tartaro, albuminibus ouorum, ſale & coloribus, vt oſtendit Antonius à Porta lib. 4. Magiæ naturalis, cap. 17. & 18. Veruntamen à factitijs veræ diſtinguntur tactu, viſu, lima, ſubſtantia: tactu ſeu pondere, ſi grauiores vitro, & ſplendiores: viſu, quia ſplendor verarum, nitidior, conſtantior, magis oculos implens, nec lumine lucernæ, vt vitrum, hebetatur: lima quia vix vel exiguè ea atteruntur: ſubſtantia, quia leuior & viuacior magis. Admittunt tamen veræ aliquando vitia, item illæ quæ ſimiles veris, in colore & corpore. Coloris vitia ſunt, fumus, nubecula, vmbra: fumus obſcurior, nubecula candidior, vmbra tenuior. Corporis vitia ſcabrities, capillus, ſal, punctum, ſcobes, plumbago, ferrugo, rubigo, vomica, apud Plin. lib. 37. c. penult. & fin. quæ explicat Hieron. Cardan. lib. 7. de ſubtilit. quo libro quoq; de ſingulis gēmis agit, deq; viribus illarum. De quibus etiam tractat Iſidorus, lib. 16. etymolog. cap. 4. 6. & 7. Plin. toto 37. Albert. Magn. lib. de virtut. herbarum & lapidum, & 2. de rebus metallicis, Orphæus proprio libro, de lapillis, Leuinus Lemnius, lib. 2. de Occultis natur. miracul. cap. 30. Galen. lib. 8. ſimplic. medicam. Dioſcor. lib. 5. Et Franciſcus Rueus doctor medicus, duos libros edidit de gemmis aliquot, præſertim de illis, quarum meminit D. Ioan. in ſua Apocalypſi, & Marbodeus Gallus Cenomanenſis lib. de gemmarum lapidumque formis, naturis, ac viribus, cui acceſſerunt ſcholia eruditæ Alardi



Alardi Aenſtelredami, & Pictorij Villingenſis: extat & alius liber de Virtutibus lapidum, per Ioan. de Mandeuille è Latino in Gallicum ſermonē conuerſus, & de lapidum pretioſorum coloribus. Iul. Solinus cap. 36. tradit etiam. Porrò ignorandum non eſt, virtutes gemmarum aliquos dixiſſe pendere ab elementis, vt lapides ipſos, quod tuetur Alexander Peripateticus. Dicent alij cum Fernelio de Abditis rerum cauſis, à tota ſubſtantia Platonici ab ideis, à quibus pendent: Hermes & Indorū Philoſophi, ab ſtellis & imaginibus cœlorum: Auicenna autem & eius aſſeclæ rati ſunt, in omnibus naturis quædam aliquando ineſſe prodigia ex imaginatione ſuperiorum motorum, ac ſi in his eſſet imaginatio. At Albertus Magnus reiectis horum ſentētijs, procedere ex propria indita natura cuique putat, veluti & ſingulis animalibus & plantis, propria quædam data ſunt, lib. 2. de Reb. metal. tract. 1. cap. 1. 2. 3. 4. quod ego probo, exiſtimās Deum vnamquamque creaturam propria aliqua inſigni dote in indiuiduo & in ſpecie inſigniuiſſe, vt mirabilia ſua, & poteſtatem infinitam incredulis notam faceret.

## *De Marmore.* CAP. VI.

MArmor, vt omnium lapidum magnorum ſolidior, pulchrior, & fortior: ita marmor frigidum maximè & ſolidum: atque olim quoque inter lapidem & marmor poſita differētia, vt apud Homerum ſcribentem, Paridis os fuiſſe ſaxo marmoreo percuſſum, vt meminit Plinius libro 36. capite 6. Marmoris diuerſa nomina, vel à colore, à loco, læuore & pollitie: à colore, vt Ophites, maculoſum inſtar ſerpentis, cuius candidum molle, nigrum, durum: Purpurites, diſtinctum intermediantibus punctis purpureis: Bazanites, ferrei coloris: Corallinum in Aſia coralli colore: Tephria, quod eſt cinericij coloris. Eſt & viride Lacedæmonum. A loco, vnde ſumitur, Parium, candidum, à Pario inſula, Sienticum, Numidicum, Naxium: Proconneſium celebrat Vitruuius libro 2. cap. 8. A læuore, & munditie, lapis Alabaſtrites, quem Dioſcorides dictum fuiſſe putat Onychem, libro 5. capite 153. ἀλαβαςρίτης, inquit, λίθος ὁ καλούμενος ὄνυξ, &c. Sic ἀλάβαςρος ab α priuatiua particula, & λαμβάνω, vel λαβὴ anſa, quòd careat anſa, vt ob læuorem capi nequeat. De alabaſtrite quoque Plinius lib. 36. cap. 8. De diuerſis generibus marmorum Plinius lib. 36. cap. 7. Iſidorus lib. 16. Etymolog. cap. 15. Cardanus lib. 7. de Subtil. Leo Baptiſta Al-

bertus lib.6. de Re ædificat. cap.10. Magis ſplendent marmora dum poliuntur. Nam & ſpecularia redduntur, ea ſmirillo potiſſimùm & tripolea.

## *De Magnete.* CAP. VII.

INter ſaxa numeratur Magnes, qui aliter lapis Heracleus & ſideritis. Magnes dictus à patria Magneſia, ſeu Magnete, vnde effoditur: ſic enim Lucretius in 6. Magnetis duo ſunt genera apud Albertum Magnum libro 2. Metall. tract. 3. cap. 6. Alterum, quod ferrum ſeu chalybem tactum ad Boream dirigit in pixide nautica, vel in horologijs ſolaribus: aliud quod ad auſtrum trahit, eſtque ferrugineus, vt explicat Claudianus,

*——Lapis eſt cognomine Magnes,*
*Decolor, obſcurus, vilis.——* Et poſteà,
*Sed noua ſi nigri videas miracula ſaxi.*
*Tunc ſuperat pulchros cultus, & quicquid Eoi*
*Indi littoribus rubra ſcrutantur in alga.*

Meminit Cardanus 7. de Subtil. de gemina ſpecie carnei magnetis, quarum vna carnem trahat, alia quę intinctam aciem acûs, ſine dolore & ſanguine cuti innocuam punctionem faciat: Magnæ huius lapidis certè vires, vt quidam arbitrati fuerint vitam ineſſe, atque ſummopere laborarint in reddenda ratione virium eius. Dixerunt & aliqui, rationem eſſe cur illitum ferrum verſus ſeptentrionem trahat, quòd ea ex parte effoſſus ſit, eſtque hæc opinio Fracaſtorij Veronenſis libro de Abditis cauſis: quæ tamen non eſt ſatis conſtans, quia & effoditur alibi, vt in Hiſpania, & Ilua inſula, quę inter Cyrinum ſeu Corſicam eſt, vt ait Cardan. lib.7. de Subtil. nihilominus tamen ferrum eo illitum non ad fodinam, ſed in ſeptentrionis polum dirigitur. Quare alij ad proprietatem referunt occultam, qua & alij valent, ignorata ratione naturali: velut hac vi agaricū pituitam à corpore extrahi, rhabarbarum & ſcammoneum flauam bilem purgat: epithymum, ſennam, polipodium, humorem melancholicum. Et ſuccinum, gagates, adamas, lapides, feſtucas, & paleas trahit, vt ſcribit Leuinius Lemnius lib.3. de Occult. natur. mirac. cap.4. Plato in Ione, diuinæ virtuti mouenti tribuit, dum ait, Diuina vis eſt, quæ te mouet, ſicut in lapide quem magnetem Euripides nominauit. Exiſtimarem ego vtique, hoc quidem accidere quadam propria qualitate & natura, qua ad ſtellas boreales dirigitur ferrum, vi communicata participata ſtellarū polarium: non ſecus quàm aliquæ



plantæ affinitate quadam naturæ, ſequuntur Solis & Lunæ curſus, & ad illos obuertuntur: ſicuti lupinū, perpetuò cum Sole vertitur, & horas ita notat agricolis, etiam nubilo tempore, teſte Plinio libro 18. cap.14. & cap. 16. quodque præſtat cichorium, & aliæ plantæ. Et æquinoctia dum fiunt, oſtendit Cynocephalus, tunc tantùm duodecies interdiu & toties noctu vrinam faciens, vt author Orus Apollo de Liter. hyerogl. Sunt & aliæ ſympathiæ, ſicut & antipathiæ cū cœleſtibus corporibus, quas videre poteris apud Myzaldum ea de re proprio libro. At ſi quis plura de magnetis ſpeciebus & natura cognoſcere deſiderauerit, legat Plinium lib.37. cap.16.26. & lib.34. cap.14. & libro 20. cap.7. Ciceronem de Diuinat.1. Lucianum libro de Iconibus, Lucretium lib.6. Alex. Aphrodiſeum in Problemat. Nicandrum in Alexiphar. D. Auguſtinum lib.21. de Ciuitate Dei, Beroaldum in Annotat. in Galenum, Dioſcoridem lib.5. cap.168. Orpheum de Gemmis, Theophraſtum libro de Lapidibus. Extat & libellus de natura magnetis & eius effectibus, autore Ioan. Taiſnerio Hannonio editus, impreſſus Coloniæ apud Birkmannum. Amittit vires magnes, & ferrum repudiat, allio illitus: reſtituuntur autem ei vires, ſi ſanguine hirci polluatur, vt ait Ruellius lib.1. de Nat. ſtirp. cap.22. Contrariæ naturæ magnetis eſt, lapidis Theamidis vis, quæ à ſe ferrum abigit, lapis in Aethiopia natus, authore Plinio lib. 36. cap.16. Diſſidet quoque in tantum Adamas cum magnete, vt iuxtà poſitus, nō patiatur à magnete ferrum abſtrahi, aut ſi apprehēderit retrahat, propter quandam ſurdam & obſcuram rerum antipathiam, Plin. lib.37. cap.4.

## *Num lapides viuant & creſcant:* CAP. IIX.

CArdanus viuere quæ de elementis miſcentur exiſtimauit, & ideò lapides quoque, quia illud illis conuenit, lib.7. de Subtilit. Item quod & lapides, morbos, ſenectutem & mortem patiantur. Nam ſenio confectus magnes, non trahit ferrum, debilitaturq́; pedore & ſqualore, vt animal, ideoq́ue & creſcere lapides exciſos, quia viuant. Leo Baptiſta Albertus libro 2. de Re ædific. cap.9. Quid illud, inquit, quod in marmoreis lapidicinis compertū habent, marmora excreſcere? & paulò pòſt in Gallia in agro Corneliano, tradit in peralta torrentis ripa, lapides concipi, & parturiri. At Ariſtoteles libro 1. Magnor. moral. capite 3. nec viuere, nec ali lapides melius do

cuit. Si enim lapides creſcant, illud fit additione noua materiæ conſimilis: quòd ſi in lapicidinis renaſci quis putet, fallitur: nam non renaſcuntur abſciſſi, ſed abſciſſis ſuperioribus terræ induratæ glebis, terra quæ ſuberat lapideſcit & induratur. Sic Leo Baptiſta lib.2. de Re ædific. cap.9. quoque innuit, dum ait, Romæ per hæc tempora inuenta ſub tellure fiſtuloſi lapidis Tyburtini minutalia vnum in ſolidum lapidem, temporis, terræque, vt ita loquar, fomento concreuiſſe. Docet & apertius lib.3.cap. dum in lapidibus venas eſſe tradit, prout materia ſuper infuſa eſt, & incruſtationes acceſſerunt. Et ſi viui dicantur lapides aliquando, id metaphoricè, non verè à vilorum, vt viuos lapides ex pyritarum genere, qui ignem excutiendum continent, apud Plin.lib.36. cap.19. Seneſcunt autem & vitia concipiunt, ſed id accidit extrinſeca cauſa, non autem quòd vita illis deficiat, ſed quòd materia illorum vel diſſoluatur, vel corrumpatur: ſic mors etiam ſaxis nominibusque venit, id eſt, diſſolutio compoſiti, & abolitio. Neque ad rem pertinet, quod Theophraſtus & Mutianus credunt aliquos lapides párere, vt refert Plin.lib.36.cap.18. Nam neque id credo, ſed arbitror intra illos poſſe condenſari partem lapidis, & ſic creſcere, & ita intra vnum lapidem alium gigni, id eſt, diuidi, nempe partibus intrà ſeparatis, vt dum ſemina intra cortices vel ſiliquas areſcunt, & ſeparantur humore delapſo, ſed hoc non generatio, ſed diuiſio eſt. Sic quod poſſet obijci, quòd aliqui lapides ſint corrodentes & abſumentes corpora, vt refert Plinius lib.36. cap.17. non arguit eos viuere; ſed vi elementi reſoluere.

---

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS,

## LIBER XXXVII.

### In quo agitur de Metallis.

### *De Metalli nomine.* CAP. I.

INTER ea quæ è gremio terræ effodiuntur, ſunt metalla, dicta à μεταλλάω, fodio, Heſychio: vel, vt alijs placet, μετὰ τὰ ἄλλα διερευνᾶσθαι, ab eo quòd vnũ iuxta aliud inueniatur, quia genera etiam metallorũ, quodammodo mutuo hæ-



mo hærent, & proximè inueniuntur, vt ſcribit Plinius libro 33. capite 6.

### *De Generatione metallorum.* CAP. II.

DE generatione metallorum diuerſę fuerunt opiniones. Ariſtoteles namque lib.3. Meteor. cap.fin. duo exhalationum genera ſub terra ponit, ſimilia his ex quibus diximus generari meteora: nempe exhalationem vnam aridam, ex qua lapides generentur, & res duræ. Aliam humectam, ex qua fiant metalla, eaq; quæ funduntur. Has autem iungi terræ craſſæ & viſcoſæ, particularis quibuſdam, quæ illo humore, ſeu exhalatione conglutinatæ, indurataeq; frigore, vel metalla, vel lapides faciunt, prout maior vel minor fuerit interni humoris copia. Subſcribit Theophr. lib. de Lapidib. Peripatetici & Academici omnes, & Ian. Lancinus lib.1. Chemic. art. cap.12. Plato quoq; in Timeo, ex humore craſſo metalla fieri putat, vocatque metalla, aquas fuſiles, ex quibus aurum reliquaq; metalla generari tradit. Vnde & ratio ſuggeritur, cur metalla nitida ſint: nempe ꝙ ex nitido, puro, ac ſolido humido, in quo lux colligitur, vt in ſpeculis, vt notat Card. lib. 6. de Subtil. At Chemiſtæ aliqui, & ferè omnes, aliam tradiderunt metallorum generationem, dicuntq; materiam propinquam omnium metallorum eſſe argẽtum viuum & ſulphur: ſulphure agente & cogente, & argento viuo patiente. Ita & Auicenna quoque ſentit, in Phyſicis & in Chemia, & in Epiſtola quam ſcribit ad Hazon Philoſophum: probatur & in libro qui Correctio fatuorum inſcribitur, & apud Gebrum, Lulium, Lancinium paſſim in Chemicis. Sulphur exiſtimant pinguedinem terræ, in mineris eius generatam, per temperatam decoctionem inſpiſſatam, & induratam, argentum viuum. Interdum tamen dicunt, idem eſſe ſulphur & argentũ viuum, re & nomine, vt in collectaneis Chemicis aperit Ianus Lancinius cap.51. lib.1. Conſtituunt etiam duas ſpecies ſulphuris, liquabilis & illiquabilis: & ita metalla liquabilia, liquabilis ſulphuris fermentum & ſpeciem habere, vt aurum, argentum, &c. Sin autem ſint illiquabilia, vt marcheſita, magneſia, antimonium, &c. habere ſulphur illiquabile, Lancinius libro 1. Collect. capite 12. Quam tamen opinionem Chemicorum reijcit Georg. Agricola libro de re Metallica, & Gaſpar Contarenus lib.3. de Natur. Philoſ. capite 6. Alb. Magnus lib.3. de Reb. metall. tract.1. cap.2. propriam materiam metallorum & liquabilium, conſtare tradit

ex quodam vnctuoſo aqueo incorporato, quod vere liquidum humidum, cuius opinio accedit ſententiæ præ- relatæ Ariſtotelis : nam & is lib.5. metaphyſ. ſcribit om- nium liquabilium materiam eſſe vnam, nempe aquam, illamq́; vnctuoſam intrinſecè, non extrinſecè, talem quæ olei, proinde non cremabilem: ideoq́; lapis, vt metallum, non liquatur, quia nō habet humidum vnctuoſum vis protegens, ſed aqueum, quod igne difflatur.

## *Metallorum diſtinctio.* CAP. III.

METallorum quædam ſunt naturalia, eaq́; ſeptem, aurum, argentum, electrum, ſeu aurichalcum na- turale, ſtannum, plumbum, ferrum. Dicitur & ar- gentum viuum, quod & hydrargyrion & argentum al- bum: quædam arte mixta, chalybs, cyprium æs, aurichal- cum fictitium, vt ſtannum mixtum. Horum puriora, quæ minus habent terrenæ concretionis, vt aurum, argen- tum : impuriora, plus vt æs, ferrum, &c. Quæ plus terræ habent, difficilius funduntur: quæ minus, facilius: & quò terrea, eò magis rubiginem contrahunt. Humidiora, vt aurum, argentum, plumbum, ſiccioribus grauiora & ma- ioris ponderis ſunt, vt ferro, ære.

## *De auro & argento.* CAP. IV.

AVrum, vt ferunt, generatur ex ſulphure ſubtili & ru- beo, & ex viuo argento ſubtili & albo, ſulphuris ta- men amplius habet, cum pura concoctione elemen- torum, vnde nec rubiginem contrahit, defæcata omni ex parte vnctuoſitate. Argentum quoq; ex vtroq; fit, ſed ha- bet plus argenti viui, aerei atq; humiditatis. De mineris vtriuſque latè Vanoccius Biringuccius libro 1. pyrote- chniæ, cap.1. & 2. Caliſthenes exiſtimabat vt chemiſtæ quoq; vnam formam eſſe metallorum, nempe aurum, ad quam, cùm decoctio mineralis non poſſet peruenire ge- neratio fieret aliorum metallorum pro modo virtutis, vel argenti, plumbi, ſtanni, &c. Albert. Magnus lib.3. de me- tall. tractat.1. c.7. Quamobrem chemici ſummoperè labo- rarunt, & adhuc laborant, in obtinenda & comparanda illa vltima perfectione, qua tranſmutare ſatagunt alia metalla impura in aurum, cuius rei extant pleraque volu- mina, nempe teſtamētum & codicilli Lullij, Ioan. Lanci- nij Chemica collectanea, praxis Ioan. Anglici diaconi, Ortulani opus, Ioan. Chryſippi de arte metallica, Morie- ni Romani de transfiguratione metallorum, Thomæ de metallis, Albert. Magn. lib.2. & 3. de metallis, Auguſtini Panthei



Panthei Veneti liber de arte & tranſmutatione metallo- rum: item voarchadumia eiuſdem. Extat & Auicennæ de tinctura metallorum, item compendium animæ tranſ- mutationis Lullij, item ſcala philoſophorum. Item alius liber opus mulierum : alius ludus puerorum, alius Lullij compendiū de tincturis, alius tributus Ariſtoteli de pra- ctica lapidis philoſophici, alius Hebri vel Gebri, alius Hermetis, alius dictus Correctio fatuorum, alius de la- pide philoſophico, alius clangor buccinæ, alius ſenten- tia ſemitæ, item Arnaldi de villa noua libri, Roſarius phi- loſophorum, alius lumen nouum, alius epiſtola ſuper al- chemia ad regem Neapolitanum: item alius Roberti Val- lenſis de antiquitate & veritate artis chemicæ. Qui om- nes certè miranda canunt, ſed non credenda, &c.

## *In quibus inueniatur aurum & argentum.* CAP. V.

SCrutantur, vt habeant aurum, omnia auari homines, vt non mirum ſi aurum palleat veluti metu tot homi- num, qui ei inſidiantur & concludant, perſequuntur cum Pindaro ode 1. Olympic. dicentes,

ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ
χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ
ἅτε διαπρέπει νυ-
κτὶ μεγάνορος ἔξοχα πλούτου. id eſt,

Optima quidem eſt aqua, at
aurum velut ardens ignis noctu,
excellit ſuperbè inter ſuperbas diuitias.

Digni tamen, qui inſigniantur ob illum ſingularem au- ri amorem vanum, ſingularibus verbis & titulis, auriti Midæ, quem ferunt ob auri votum & corruptum iudi- cium, aſininas aures nactum eſſe, vt ait Ouid. lib.11. Me- tamorph. cupiditas enim hæc, cum ſit vaniſſima haben- di ea quæ per ſe nihil vitæ proficiunt, niſi commercij commutandi cauſa, non poteſt eſſe non aſinina, nempe congerere & aſſeruare præter modum, quæ tibi nec ali- cui cuſtodita proſunt, nihilq́; turpius quàm imagina- riam ſibi in futurum fingere neceſſitatem. Neque non poſſum præclarum iudicium Athenienſium mirari, qui in Arthmium zelitem, ita ſententiam tulerunt, teſte De- moſthene orat.3. contra Philippum: Arthmius Pythona- ctis filius zelites, ignominioſus eſto, & hoſtis populi Athenienſium & ſociorum, ipſe & genus, quòd aurum è Media in Peloponneſum vexit. Omitto reliqua de abuſu auri

auri & pecuniarum, de cæco Plutone, de ſacra fame, de impijs actibus natis ex illo referre, pertractanda ſc toribus. Redeo ad rem, perquiri, & inueniri aurum le ligi, ex ramentis fluminum quæ arenas habent quaſdam intermittas aureas, vt in Pado Italiæ, Tago Hiſpaniæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Aſiæ, Gange Indiæ, Phyſon vo cat Moſes Geneſi 3. quem dici Gangem teſtatur Strabo lib. 15. De iſtis fluminibus hæc refert Plinius lib. 33. cap. 4. In Ozo fluuio Bactrianorum quoque in Pæonia nar tur. Ariſtot. lib. de mirab. auſculta. Secundò aurum o ditur in ſcrobibus, aut ruina montium. Tertiò, cuniculis actis per profunda montium caua. Quartò, in India ſe runt apud Scythas à formicis & gryphibus erui, Plinius lib. 33. cap. 4. & lib. 7. cap. 2. Lucian. in Gallo. Dicunt quo que Ophiuſam inſulam anteà Pelagiam dictitatam, au reo quondam imbri perfuſam, teſte Ammia. Marcell. lib. 17. Poſtremo vereor affirmare quod plerique iactitant, quod tamen nunquam conſequuti ſunt, vt opinor, chemica operatione aurum & argentum perfici ex alijs imperfectis metallis, & ad id detorqueri poſſet, quod ... dræ 4. cap. 8. dicitur, paruum puluerem vnde aurum fit, aureum ramum, de quo Virgil. in 6. Aeneid. & ecloga ... Heſperidum aurea mala, & apud Ouid. 10. Metamorph. Heſiod. in Theogon. quas fabulas trahunt Heſichius, & Suidas ad chemiam, vt alij vellus aureum. Inuenitur argentum in argenti fodinis. ſed & Plinius lib. 26. cap. ... tradit, quòd ignis accipit arenas, ex quibus alibi vitrum, alibi argentum, alibi minium, alibi plumbi genera, alibi pigmenta, alibi medicamenta fundit, igne lapides in ... fundi, igneq; ferrum gigni.

## *De Aurichalco.* CAP. VI.

AVrichalcum, vel vt alijs placet ὀρείχαλκον, duplicis eſt ſpeciei: vel naturale, quod in montibus exeritur, vel factitium, quod parte quinta auri conſtat, alijs electrum: colorem enim eius imitatur, Plinius libro 33. capi te quarto, vocant Galli latonem. Veruntamen Vanno cius libro primo Pyrotechniæ, capite octauo, foſſile & naturale reperiri negat, ſed ex ære quod vocamus cy prum, & *ærain*, componi, tinctura adiuncta: tingi autem cum lapide calaminari, fuſione æris cum eo facta, & ... tri puluere iuncto, & percolato ære. Humecta conſtat na tura aurichalcum, ſed terrena & impura, tamen maiori calore decocta quàm ſit æris. Ideo purius & nitidius eſt, & durius propter maiorem decoctionem.

## *De Aere.* CAP. VII.

AEs nobis ſimpliciter dicitur, *Cuyure*, item æs cypriū, foſſile ex fornacibus & minerijs æris oritur, & cad mia, quam dicūt Tuthiam communem, & pompho lygem, vnde & ea materia æris eſſe dicitur, vt & flos æris. De quibus Amatus in Dioſcoridis librum quintum enar ratione 43. Iſidorus Etymolog. lib. 16. cap. 19. Plin. lib. 34. cap. 9. & 10. Vannocius lib. 1. Pyrotechniæ, cap. 3. Aes, vt ait Iſidor. rubiginem celerius contrahit niſi vngatur oleo: ſeruatur autem optimè in pice liquida. Hoc ſonorum eſt, ideo tubis inſeruit.

## *De plumbo, & ſtanno, ceruſſa, ſandaracha.* CAP. VIII.

PLumbi quatuor conſtituuntur genera, primum al bum dicitur, quod ſtannum aliter. Secundum, nigrum plumbum vulgare. Tertium, Biſemutum, medium in ter album & vulgare. Quartum genus ex ſtibio fit quod vulgò antimonium, quod eſt lapis inuentus in argentifo dinis. Plinius lib. 33. cap. 6. multa lib. 34. cap. 16. 17. 18. Stan num ſtridorem quendam retinet. Miſcetur & ſtanno in terdum plumbum nigrum ad octauā partem, quod ſtan num à Mediolanenſibus dicitur Peltrū. Plumbum album & nigrum inueniſſe primum Midam dicitur ab Higinio in fabulis cap. 274. Plinius Midacritum vocat lib. 7. cap. 56. vbi & de inuentoribus aliorum metallorum. Plumbū fit ex humore craſſo, impuro, maleq; decocto, ideoque molle, nigrum, graue, & denſum admodum eſt: & in lo cis frigidis & humidis naſcitur plerumque. De minerijs plumbi & ſtanni, apud Vanoccium lib. 1. Pyrotechniæ cap. 4. & 5. Ex plumbo & aceto, fit ceruſſa, vt ait Galen. lib. 9. de ſimplic. medicam. facult. Plin. lib. 34. cap. fin. Vi truuius lib. 7. c. 12. Hæc aduſta, in ſandaracham adulterinā tranſit, quę & dicitur ſandix Syrium, Aetius lib. 2. Plin. lib. 35. cap. 6. Ama. Luſitan. in Dioſcor. lib. 5. Enarrat. 63. Memi nit Plin. lib. 33. cap. 66. de vena plumbi, quam galenam di ci autumat, quæ iuxta argenti venas, reperitur.

## *De ferro, & chalibe.* CAP. IX.

FErrum, metallum leuius ſuperioribus, poroſum, ni grum, inæquale, quoniam in eo humor inequalis eſt, & abundat maior copia ſiccitatis. Accedit huic formę

chalybs,

chalybs, id eſt, ferrum denſius, propter maiorem humiditatem, magiſq; decoctam, Sebaſtian. Foxius lib. 3. de natur. philoſoph. cap. 6. de differentijs ferri & illius liquamine & induratione, Plin. lib. 34. cap. 14. & 15. De minera ferri, Vanoccius lib. 1. pyroteh. cap. 6. & de arte miſcendi chalybis cap. 7. Tradit & Ariſtot. lib. de auſcultat. mirabilibus chalybem etiam ex ſabulo quodam generari.

### *De argento viuo & chemicis metallorum nomenclaturis.* CAP. X.

ARgentum viuum, ſpecies metalli dicitur, ob continuum ſuum motum & Græcis ὑδράργυρος, aqueum argentum: à chemicis dicitur Mercurius: ſicut aurũ, Sol: argentum, Luna plumbũ, Saturnus: Iupiter, ſtannum: cuprum, Venus: Mars, ferrum. Argentum viuũ, ex ſubſtantia terrea & aquea indigeſta eſt, multumq; aeris immixtũ habet: Quò fit vt mobile ita ſit, & igne in auras euolet, & defluat in fumum & reſoluatur. De hoc latè diſputat Albert. Magn. lib. 4. de reb. metallic. tract. 1. cap. 1. Plin. lib. 33. cap. 6. Inuenitur autem argentum viuum naturale & foſſitium, & artificiale ſeu factitium, vt monet Amatus Luſitanus in 5. Dioſcorid. enarrat. 70.

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS,

## LIBER XXXVIII.

In quo agitur de participantibus naturæ lapidum & metallorum.

### *De alijs corporibus mixtis ſimplicibus & ſine vita exiſtentibus, vt de vitro, & nitro primùm.* CAP. I.

TERTIVM quoddam genus foſſilium, inter lapides & metalla compoſitorum corporum ſimplicium, eſt eorum quæ tantæ nõ ſunt ſiccitatis aut caloris vt lapideſcant omnino, nec tanti humoris, vt formam metalli capere poſſint: cuius generis ſunt vitrum, nitrum, alumen, bitumen, ſulphur, ſales, & atramenta ſeu tincturæ chemicorum. Vitrum



trum fit ex arenis, conchis vel foſſilibus, vel ex cineribus nitri vel filicis, Plin. lib. 36. cap. 26. Nitrum vulgò ſalitor, herba dicta kali, vnde ſalkali vel halkali, ex qua cineres fiunt. Hancq; herbam Amat. Luſitan. in 3. Dioſcor. enarrat. 153. putat eſſe vnam ſpeciem anthylis, quam naſci in lacubus maritimis tradit, & in Gallia & Italia dictam ſalicornium. Et in lib. 4. enarrat. 54. etiam eius ſpeciem quã vocant Tragon, ſuſpicatur, qua vitrum fiat & ſapo: eamq; ab Hiſpanis, vulgò vocari Sodam Batriliam. Eſt tamen aliud nitrum foſſile, Dioſcor. lib. 5. cap. 90. nobis nitrum, ſalpetre. Meminit & de aphronitro ſeu de ſpuma nitri, Plin. lib. 31. cap. 10. Galen. lib. 9. ſimplic. medicam. facult.

### *De Alumine.* CAP. II.

ALuminis tres ſunt ſpecies, ſciſſile, rotundum, liquidum, de quibus Galen. lib. 9. ſimplic. medicam. Plin. lib. 36. cap. 19. Dioſcor. lib 5. cap. 123. Amatus, ſex adfert ſpecies, alumen roche, plumæ, ſfæcis vini, catiui, ſcaliolæ, zuccharinum, de quibus tractat lib. 5. in Dioſcorid. enarrat. 83. Paulus Aegineta lib. de apparatu medic. addẽdus Plin. lib. 35. cap. 15

### *De Bitumine.* CAP. III.

BItumen, eſt gleba quædam ſiue terræ, ſeu maris vel paludis. melius Iudaicum, gignitur & in Phœnice, Babilone, Zacyntho, Sidone. Liquidum etiam eſt Ciliciç, quod adulteratur pice: videndus de his Galenus lib. 4. de facult. ſimplic. medicam. Paul. Aegin. in appar. medicament. Dioſcor. lib. 1. cap. 100. 101. 102. vbi de piſſaſaphato, naphtha, colamine, bituminibus, & alibi limum, alibi terram eſſe ait. Bitumen, ſulphureum, vt & Plin. lib. 35. cap. 15. vbi de naphtha & alijs, & alibi.

### *De Sulphure.* CAP. IV.

SVlphur, eſſentiæ eſt tenuis, & temperamenti calidi, vt ait Galenus lib. 9. de facultat. ſimplic. medicam. Quatuor genera ſulphuris ponit Plin. lib. 35. cap. 15. vnum viuum, quod Græcis ἄπυρον: Secundum dictum gleba fullonum, officinis tantùm familiare: Tertium egula dictum ad ſuffiendas lanas pertinẽs: Quartum ad ellychnia tantum conficienda ſeu ad ſulphurata, videatur Aegynet. de appar. medicam. Dioſcor. lib. 5. cap. 124. Hoc ardent interdum montes, vt Veſuuius, Aethna, Puteolanus, & alij.

X

## *De Salibus.* CAP. V.

SAlis plura etiam genera, nam alij ſunt marini, victui hominum familiares, vt aliqui fontani & foſſiles: ſunt tamen vt plurimum foſſiles, minerales & metallici, vt ſal gemmæ, qui eſt lapis grauis, lucidus, denſus: item ſal harmoniacus, vt ex Cyrenaica regione, ſub arenis latens, ſal alcali, de quo ſupra in vitro: ſpuma ſalis ſeu halinitrũ, de quibus videndus Amatus Luſitanus in Dioſcor. lib. 5. enarrat. 90. 91. Galen lib. 11. ſimplic. medicam. Dioſcor. lib. 5. c. 126. Plin. lib. 35. cap. 7.

## *De Atramentis.* CAP. VI.

DIcuntur atramenta, quædam ſubſtantiæ foſſiles lapideſcentes vtcunque ex terra, & aqua: hæc primum ſunt liquida, poſtea coagulata. Atramenti quinque genera præcipua, primum album, quod Arabes dicunt kadidis: ſecundum rubeum, Arabibus aſſuric: tertium citrinum quoddam, Arabibus alkofol: quartum aliquod viride, quod Arabibus alcacantum, alijs vitriolum: quintum aliquod fuſcum, habens aliquid liuidi ſeu pallidi aurei. De quibus Albertus Magnus lib. 5. de rebus metall. tract. 1. cap. 2. Rhaſis de atramentis, Ianus Lancinius lib. 5. collectancor. chemicarum cap. 1.

## *De tribus ſpiritibus mineralibus, & alijs medijs.* CAP. VII.

CHemiſtæ vocant tres ſpiritus, minerales, argentum viuum, ſulphur, & arſenicum: ſunt alia cum ijs media, vt minium, chryſocolla vel attincar, aut auripigmentum, ochra, chalchites, Armenius lapis, Cyaneus ſeu lazuli, & alia, de quibus Dioſcorides in 5. & ſui enarratores Matheolus, Manardus, Amatus, Fuchſius, Conſtantinus, & alij.

SYNTA



# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER XXXIX.

In quo agitur de virtutibus.

## *Quid tractandum ſit in hoc & ſequenti libro, & de affinitate virtutum & vitiorum.* CAPVT I.

IAM lib. 4. ſyntax. cap. 7. tractauimus ſatis abũdè in genere, de virtutibus & diſtinctione vel diuiſione earum: habetq́; caput illud de virtute, in commentarijs noſtris tranſcendentiũ, dilucidam explicationem. Quædam etiam in ethicis generalia de moribus: de virtute animali, in animalibus: de vegetabili, in plantis: de cœleſti in libris de mundo: & de elementari, dum de meteoris percurrimus: vt nunc tantum ſupereſſe videatur ſingularis quædam explicatio virtutum & vitiorum, claſſis penultimæ ſpeculi artis poſiti lib. 2. ſyntax. cap. 1. Quamobrem hic libellus de virtutibus ſeparatim aget, poſtea autẽ poſtremo libro vltimam vitiorum & virtutum oppoſitarum explicationem, eo ordine quo ſingula in prædicto ſpeculo fuère propoſita, vt memoria tenacior ſit, Deo iuuante, abſoluemus: virtutibus virtutes proximas, & vitia vitijs connectentes, vitiaq́; cum proprijs virtutibus comparabimus, vt eluceſcant & facilius diſtinguantur iuxta ſe contraria poſita. Virtutes quippe omnes, quodam iure familiaritatis & ſanguinis, ſunt ſibi hærentes, vt vix, qui vnam habuerit, alias non conſequatur, vt notat Cicero 2. offic. & 2. Tuſculanar. & 5. de finibus. Platoq́; in Protagora, vbi vnam tantùm dixit virtutem, iuſtitiam nempe, cæteras continentem, & Ariſtoteles & Galenus latè libro ſeptimo de decret. Hippocrat. & Plato. vti etiam vitia ſe mutuò conſequuntur, & abyſſus abyſſum inuocat: & ſemper in peius vitium ruit. Quare perpulchrè Plutarch. libro de different. inter odium & inuidiam, ſcripſit, vitia multitudini hamorum ſimilia eſſe, quæ ſi cum pendentibus ex ipſis affectibus, huc atque

illuc moueantur, pluribus inter ſe nodis atque implicationibus connectuntur: ipſa verò, quemadmodum in ægritudinibus accidit, alia ob aliorum dolorum dolorem cruciantur: proinde, vt idem libro de ſera numin. vindic. vbi vitium vnum, ibi plura. Sunt etiam vitia virtutibus proxima, & quæ ſæpe pro virtutibus habentur: & contra ſunt virtutes, quæ proximis ſibi vitijs ſolent valde lædi ob quandam ſimilitudinem. Quò fit, vt vulgus, qui non nouit virtutis & vitij diſtinctiones, pro animi ſui paſſionibus, vt vitium, virtutem calumnietur. Nam humilem, dicit abiectum: erectum, ſuperbum: valde iuſtum, irridendum: doctum, inflatum: ſeuerum, crudelem: indulgentem, facilem: ſimplicem, brutum & ſtultum: acrem, callidum: diligentem & pium, ſuperſtitioſum: remiſſum, negligentem: ſolertem, cupidum: parcum ſobriumque, auarum, quietum, ignauum vecordemq;: abſtemium, morbo aliquo infectum & tenacem: comedentem, edacem: ieiunantem, vanum: liberalem, prodigum, & contra: verecundum, ruſticum: in quibus ſplendor virtutibus adimitur, vt ait Sidonius Apollinaris libro ſeptimo epiſtolarum, epiſtola nona. Detrahebant Paulo anachoritæ, inuidi, & Hilarioni, illum ſolitudinis calumniati, huic obijcientes frequentiam: vt qui ſemper latuit non fuiſſe, qui ſemper viſus eſt, vilis exiſtimetur, teſte D. Hieron. in vita Hilarion. tomo primo oper. Sic Phariſæis, D. Ioannis heremus non placuit, nec ieiunium: nec domini ſaluatoris, turbæ ſocijq;, & cibi placuêre, Matth. capitulo vndecimo, hæc tamen ſunt incerta vulgi veſtigia, beſtiæ multorum capitum, atque iuſti ac tenacis propoſiti vir, odit profanum vulgus, arcet, contemnitq; iudicium illius. Cui nunc tamen præcepta virtutum tantum perſtringemus, vt ſi fieri poſſit, reſipiſcat & mores corrigat, memores eius quod tradit Ouidius lib. 1. de remed. amoris.

*Et mala ſunt vicina bonis, errore ſub illo,*
*Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit.*

Nam quod pertinet ad corruptos mores quibus nunc viuitur, certè dicam quod Heſiodus in Ergis lib. 1.

νῦν δ' ἐγὼ μή τ' αὐτὸς ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος
εἴην, μή τ' ἐμὸς υἱὸς, ἐπὶ κακὸν ἄνδρα δίκαιον
ἔμμεναι; εἰ μείζωγε δίκην ἀδικώτερος ἕξει. Id eſt,

*Ego porrò nec ipſe nunc inter homines iuſtus*
*Eſſe velim, neq; meus filius, quando malum eſt,*
*Iuſtum eſſe: ſiquidem plus iuris habebit, iniuſtior.*

De



*De Iuſtitia.* CAP. II.

ZEno apud Diogen. Laertium, lib. 7. in Zenone, primas dixit virtutes, iuſtitiam, prudentiam, fortitudinem, temperantiam. Et iuſtitiam, ſcientiam eorum quæ fugienda eligendáve ſunt, quæq; ſunt media. Hæc Ariſtot. lib. de virtutibus. virtus animi, quà tribuitur quod cuiq; par eſt tribui. Quam finitionē varijs exornat honoris titulis Orphæus in hymnis duobus iuſtitiæ, & Philo Iudæus lib. 2. de vita Moſis. & libro primo legis allegoriarum & alibi. Cicero 1. officior. nosq; latè de ea in primo libro præludiorum optimi Iuriſconſulti. Et in ſumma hæc bonos patresfamilias, homines ciuiles, principatu dignos, vtiles ſibi & ſuis facit: verè regia virtus, ſine qua nec vllus bonus, vt dixiſſe Socratem refert Xenophon libro quarto de dictis & factis eius, hæc leges ferentibus adſuit, proinde qui hanc habet, perinde ac Solon, ac Draco leges feret, vt Gymnoſophiſtæ, ſapientes Indorum docuerunt Apollonium Tyaneum, auctore Philoſtrat. lib. 6. de vita eius capitulo vndecimo. Iuſtitia murus arduus, quem non obliquis doli vis ingreditur hominū genus, ſecundum Maxim. Tyrium ſermo 2. omnia iuſtitiæ cedunt publica, & priuata, illa temperantur: ideo in Pythijs à Pindaro ode 8. quies iuſtitiæ dicitur filia, quæ habet claues conſiliorum & bellorum excellentiſſimas, vrbium conſeruatrix: iſta ſine aduerſario, quia iudicis officio fungitur, vt ſcribit Philo Iudæus 1. allegoria. Leges & Demoſthen. oratio. 1. contra Ariſtogito. per hanc eius adminiſtri magiſtratus, bonos à malis diſcernunt, maloſque puniunt intrepidè, Plato in amatoribus, & 9. de legibus. Hæc itaque ſpeculatrix vitiorum, & caſtigatrix inuicta, vtpotè tribus ſuffulta comitibus, ſanctitate, veritate, & fide, vt ait Ariſtot. lib. de virtut. Præſtat & vel eo maximè cæteris virtutibus, quòd aliæ à nobis poſſeſſæ, noſtræ potiſſimum conſulant vtilitati, illa tamen & noſtræ & aliorum omnium, teſte Ariſtotel. lib. 5. ethicor. cap. 1. diſtribuit enim quæ cuiuſque ſunt: quod & tradit Iſocrates oration. de pace. Addit & commodè Suidas, in verbo ἀρετὴ, iuſtitiæ comites, æquabilitatem, & gratiam. hæc in voluntate poſita & in re ipſa, conſtans & perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi Iuſtiniano, vt explicamus in præludijs Iuriſconſ. c. 1. ita propria, vt voluntatis erit hominis virtus, & ſi re ipſa, quædam æqualitas aliquæúe partes iuſtitiæ, in animalibus brutis eſſe vi-

deantur, vt cùm Delphini inter ſe partiuntur venationis piſcium partes, & maiorem relinquunt ei qui capturæ cauſa fuit, teſte Aeliano lib. 2. de animalibus cap. 8. Sic & quædam refert de Leonis iuſtitia, idem lib. 5. c. 39. Quæ tamen & alia ſimilia verè iuſtitiam non exhibent, cùm inſtinctu naturæ fiant à brutis & ſine voluntate, & plerumq; in illis inueniantur, quæ à regulis iuſtitiæ omnino declinent: vt optimè Heſiodus dixerit,

> τὸν γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων,
> ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς
> ἔσθειν ἀλλήλους· ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς.
> ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη γίνεται. id eſt,
> *Namq; hanc hominibus legem diſpoſuit Saturnius,*
> *Piſcibus quidem & feris, & auibus volucribus,*
> *Se mutuò vt deuorent: quando quidem iuſtitia carent:*
> *Hominibus autem dedit iuſtitiam, quæ multò optima.*

Quibus docet errare Aelianum, dum brutis iuſtitiæ exercitium tribuit in proximè citatis locis, & lib. 6. de natur. animal. ca. 50. Pari modo qui inter latrones & improbos conſtituunt. Non enim obedientia ad prædandum vel diſtribuendum aliena, iuſtitia mihi eſt, ſed iniuſtitia. Verſatur quippe iuſtitia circa ſocietatem vitæ, communitatem, concordiam, amicitiam, ſimilitudinem morum: circa pietatem in Deum, patriam, parentes, liberos, patres, amicos, affines, vxorem, maritum, hoſpites: in beneficio dando & retribuendo, in diſceptationibus iudiciorum, actionibus & defenſionibus, in conſeruatione iuris cuiuſque, & ſimilibus quæ ad belluas non porriguntur, non ad latrones qui proximis inſidiantur, qui fœdera ſocietatis humanæ perfringunt.

## *De Diuiſione iuſtitiæ.* CAP. III.

PRior diuiſio iuſtitiæ, vt alia ſit vniuerſalis, alia particularis: vniuerſalis, maioribus, & legibus eorum obſequi primaque iuſtitia, qua Deo proxima, qua diuinis: tertia, qua patriæ parentibuſq;: poſtrema, qua vita functis debitum cuique ſuum officium tribuimus, vt notat Ariſtot. libello περὶ ἀρετῶν. In iuſtitia Dei qui maiorum ſumus, debetur obſequium, cultus, adoratio, vt & nouerunt Ethnici, Pythagoras in aureis verſibus, Theognis in gnomis, Seneca lib. 4. de virtutib. in iuſtitia. Et melius noſtri, Auguſtinus lib. de natura & gratia contra Pelagianos cap. 13. & alij omnes. Propter eius authoritatem & magiſtratibus debemus quoque obedientiam,

D.Paul.



D.Paul. ad Roman. 13. propter ordinem in hierarchia hac terreſtri conſtituunt à Deo: nec enim poteſtas niſi à Deo, Sapien. 6. ſimulque lex naturæ ſtatuit inferiores parere ſuperioribus, Dionyſ. Halicarn. lib. 2. Antiquit. Roman. Quid autem debeamus Deo, principibus, magiſtratibus, maioribus, ſenioribus, parentibus, liberis, & alijs perſonis, cùm eccleſiaſticis, tùm alijs: quídve illi viciſſim alijs debeant, tractauimus abundè lib. 1. præludior. optimi Iuriſc. per plura capita, nec hic repetemus, neque ea quæ ad iuſtitiam vniuerſalem pertinent. Sed de particulari pauca ſubiungemus, quæ particularia vniuſcuiuſque in diuiduo negotia, conſiderat: cuius duæ feruntur ſpecies, commutatiua, & diſtributiua. Commutatiua eſt æqualitas in rerum commutatione per contractus quibus vtimur, pro medijs, ad reducendam communicationem ad æqualitatem, vel mediante pretio, ſeu numi æſtimatione, vel ſine pretio in exceſſu vel defectu proportionem Arithmeticam adhibendo. Diſtributiua, eſt quæ reddit cuique quod ſuum eſt, vel in dando debito, vel in imponenda pœna: in quib. non æqualitas inſpicitur arithmetica, ſed geometrica, prout cuique dignum eſt concedi, & ſi olim aliquando, pœna talionis arithmeticam videretur habere, dum dens pro dente, oculus pro oculo, puniebatur, &c. In hac geometrica diſtributione iuſtitiæ, inſpicit iudex gradus delictorum, nec tantùm factum, ſed & delinquentium qualitates, cauſas, voluntatem, ætatem, & reliquas alias periſtaſes, quas in criminibus puniendis in noſtra iuris epitome quærendas dicemus, Deo fauente. Sic in honoribus & adminiſtrationibus diſtribuendis, ætas, habitus, eruditio, experientia, & alia id genus geometricè conſiderantur, non arithmeticè. Quæ latius explicat Melanchthon in Compendio Philoſoph. moral. Quæ & de iniuſtitia, negando, dicta exiſtimare oportet.

## *De alia diuiſione iuſtitiæ & iniuſtitiæ.* CAP. IV.

IVſtitia in ſcripturis ſacris, duplex eſt: vna Moſaica, alia Chriſtiana, illa externa, hæc interna quoq;: illa carnis, hæc ſpiritus: vna politica ſeu ciuilis, humana: altera diuina, cœleſtis, & ſpiritualis: vna phariſaica, altera vera: vna vetus, altera noua: illa præcipit, & nihil implet: hæc omnia implet, quia D. noſtrum Ieſum Chriſtum habet, qui eſt legis implementum, vt ſcribit Barthol. Vueſthemerus, in phraſibus ſacræ ſcripturæ, in verbo iuſtitia.

## *De Iniuſtitia.* CAP. V.

QVid iniuſtitia ſit, ex ſuperioribus per negationem apparet; eſſe inquam vitium animæ, quo amplius quàm par ſit in quacunque re, quis habere vel pollere, ſeu excellere velit, Ariſtot. περὶ ἀρετῶν. Comites iniuſtitiæ, calumnia, iactantia, ſimulatio, calliditas, dolus, fraus, malignitas. Iuſtitiæ duo extrema vitioſa: in exceſſu velle nimium haberi iuſtum: ſic enim Eccleſiaſtes monet c.7. noli eſſe multum iuſtus, & Eccleſ. c.19. eſt iuſtus qui ſe nimium ſubmittit multa humilitate. Sicuti nimia religio, hoc eſt non limitata cancellis rationis, tranſit in ſuperſtitionem, de qua poſteà. In defectu autem, dum quod iuſtum eſt, non fit, vbi via ſpatioſa quam multi ſequuntur, tritaq; perditorum & ſtultorum infinita multitudine.

## *De Prudentia.* CAP. VI.

MOnet Deus, vt ſimus prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices vt columbæ, Matth. 10. Proponit, &c. 25. exemplum imitandum virginum prudentum: item Lucæ 12. fidelem & prudentem diſpenſatorem, præcipit & D. Paulus ad Titum 2. vt ſimus prudentes. Quæ omnia, omnes virtutes nobis proponunt ſub nomine prudentiæ, quia nulla virtutum prudentia vacat, ſi credamus Cicer. 5. Tuſcul. Atque vt ait Hierocles in commentarijs ad carmina Pythagorica, illud iuſtum eſt, quod perfecta prudentia circumſcribit. Et vt D. Auguſt. libro 83. quæſt. quæſt. 31. Prudentia eſt rerum bonarum, malarum, & neutrarum ſcientia, firmatque lib. 19. de Ciuitate Dei, c. 4. Etenim prudentia quæ eſt in animæ rationabili parte, quæ opinatiua dicitur vel æſtimatiua, ſine arte & ſola ſua vi, conſulere poteſt quæ ſibi & alijs bona ſunt & mala, vt colligitur ex diſputatione Ariſtot. lib. 6. Ethicor. c. 5. & libello, de virtutib. Et per illam conſentiente Cicer. 3. Rhetoric. ad Herenn. poſſumus habere delectum bonorum & malorum, in quibus illa verſatur. Sic in corde prudentis requieſcit ſapientia, & ipſe quoque erudiet indoctos, Prouer. c. 14 ita illa eadem bona, aut adipiſcitur, aut tuetur, aut adauget, aut vtitur illis ſapienter, vt notat Plutar. orat. conſolat. ad Apollo. docetq; quid ſequendum, quidve fugiendum in omni vita. D. Auguſt. ſermo de prudentia ad eremitas, ad prudentiæ munus pertinet authore Macrob. in Somn. Scipion. lib. 1. cap. 8. ad rationis normam, quæ cogitat, quæve agit, reducere, & humanis actibus prouidere. Quare aſſident ei ratio, intellectus, circumſpe-

cumſpe-



cumſpectio, prouidentia, docilitas, cautio, ſicut & Cicero 2. de Inuent. partes alias prudentiæ dicit, prouidētiam, memoriam, intelligentiam ad humanorum actuum vtilitatem. Neque enim, vt ſcribit Philo Iudæus, lib. 1. legis allegoria. prudentia eſt, ſolum verbis ſapere, ſed opere ſpectatum eſſe, actionibus ad virtutem compoſitis. Propriè autem virtus hæc eſt eius qui præſidet, non eius qui ſubeſt, ſententia Ariſtot. 3. Politic. cap. 3. proinde apud Platonem in Alcibiade 2. vel de voto prouidens dicitur ſufficiens conſultor ſibi & patriæ, imprudens contrà. Et in Lyſide vel de amicitia, prudentibus res commendandas cenſet & ducatum aliorum. Neq; quippiam efficacius etiam ad habendos obedientes milites Cyrus ex conſilio vt apud Xenophon. libr. 1. Cyripæd. dicebat eſſe, quàm vt dux prudentior eſſe videatur. Et Eccleſ. c. 10. ciuitates inhabitabuntur per ſenſus prudentum. Et firmiſſimū propugnaculum ciuitatis apud Philonem lib. de ſacrificio Abelis, cogitationes amicæ prudentiæ: ideo, inquit ad Niclem in Euagora orat. 4. Iſocrates, vos qui dominamini, pluris facere oportet prudentiam. Prouidentiam & prudentiam idem eſſe plurimi ſentiunt, niſi quòd prouidentia generalis, prudentia ſpecialis: cùm tamen & prouidentia ſit de ſingularibus, de quibus nos latè in commentarijs Tranſcendētium, cùm explicauimus ſynopſim lib. 4. Syntax. c. 5. vbi agitur de prudentia & prouidentia, & de diuiſionibus eius. Hanc virtutem ex ſiccitate hominis parari Galen. ait, veluti ex humiditate dementiam lib. quod mores animi ſequantur temperamentum corporis, melius tamen, quanquam & conferat aliquid ea diſpoſitio corporis, reſpondit Plato dialog. 26. in Phædro vel de pulchro prudentiſſimum efficere diuinam philoſophiam ſcilicet vt ait Macrob. lib. 1. in Somn. Scipio. c. 8. mundum ipſum & quæ mundo inſunt, deſpicere, omnemq; animæ cogitationem in ſola diuina dirigere: eam quoque perficit tempus & longa experientia, obſeruatioque euentuum, cum legitima ratiocinatione dicit doctrinam & vſum Marſil. Ficinus in argumento in Menone Platonis: vim quoque addit à natura illi Cic. 1. de legib. & Iob 12. in multo tempore prudētia, in tempore inquam conſiderato & obſeruato: alioquin, vt ait Iſocrates in Archidamo orat. 14. quantum ad prudentiam pertinet, non multitudine annorū, ſed ingenio & cura diſtamus. Quocirca in prudentia, vt ait Cic. 1. Offic. hæc concurrere debent, amor veri, meditatio animi, perſpicacitas eiuſdem,

inueſtigatio veri, vel diligentia inquirendi, cum cogitatione, memoria, deliberatione, delectu bonorum ſtudio, & ſcientia: quibus monemur, vt niſi ea omnia conſequamur, noſtræ ſententiæ ne fidamus, ſed prudentes alios conſulamus: quo referendum quod ſcribitur Prouerb. 3. ne innitamur prudentiæ noſtræ: & ad Roman. 12. nolite fieri prudentes apud voſmetipſos: & Eccleſ. 9. cum ſapientibus & prudentibus tractandum eſſe conſilium: paucorum enim ſapientiam & iudicium, potius, quàm plurium inſipientium vereri oportet, vt ait Plato in conuiuio. Cùm tamen plerique philautia hallucinati, ſibi nimium ſapere videantur, quales tumidi philoſophi, qui dicentes ſe ſapientes ſtulti facti ſunt, & euanuerunt in cogitationibus ſuis, vt ait D. Paulus ad Roman. 1. Inter ea quæ prudentiæ ſunt, videtur Aelianus lib. 2. de natura animal. cap. 1. ſagacitatem naturalem referre animalium, quæ ſibi quodammodo in futurum proſpiciunt, inſtinctu tamen naturali, quodq; ſe muniant contra pericula, & in apibus lib. 6. c. 11 Cæterum vt iam in iuſtitia præmonui, hanc reijcio à numero virtutis, cùm nulla inſit illis voluntatis ratio quæ fundamentum virtutum eſt.

## *De Imprudentia.* CAP. VII.

Contrarium prudentiæ vitium eſt imprudẽtia, quod eſt rationalis partis malè & improuidè viuendi cauſa, Ariſtot. περὶ ἀρετῶν. Cui ineſt motus animi inconſideratus, affectuum ineſcatio, imperitia, dementia, obliuio euentuum, philautia, delectus malus & præceps, ſtultitia, temeraria actio, &c. eius exceſſus in temerè præſumendo & vltrà quàm fas prouidendo: defectus autem in non perſpiciendo. Affinis huic vitio, prudentia falſa, quæ verè prudentia non eſt, & tamen eſſe videtur: veluti prudentia huius mundi, mors eſt & imprudentia apud Deum, ad Roman. 8. dum quis prætermiſſis diuinis, inferiora appetit dum voluptatibus ſe polluit, &c. vt ait D. Auguſt. lib. 83. quæſtionum quæſt. 65. Sic villicus iniquitatis, prudenter hac cautione humanarum rerum, dicitur ſe geſſiſſe in ſubuertendis rationibus domini ſui apud D. Lucam, cap. 16. & prudentiores filij huius ſeculi filijs lucis, id eſt, diligentiores in procurandis rebus humanis, quàm filij lucis ſint in tractandis rebus diuinis, eod. cap. 16. Luc. Ita diuerſis reſpectibus quis prudens, id eſt prouidens ſuis negotijs, & imprudens dicitur. Verùm is qui in malis ſolers & diligens eſt, ſi de virtute agamus,



mus, imprudens eſt, quia ſalutem ſuam ſtultè prætermittit, nec curam ſui verè habet, quãtumuis inani impiorum opinione prudens videatur.

## *De Fortitudine & magnanimitate.* CAP. VIII.

Hic de virtute fortitudinis agimus, non de robore athletico, quod vocat etiam Plin. fortitudinẽ, dum artubus validis, firmioribus muſculis, & membris, quis præualet, cuiuſque exempla refert libro 7. cap. 20. & 28. Talis Sampſon, Hercules, Herilus, Virgil. 8. Aeneid. Milo Crotoniates, Gellius lib. 15. cap. 16. Cælius lib. 5. cap. 21. Titormus Buſequa, Cælius lib. 11. cap. 69. Cacus, Ouid. 1. faſto. Monychus Centaurus, Lucan. 6. Pharſal. Ouid. in Ibin, Cleomedes Aſtypaleus, Plutarc. in vit. Romul. Crinitus lib. 15. cap. 3. fortitudo itaque vt virtus, eſt quam vocat Senec. lib. 4. de virtutibus, magnanimitatem, in ea animæ parte quæ facilè incitatur terroribus, ob quam quis non concitatur per illa quæ mortem minantur: & in ſumma nec aliud eſt, quàm in difficilibus & arduis ſeruare alacritatem, ad ſubeunda pericula, & animis abundare: magis præclarè mori quàm turpiter viuere, ſeruarique cupere. Hanc comitantur conſtantia, & grauitas (teſte Suida in verbo ἀρετὴ) atq; animoſitas, generoſitas, fiducia, ſedulitas, & tolerantia. Cicer. quoque 2. Tuſculan. quæſt. lib. 3. rhetor. ad Herenn. & 2. de inuent. addunt alios comites, magnitudinem animi, grauitatem, patiẽtiam, humanarũ rerum deſpicientiam, perſeuerãtiam. Verùm inter patientiam & fortitudinem animi, idem Cicer. in partition. orator. intereſſe ſcribit, quòd venientibus malis obſtet fortitudo, at patientia adeſſe oſtẽdat, quia qui tolerat perfert. Cui ſubſcribit D. Auguſt. lib. 83. quæſt. 31. & lib. de liber. arbit. cap. 13. Ariſtot. 3. Ethicor. c. 6. fortitudinem ponit circa terribilia, ſed non circa quælibet, veluti in perferenda infamia, paupertate, morbo, aut in maris periculis: ſed circa periculum bellorum; verùm alij latius, ad mortis quemlibet contemptum, virtutis & boni cauſa extẽdunt. Sic conſtans ille animus in Dei fide martyrum, fortitudine plenus dicitur, qualis S. Stephani Act. 6. Et apud gentiles inuictus animus in tormentis, vt fortitudo celebratur Socratis in pædore carceris, in hauſtu cicutæ: Miltiadis, in vinculis: Themiſtoclis, Rutilij, Metelli, in exilio: Reguli, in tormentis: & aliorum, in aliorum terribilium magnifico contemptu. Atque Plato in Protagora, abſolutè dixit fortes

fortes eſſe circa metuenda: & Cicero Rhetor.3.fortitudinem dixit eſſe rerum magnarum appetitionem, & rerum humilium contemptum, laborum cum vtilitatis ratione perpeſſionẽ.Item 3.de Finib.Fortitudinẽ in laboribus periculisq; cerni: & D.Ambr.lib.1.de Offic.fortẽ in contemptu periculorũ,& vltrà in conſtãtia aduerſus vitia conſtituit, in extraneorum quoque contemptu & corporeorum, inque virtutum audaci perſecutione. D.Hieronymus in Ioëlem,fortis viri etiam eſſe ait,nec aduerſis frangi, nec proſperis ſubleuari, ſed in vtroque moderatum eſſe. Multa alia de fortitudine, Seneca libro 14.epiſtol.91. & libro 2. epiſtol.37. vbi de duplici magnanimitate, quæ extra bellorum pericula, fortitudinem adſtruunt. Cæterùm nec tolerãtiam omnium, animi fortis eſſe, quiſquam ſibi debet perſuadere. Sed eam tantùm quæ prudẽtiæ eſt, vt monet Plato in Lache & Cratylo, quod à notatione nominis euincit quoque: nam fortitudo, ἀνδρεία, Græcis dicta eſt, quaſi virilis, quia ἀνὴρ vir dicitur: vel ab ἀναῤῥεῖν, ſine fluxu, quod non defluat. Eſtq; fortitudo medium inter temeritatem & timiditatem, vt ait Plutarc.lib.de Virt. morum. Quamobrem illa quæ non eſt prudentiæ, temeritatis eſſe videtur, illa & infœlicium hominum periculis ſe exponere, vt vitam contemnentes, cùm tamen propter virtutem mortem vitæ præponere fortitudinis ſit. Propriumq; fortitudinis eſt, nihil niſi turpia timere, vt ait Macrobius lib.1.in Somn.Scip.cap.10. Vitium itaque aduerſum magnanimitati, vel fortitudini, reprehenſibilis vitæ conſcientia erit, vt ſcribit Seneca 4.de Virtutib. & Cicero 1.Offic. tradit, fortitudinem rectè ab Stoicis dictam, virtutem propugnantem pro æquitate. Nam ea animi elatio, quæ in contemnẽdis periculis, ſi iuſtitia vacat, quæ've pugnat, nõ pro ſocietate communi, ſed pro ſuis commodis, in vitio eſt, non virtutis, potiusq́ue immanitatis. Rurſumq́ue 4.Tuſcul. varijs adductis finitionibus, docet fortitudinem eſſe tolerantiam cum obtemperatione ſummę legis, non in ira vel furore ſitam: ſiquidem ea iram moderatur ratione. Et Galen.lib.7.de Placit.Hippocr.& Plat. eius virtutis ſedem conſtituit ea in parte animæ, quæ iraſcibilis dicitur, Philo autem Iudæus lib.1.Allegor. legis, in pectore.

## *De Diuiſione fortitudinis.* CAP. IX.

ARiſtoteles lib.3.Ethic.ad Eudemum, quinque ſpecies fortitudinis facit, in quibus eadem quis ſuſtinet, ſed non



non ob eaſdem cauſas: quarum illa perpetuò retinenda
pro vera virtute eſt, quæ cum ratione ſuſtinet & metuit
quæ ratio metuenda ſuadet, quo fortis differt ab audace,
qui metuenda non metuit, & omnia temerè aggreditur,
& ſuſcipit: & à timido, qui omnia metuit & formidat: in
medio quorum eſt fortitudo, vt ait D.Auguſtinus epiſt.
29. ad Hieronymum. Prima porrò ſpecies fortitudinis
Ariſtoteli eſt ciuilis à verecundia orta. Secunda, militaris,
vt auxilia horribilium cognoſcantur, ex peritia nata. Ter-
tia, ab ignorãtia horribilium, qualis eſt puerorum. Quar-
ta, ab ſpe, vt qui vino inebriati ſibi perſuadent, quia vi-
num ſpem addit. Quinta, eſt ex affectuum impotentia, ex
concitatis animis, quomodo feræ ſunt fortes, & de hac
fortitudine loquitur Aelianus lib.4. cap.1. de Nat.anima-
lium, dum laudat fortitudinem perdicum pugnantium
præſentibus vxoribus. & libro 5.capite 11. de Fortitudine
apum in defendendis aluearibus, & libro 6.capite 1.dum
ait beſtias ſeipſas ad fortitudinem exercere ſine magi-
ſtro, exemplo apri, leonis, tauri, elephantis. Verùm ſola
magnanimitas & fortitudo illa eſt, quæ rationem habet
coniunctam, aliter illaudabilis & peruicacia: quamob-
rem fortitudini ſocianda eſt manſuetudo, quæ iram mo-
deratur, ne impetu, vt bellua, feratur, vt ait Ariſtoteles li-
bro 1.Magnor.moral. cap. 23. neque enim efferati animi
fortes ſunt, Ariſtoteles lib.8.Politic.cap.4. D.Auguſtinus
adhuc inter fortitudinem Ethnicorum & Chriſtianorum
differentiam adhibet, libro de Vera innocentia, capite 25.
nempe quòd fortitudinem gentium mundana cupiditas
fecerit: fortitudinem autem Chriſtianorum, Dei charitas,
quæ eſt diffuſa in cordibus noſtris. Diuidam & fortitudi-
nem rurſum, pro rerum quibus adhibetur diſtinctione, in
corporis & animi. Corporis, in armis, muſculis, neruis,
robore, conſiſtit, & ſimilibus. Animi autem fortitudo vel
priuata & domeſtica: vel ciuilis, vel bellica, vel togata:
bellica apparet in ſuſtinendis & repellendis periculis, in-
uadendo aut defendendo: togata ſeu philoſophica, in
ſtudio virtutum perficiendo, in libertate dicendi, fiducia
conſilij: in contemptu honoris, imperij, diuitiarum, do-
loris, exilij, egeſtatis, minarum, pœnarum, &c. in mode-
ratione animi, in abſtinentia potiſſimùm libidinis, luxu-
riæ, voluptatisq́ue, in grauitate, liberalitate,
& ſimilibus virtutibus. Cæ-
tera patent.

De Ti-

## *De Timiditate & alijs vitijs fortitudini repugnantibus.* CAP. X.

FOrtitudini in exceſſu repugnat amentia, audacia, immodeſtia, elatio, arrogantia: cupiditas bonorum, pecunię, & principatus, ſuperbia, inhumanitas, pertinacia, confidentia, factio, ſeditio, crudelitas, improbè dicendi mordacitas, detractio, auſteritas. In defectu autem, vitia in fortitudine, deſperatio, ſtupor, puſillanimitas, mollities, diffidentia, ſtudium ſui, ignauia, timor & metus ſiue ratione laborum, mortis, periculorum, exilij, offenſionis, repulſæ, moleſtiæ, inopiæ, infamiæ.

## *De Temperantia & continentia.* CAP. XI.

TEmperantia, virtus eſt concupiſcibilis partis, per quam à malarũ rerum appetitibus reddimur alieni, prout lex iubet, Ariſtoteles libello de Virtutib. & 1. Rhetor. ad Theod. cap. 9. Priuatorum hæc & maxima ciuitatum & quietis virtus, Iſocrates Orat. 13. de Pace, & 3. ad Nicoclem. Verſatur autem circa voluptates & dolores, non omnes quidem, & minus circa dolores: inter hæc enim mediocritas, vt explicat lib. 2. Ethic. cap. 7. & lib. 1. Magn. moral. cap. 22. Circa voluptates itaque potiſſimùm corporis, & quæ conſiſtunt in guſtu & tactu, non quę animi ſunt. Ariſtoteles Problem. ſect. 29. quæſt. 2. & in 3. Ethic. ad Eudemum, & 3. Ethic. ad Nicomachum, cap. 10. Comitantur temperantiam, ornatus & modeſtia, teſte Suida. Et Plato dialog. 3. de Republica, ei attribuit obedientiam magiſtratuum, quod ad ſubditos pertinet: quantum autem ad Principes, vt à venereorum, epularum, compotationumque vſu, continentes ſint. Et in Charmide, ſeu de temperantia illius eſſe dicit, omnia quietè agere, quietè & ambulare & loqui: item pudorem & reliqua omnia, quę in menſura conſiſtunt. Qua ratione certè & virtutum omnium fiet aggregatio temperantia, nõ propria virtus. Eadem ferè ſentit Seneca libro de Virtutib. dum eam nomine continentiæ explicat. Ad Ciceronem lib. 1. de Finib. bonor. & malor. tradit, temperantiam mouere nos in rebus aut expetendis, aut fugiendis, vt rationẽ ſequamur, nec ſatis eſſe iudicare quid ſequendum ſit, ſed ibi ſtare oportere. Zeno autem continentiam ſeu temperantiam affectionem dixit inſuperabilem rectæ rationis, ſiue habitum voluptatibus inuictum. Et D. Auguſtinus libro 83. Quæſtionum, quæſt. 31. moderatam dixit dominationem rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animæ. Et 1. de Libero arbitrio, cap. 13. dicit eſſe cohibitionem animi ab his, quæ turpiter appetuntur. Macrob. quoque lib. 1. in Somn. Scip. temperantiæ tribuit, nihil appetere pœnitendum, in nullo legem moderationis excedere, iugo rationis cupiditatẽ domare, quæ mutuata ſunt ex libro 4. Xenophontis de Dictis & factis Socratis. Huc pertinet præceptũ, Non concupiſces, &c. Exod. 20. Deut. 5. 7. & Eccleſ. 25. quo prohibetur furtum, adulterium, luxuria, & cupiditas alienorum omnis, & reuocantur homines ad temperãtiam, id eſt, ad virtutes. Nam ſicut omnis virtus in mediocritate conſiſtit, à defectu & exceſſu aliena: ita temperare ſe à malis, nihil aliud eſt, q̃ in mediocritate illa conſiſtere: vt contrà, concupiſcentiæ nomine, quæ cancellos rationis & mediocritatis tranſcendit, omne vitium continetur, fomes & fomentum omnium malorum. Ita & radicem eorum, dixit D Paulus 1. ad Tim. 6. & Iſidorus lib. 2. de Summo bono, cap. 41. Nam ex concupiſcentia & cupiditate incenditur animus ad habendum vel faciendum quod nõ licet: & dum paſſiones illas conceperit, generat peccatum: peccatum autem conſummatum mortem parit, Iacob. 1. cui morbo obuiam it temperantia, per continentiam: continens namque temperans eſt, vt ait Ariſtoteles lib. 2. Magn. moral. cap. 6. vbi & fusè ſingula proſequitur. Sic Cicero 2. de Inuentione, continentiam deſcribit eſſe, per quam cupiditas, conſilij gubernatione regitur: ſiquidem ſi alio modo quàm per rationem cupiditas cohibeatur, temperantiæ virtus vel continentiæ non eſt: veluti, ſi vi vel aliter compeſcatur, vt in eunuchis temperantia venereorum rectè nõ nominatur, vt ait Philoſtratus lib. 1. de Vita Apol. Tyanei, cap. 21. Sunt quippe virtutes ex voluntate metiendæ, & hæc potiſſimùm, cùm non coinquinetur corpus, niſi de conſenſu animæ. Quò fit, vt non poſſim probare ſententiam hic etiam Æliani, qui libro 5. de Nat. animal. cap. 11. temperantiam communicat brutis, nempe apibus, eò quòd illæ feruntur odiſſe eos, qui vnguentis delibuti ſunt, & qui recenter à venere veniunt. Dumque dicit temperatiſſimum in victu capitonem piſcem, lib. 1. cap. 3. Et laudat lib. 2. cap. 26. aquilæ temperantiam, quòd ſitim patiatur, nec ſe puluere volutet, vt cæterę aues. Dumque ſcribit lib. 5. cap. 16. de muſcis quæ in pyſatide, eas quando feſtum celebratur Olympiorum, voluntariè abeſſe, & abſtinere ſe à carnibus.

nibus ſacrificij, diſcedereque vltra Alphenum flumen, nec redire niſi peracto ſacrificio. Nam hæc & ſimilia non rationis, non voluntatis ſunt: vt virtutis nomen habere mereantur, non magis quàm ſi quis videat Oetes à cu-cibus immunes, Meliuntium vineas à campis: poſſum e-nim hæc eſſe phyſica, & odio naturali aliquarum rerum, vt ſerpentes ex ædibus odore pelluntur rutæ: formicæ ex latebris, ſulphuris & origani ſuffitu: Muſtella odore re-ſtæ felis. Refert & Ioannes Baptiſta Albertus libro 10. de Re ædificat. capite 15. quòd dens caninus, vnà cum cau-da pedibúsve in aula ſepultus, (vt fertur) muſcarum mo-leſtias abigat.

### *De Diuiſione temperantiæ.* CAP. XII.

ERgo in ſumma, colligamus ad temperantiam mode-ſtiam ſeu decorum, pertinere quædam generaliter, quædam ſpecialiter. Generaliter temperantia virtu-tes omnes continet, vt iuſtitiam, fortitudinem, pruden-tiam, &c. habetque in iuſtitia temperamentum circa per-ſonas, circa res & actiones, & iudicia, in bono & æquo, in pœnis imponendis, in numerandis bonis, in continen-dis populis, legibusque decernendis, magiſtratuumque dignitate conſeruanda: in prudentia, conſiliorum dire-ctionem, taciturnitatem, oportunam grauitatem, &c. in fortitudine, patientiam: & ſic de alijs. At particulariter, temperantia moderatur appetitus, perturbationes ani-mi, conſtantiam retinet & caſtitatem, modeſtiam, pudici-tiam, impetus reuerētiam, tranquillitatem, concordiam, pacem, ordinem, ornatum, cultumq; mundum, & geſtum corporis & orationis decorum, ſtudiaque licita.

### *De Intemperantia.* CAP. XIII.

INcontinentię & intemperantię, contraria ſuperioribus inſunt. Atque breuiter, qui contra rationem aliquid a-git, quíve cupit, incontinens eſt, Ariſtoteles Problem. ſect. 28. quæſt. 3. ideo qui venere & cibis immodicè vtun-tur, incontinentes vocantur, eadem ſectione, 28. quæſt. perpetuumque bellum temperantiæ cum voluptate irre-gulari & libidinibus, vt ait Philo Iudæus libro de Opifi-cio Dei, & Cicero 3. Offic. in fine. Familiares, pediſſequæ turpiſſimæ & impiæ huius intemperantiæ ſunt, ingurgi-tationes, vomitiones, lues, morbique infiniti, de quibus Ariſt. lib. Probl. ſect. 28. q. 1. Laſciuia, petulātia, garrulitas, immunditia, ebrietas, fraudes, diſcordia: ruſticitas in mo-tibus,



ſibus, geſtu, motu, inceſſu, ſtatu, ſeſſione, ore, riſu, ſermo-ne, &c. In animis, imprudentia, mollities, ignauia, frau-des, iniurię, bruti appetitus, inobedientia, vitia, immode-ſtia, impudicitia, & reliqua quæ repugnant his, quæ erant in famulitio temperantiæ. Ad intemperantiam Ariſtote-les libro de Virtutibus refert, ſequi voluptates noxias, fa-cetos, dicaces, vrbanos, verſutos in verbis & rebus: & co-mites, perturbationem, impudentiam, confuſionem, in-curiam, negligentiam, diſſolutionem, & incontinentiæ comites, mollitiem quoque & pœnitentiam.

### *Diſtinctio virtutum principalium, quas cardina-les dicunt, & theologicarum.* CAP. XIV.

QVatuor ſuperiores virtutes dicuntur cardinales, ꝙ circa illas vt circa cardines oſtium, reliquæ voluan-tur: vel, vt mihi placet, quòd illæ peruiæ & ianitri-ces ſint ad maiores, de quibus dicemus, nempe ad fidem, ſpem, & charitatem. Quæ diuinæ ſunt & theologicæ per priores ad proximum actus diriguntur, & ad humanę ſo-cietatis conſeruationem, per habitus acquiſitos ex fre-quenti vſu: at iſtæ Theologales actus mouent ad opera, rationibus ſumptis à iure diuino, per infuſionem & do-num Dei conceſſę, diſcretiuę actuum in Deum, in quibus habitus generat actus. Nec virtutes priores per ſe, ſine a-lijs ſufficiunt Chriſtiano ad ſalutem conſequendam æter-nam. Sicque Proclus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, epiſtola ad Presbyteros Archimandritas per Armeniam, inſinuat, dum ait, Omnis Chriſtianus, qui non eſt diues fide, ſpe, & charitate, id quod dicitur, non eſt: Sed etſi vi-deatur ſuum corpuſculum caſtigare, & liber eſſe paſſio-nibus, in mortalem tantùm virtutem iſte proficiens, ne-quaquam coronam victoriæ conſequitur, vtpotè qui nō ſe ad illum per cognitionem diuinitatis extenderit, qui coronas tribuit ijs, qui fortiter per virtutes luctantur. Et D. Ambr. tom. 4. in Pſal. 1. Virtutes ſine fide folia ſunt, vi-dentur virere, ſed prodeſſe non poſſunt: agitantur vitio, quia non habent fundamentum.

### *De Fide in genere quid.* CAP. XV.

SPeuſippus lib. de Definit. Plat. Fidem dicit eſſe rectam præſumptionem, quòd ſic res ſe habeat. Ciceroni in Partitionibus, Fides eſt firma opinio. Et fides, inquit

Simplicius, in Comment. in lib.2. Ariſtotelis de Anim.
part. 6. approbationem & conſenſum ſequitur. Nam an-
teà dijudicauit, quàm cognitum fuit verum eſſe, atque
ita aſſenſa eſt: id enim ipſa eſt fides. Cicero 1. Offic. Fun-
damentum iuſtitiæ eſt fides, id eſt, dictorum conuento-
rumque conſtantia & veritas: ex quo credamus quod
fiat quod dictum eſt, appellatam fidem. Et rurſum lib.16.
Famil. epiſtol. Tyroni ſcripta omnium 406. Tu muſis no-
ſtris para, vt operam reddas, noſtra ad dictam diem fiem:
docui enim te fides ἔτυμον quod haberet. Significantius
fides erit perſuaſio, quòd credimus ſeu putamus, tale eſ-
ſe, fuiſſe, vel futurum: ita πίστις Græcis fides, à verbo πεί-
θομαι perſuadeor, & tertia perſona præteriti πέπεισται perſua-
ſus eſt, vnde mutata diphthõgo ει, in ι fit πίστις, perſuaſio.
Sic apud Hebræos אמונה amunah, fides, à radice אמן pro-
babile fuit, inde אמן amen, quaſi האמן verũ fiat, vel קים
kium firmum ſit. In fide eſt ignoratio cauſæ, tamen effe-
ctus cognoſcitur, vt in pleriſque rebus humanis. Et reli-
gioſa quidem eſt fides, vbi etiam eſt naturalis inſcitia: a-
liter enim eſſet ſcientia, vt ait D. Hylarius lib.12. de Trini-
tate. Conuenit D. Pauli finitio ad Hebræos, cap.11. Fides
eſt ſperandarum rerum ſubſtantia, argumentum non ap-
parentium. Sic vbi ratiocinatio deſinit, incipit fides, vt ait
Paulus Oroſius lib.6. cap.1.

## *De Diuiſione fidei, & quòd innumera penè negotia ex fide, & quod credamus, pendeant.*

## CAP. XVI.

FIdes cùm ſit eorum quæ non apparent, & quæ futura
eſſe certò exiſtimamus, pro modo eorũ quæ cadunt
in credulitatem, diſtinguitur: quamobrem alia eſt fi-
des humana, hoc eſt, de rebus humanis, & cùm humanis
fidimus: alia fides diuina, quando certò credimus, & eſſe
putamus & futura diuina, quę non cognoſcimus apertè,
ſed effectus videmus. Ita ferè nihil eſt in hoc ſeculo, qđ
partim nobis non innoteſcat ex fide: potiſſimùm ſi am-
plectamur quod Democritus tradidit, veritatẽ in puteo
eſſe demerſam, vt percurrimus in Commentarijs prole-
gomena ſyntaxeon. Quin nec corpora ipſa eſſe, ſine ra-
tione alia, quàm per fidem adhibitã ſenſibus credimus,
vt notat Lucret. 1. de Rer. nat.

*Corpus enim per ſe communis dedicat eſſe*
*Senſus, cui niſi prima fides fundata valebit.*

Et



Et in vniuerſum, omnibus horis credit vita humana, in-
quit Plinius libro 28. cap. 2. Seminat agricola ea fide im-
pulſus, quòd credat venturos imbres, & Solis calorem:
contrahuntur matrimonia in fide prolis futuræ: tradun-
præceptoribus diſcipuli, quòd putẽt in eos eruditionem
transfundi poſſe: imperij inſignia ſumuntur, dum credi-
mus populos obtemperaturos: fide nautæ ligno ſe com-
mittunt fragili pelago: fide quod ſcriptum in annalibus
inuenitur, credimus fuiſſe. Sunt his ſimilia, quæ belliſſi-
mè proſequitur Euſebius Pamphilus libro 1. de Prępar. E-
uangel. cap.3. Fide omnes obligationes ferè contrahun-
tur, vnde creditores dicti, quibus debetur ab ijs qui fi-
dem ſuam obſtrinxerũt, vt in Epitome iuris oſtendimus,
dum de contractibus agimus: & fide res ſuas, negotia,
imò ſe, filios, & vxores homines alijs concredunt & com
mittunt. Et cùm de futuris, de occultis cordium cogita-
tionibus non liceat homini iudicare, verbis & promiſſio-
nibus nos exponimus. Quo factum eſt, vt cùm maximè
ea fide in ſocietate humana opus ſit, nec aliter commo-
dè viuere poſſimus, fides quoque publico conſenſu ex-
ſoluenda ſit ab hominibus, & contra eos qui credentes
fidei alterius decepiſſent, pœna varia conſtituta.. Proin-
deq; fides tanq̃ numen eximium olim cultũ, & templum
accepit apud Ethnicos, à Numa Pompilio primum iuxta
Iouem in Capitolio, vt author Dion. Halicar. lib.2. & Ci-
cero lib.3. Offic. Plutarch. in Numa. Pœnæ in fœdifragos
quàm plures: & ad deuinciendam adhuc fidem amplius,
aliud addita, vt iuramentum apud Ciceronem in fine lib.
3. Offic. & ex iure ciuili & gentium formulæ contrahendi,
ſtipulationes, fideiuſſiones, de quibus apud Iuriſconſul-
tos fusè tractatur, habitumq; graue fidem fallere. Com-
mittimus nos autem fidei, vel credimus aliquid: aut ra-
tione authoritatis, & exploratę integritatis in alijs aut ſi-
milibꝰ, aut multorũ teſtimonio inducti, aut veriſimili, aut
legis remedio ad repoſcẽdam fidem ſuffulti, aut neceſſi-
tate compulſi, quia alia via nõ poſſumus res pertingere.

## *De Inconſtantia fidei rerum humanarum.*

## CAP. XVII.

MVlta certè poſſunt animum inducere, vt pollicitum
ſperemus, vel factum fuiſſe, vel futurũ credamus.
Cæterùm ſi à communiter accidentibus, & quoti-
dianis exemplis, naturaque inconſtantiæ humanæ veli-
mus res perpendere, vix aut nunquam fidem inter hæc

caduca habendam vel dandam eſſe cognoſcemus. vſque adeò enim fides hæc fragilis eſt & incerta, ſubdola & inconſtans, vt Dion Pruſieus pulcherrimè oſtendit libello proprio περὶ τῆς ἀπιστίας, id eſt, nulli rei eſſe fidendum: ſicut Epicharmus quoq; dicebat, νᾶφε, καὶ μέμνησ' ἀπιστεῖν, ſobrius eſto, & memento nulli fidere. Et Virgilius 4. Aeneid. *Nuſquam tuta fides*. Et Dauid Pſal. 145. Nolite cõfidere in Principibus, in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus. Et Ieremiæ cap. 17. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnẽ brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius. Quid enim eſt firmum in hoc ſeculo, in quo anchoram figere, vt immobilem poſſimus & fidere, vbi omnia variationibus & corruptionibus ſunt obnoxia? amicis ne aut conſanguineis fidemus? at illos videmus quotidianis litibus ſeſe diuexare, inſidiari mutuò, fraudare, à quibus nõ caueatur occidi, vel intercipi potius quàm ab extraneis, à quibus caueatur. Qui amici ſunt hodie leuiori cauſa hoſtes fiunt ſeueriores, vt quidam dixerit ita diligendum, vt ſimus aliquando obſcuri. Quemadmodum quando mare placidum eſt, vt quilibet tutò etiam pauidiſſimus ſe ei committere, tamen nauta ſapiens expertus pericula, non omnino ei fidit, ſed naues anchoris, funibus, clauis, & alijs neceſſarijs ſaluti nauigantium inſtruit, vt aduerſus concitatum, & incumbentibus poſteà ventis reſiſtere valeat tempeſtatibus. Medea ſalutem pro liberis ſuis ſæpe Deos rogauit, poſtà cruentè occidit: ſunt tot parricidarum, tot proditorum exempla paſſim cognita, quæ nos mouere poſſint nec eſſe omnino fidendum hominibus, nõ proximis, non amicis: vt leue ſit obijcere fidem celebratam Oreſtis & Pyladis, Theſei & Pyrithoi, Achillis & Patrocli: tria ſcilicet amicorum paria reperta per tot annos & ſecula, in quibus inuenias Solem ſæpius defeciſſe. Quamobrem cùm hæc percurrit Polynices apud Euripidem, in Phæniſſis Act. 2. ait:

εὖ πρᾶσσε, τὰ φίλων δ' οὐδέν, ἤν τις δυστυχῇ. id eſt,

Fœlix vt ſis, vel vt bene rem geras precare, nihil amici ſunt, ſi quis afflictus ſit. Et vt Horat. lib. 1. Ode 35.

*——Diffugiunt cadis*
*Cum fæce ſiccatis amici,*
*Ferre iugum pariter doloſi.*

Et Silius Italicus lib. 11.

*Stat nulla diu mortalibus vſquam*
*Fortuna titubante fides.*

Infidi iuuenes, infidæ mulieres, vt ideò cum vtriſque contrahere



contrahere lex inhibeat. Seruis nemo minùs fidit, vulgus mutabile: leges fraudibus, dolis, ambitione, diuitijs, miſericordia vmbratili, dilationibus intercipiuntur, corrumpuntur, tolluntur. Iuramentum quandiu non datur ſoluendi occaſio, ſeruatur: at ſi quis vtiliorem videat ſucceſſum, & numen & pacta contemnit, vt nihil hodie iuramentum aliud ſit, quàm ſimulatio, ineſcatio, & velum, quo facilius in laqueos infidi incidat quis, alioquin nõ decipiendus. Nec eſt quod ad hoſpitalem fidem prouocemus: nunc enim nulli magis infidi & proditores, quàm hoſpites, Lycaon hoſpites iugulabat: Alexander Paris hoſpitio à Menelao ſuſceptus, Helenam eius vxorem rapuit. Minus etiam comenſalibus fides, ij enim interdum, vt anates ad mortem ineſcantur & nutriuntur. Ad pollicita & contractus ſi venias, pollicitis diues quilibet eſſe poteſt: ſi inſtes, lis vita longior, vita morte acerbior inſtat, ſi debeas, vrgeberis: ſi repetas, amicos inimicos habes: ſi ſperes, in fide decipieris. Sic Theognis optimè, πίστει χρήματ' ὄλεσσα, ἀπιστίῃ δ' ἐσάωσα, id eſt, fidem habendo pecunias amiſi: diffidendo ſeruaui. Si à relatis, hiſtoria ethnica iamdudum pro ſalute animæ rationem ſubducas de fide, quid videbis infidelius ipſa hominum infidelitate? quot magni nominis viros intueberis in paganiſmo, fide, vel infidelitate maiorum deceptos? ideoq; ſacrileges, puros & impios homines, vitia, virtutes, meretrices, dæmones, ligna ſimplicia, æs, argentum, & reliqua idola venerati ſunt vt numina? Quot videbis pugnantes ſententias in narranda hiſtoria? quot adulationes, quot prætermiſſiones, quot errores? vt certè nihil ſit horum aliud fides, quã opinio aliena à veritate, vel ipſiſſima falſitas credulitate exornata. Quamobrem in hac humana fide nihil præter nomen & inanem ſpem inuenire poterimus, non autem virtutem quam quærimus. Ideò de ipſa ſeorſum agemus. Antea tamen ne irrepat error in tractatione, acceptiones verbi fidei inſigniores præfabimur.

## *De nominis fidei acceptione.* CAP. XVIII.

Fides duodecim modis accipitur: primùm, pro ſacramento baptiſmi, vnde fideles, quia fidem ſuſceperunt, vt habetur in Toletano concilio, relato in canone de Iudæis, 45. diſt. in decreto Gratiani. Secundò, pro caſtitate in matrimonio ſeruãda, quia eius ibi fides data ſit, ſic dicitur prima deſponſationis fides, apud Iſidorum libro 9. Etymolog. capite 7. quod tranſlatum à Gratiano

In canone coniuges.27.quæſt.2. Tertiò, pro cautione & ſecuritate, quæ hoſti etiam ſeruanda, de qua agitur in conuentionibus, can. noli. 23.quæſt.1. hinc fides pactionis & conſenſus, in c.1. de ſponſalibus. Quartò, pro conſcientia, vt ad Romanos capite 14. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, id eſt, quod fit contra fidem, id eſt, inquit gloſſa, interlinearis, contra conſcientiam. Quintò, pro credulitate non viſorum: eoque refertur quod dicimus, Non habere fidem ibi meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Inde fidem facere, eſt probare, vt Geneſ. 39. vxor Putipharis, in argumentum fidei, retentum pallium oſtendit, hincque tituli de fide inſtrumentorum. Sextò, pro cognitione, quæ habebitur in gloria æterna, ſeu patria æterna, pro fide formatà, vt vſurpatur ad Romanos capite 1. Iuſtitia, inquit, Dei in eo releuatur ex fide in fidem, hoc eſt, ſecundùm gloſſam, ex fide informi procedendo ad fidem formatam. Fides informis ibi eſt ſine charitate: fides autem formata cum charitate, per quam fidei formatus habitus, fit actus meritorius, talisque formata fides viuificat, & iuſtificat perfectè: ſicuti dicitur Abacuch cap.2. Iuſtus ex fide viuit, id eſt, viuit æterna vita, quæ eſt merces fidei. Septimò, pro æquitate actionum, ſic contractus & iudicia bonæ fidei. Octauò, pro fidelitate & fiducia, vel ſpe quam quis in alio habet, vt Prouerb. 2. Virum fidelem quis inueniet, pro auxilio, vt recipere in fidem, id eſt, tutelam, Geneſ.44. Nonò, pro ſimplicitate, vt fidelis innocens ſit: inde homo bonę fidei, nõ nocens, non malitioſus, can. innocens. 22.q.4. Decimò, pro eo quod contrarium dolo eſt, pro legalitate, c. bona fides, de depoſito. Vndecimò, pro ſymbolo & articulis fidei Chriſtianæ: ita fides dicitur catholica, p eo quod firmatur & nititur authoritate diuina, & pro eo quod creditur à Chriſtiano. Porrò Symbolum fidei concipitur quinque modis, eiuſdem tamen ſubſtantiæ: primum itaque Symbolum, quod fuit traditum ab Apoſtolis, incipit, Credo in Deum Patrem omnipotentem, &c. vbi eſt ſimplex fidei confeſſio. Secundum eſt Nicenum, compoſitum anno Domini 328. in Synodo Nicena latiùs contra Græcos, qui non credebant Spiritum Sanctum, c. penult. & fin. de conſecrat. diſt.5. c.1. de ſumma Trinit. in 6. decret. Et contra Arrianos, qui negabant Patri Filium eſſe conſubſtantialem & coæternum, diuerſas in trinitate ſubſtantias impiè ponentes, can. quidam. verſ. Arriani. 21. quæſt.1. Quod Symbolum habetur in can. canones. 15. diſtinct. lib. 1. de Hiſtor.



hiſtor. tripart. c. & toto 2. lib. Ruffin. lib.1. cap.6. Nicephor. lib.8. c.13. Tertium Symbolum à D. Athanaſio compoſitum, quicunque vult ſaluus eſſe, &c. contra hæreticos Arrianos & Sabellianos, de quibus in d. canon. quidam verſ. Sabellianus 24. q.3. Quartum eſt, quod compoſuit Conſtantinopolitana Synodus 2. contra Macedonij errorem coacta can. canones. verſ. ſecunda. 16. diſt. quod B. Hilarius Pictauienſis Epiſcopus, refert in lib. de Symbolis, de hac Synodo lib.9. hiſtor. tripart. cap. 12. & 13. Theodoret. lib.5. hiſtor. c.9. Iſidor. tomo 1. concil. Quintũ poſuit gloſſa ſuper rub. de ſumma trinit. & fid. cathol. in 5. & in c. firmiter. eod. tit. in Gregor. decretal. ex conſilio generali Lateranẽſi ſub Innocentio 3. habito, anno 1300. Duodecimò, fides accipitur pro virtute Theologica, de qua dicendum.

## *De Fidei Theologicæ virtute.*

## CAP. XIX.

QVia actus fidei præcedit ſpem, quæ etiam ipſam ſequitur, non tempore, non cauſa, ſed quia actus fidei præcedit actum ſpei, vt notant ſancti patres lib. 3. ſacra. ſententia. diſtinct.23. litera h, & i. Ideo de illa primum dicemus, quàm de ſpe, veluti de fundamento nobiliori omnium bonorum & virtutũ, dempta vna charitate, quæ cauſa eſt fidei, & ſine qua nihil proficiunt reliquæ virtutes, prout explicat D. Paul. 1. Corinth.13. Fides, inquit D. Auguſtin. de vera innocentia, eſt credere quod non vides, veritas quod credidiſti: & ad Catechumenos, fides eſt quæ oculis cordis videt quod credit, & credendo intelligit. Quare à patribus in ſententijs, & D. Auguſtino in Enchiridio dicitur virtus, qua creduntur quæ non videntur ad religionem pertinentia, quod probat etiam D. Paulus ad Hebræos cap.11. fides eſt ſperandarum rerum ſubſtantia, argumentum vel oſtenſio non apparentium: ſubſtantia porrò hîc ſubſiſtentia eſt, in qua firmè & ſine dubio ita putamus: nam in Hebræo idiomate, pro ſubſtantia eſt עקר gnikar, id eſt, radix & fundamentum. Non enim in fide videmus verè, ſed perſuaſum habemus, & fide intelligimus, & fides in eo quo creditur, non in eo quod creditur: aliud namq; eſt quod creditur, aliud fides qua creditur, vt ait D. Auguſtin. lib.13. de trinit. cap.2. Sic Plato lib.24. in Gorgia, duas ſpecies perſuaſionis facit: vnam, quæ abſque ſcientia præſtat fidem: alteram, quæ ſcientiam, cuius diſtinctionis ignorantia & confu-

ſio, fuit anſa erroris ethnicis, qui fidem, vt Deam, colue-
runt, cùm potius nos eum cui credimus, colamus. Sub-
ſtantia itaque hæc & fundamentum fidei, Deus ſolus, vt
ait D. Auguſtin. in Encheridio. D. Paul. ad Coloſſenſ. 2.
Et miror Ariſtotel. gentilem huic cognitioni vicinum,
aberraſſe in diuinitate. Is enim problem. ſect. 30. q. 5. ait
nos credere hominibus, quòd homo ſolus Deum vene-
retur & colat. Et D. Auguſtin. ſermon. 22. fides, inquit, ab
eo quod ſit dicta dicitur, quaſi fit, des, quaſi Deo fides in
ratione quidē, ſed magis innititur authoritati, quia per-
dit meritum, ſi quærat experimentum, vt ait Gregor. &
niſi crediderimus nō intelligemus, Eſaiæ cap. 6. Accedentemq́; ad Deum credere prius oportet, ad Hebræos 11. &
ſi credideris, videbis gloriam Dei, Ioan. 11. Rurſum ſi po-
tes credere, omnia perficientur tibi, Marci 9. In fide inquit
Tertull. lib. de præſcript con. hæretic. nihil ſcire, omnia
ſcire eſt. Et D. Baſilius in Pſal. 115. fidem, vnum Dei verbo-
rum decem eſſe oportet. fidem, inquam, non demonſtra-
tionem. Ita, fides ſupra omnem rationem ſcientiarum
diſciplinarúmve animam ad confeſſum trahit. Fides de-
nique, non geometricis aut neceſſarijs vtitur probationi-
bus, ſed Spiritus ſancti operationibus animus imbutus.
Fidei principia indemonſtrabilia. Sic & Theologiæ my-
ſterium, ex fide minimè rationibus probata, ædificium
quærit. Et principium ſanæ orationis fides in loquen-
tis corde vehementer roborata: ideo credidi propter
quod loquutus ſum, inquit Dauid. Et hæc latius expli-
cat Clemens Alexandr. libro 2. Stromaton, qui & vlterius
addit ideo dictum fuiſſe à Domino Matthæi 23. ne dixe-
ritis vobis magiſtrum ſuper terram. Fidemq́ue ſcientiæ
præſtantiorem docet, & filias fidei, ſimplicitatem, ſcien-
tiam innocentiam, honeſtatem, dilectionem, atque mul-
to magis ſine ratione Deo credendum, quàm Pythago-
ræ, cuius diſcipuli pro ratione habebant, ipſe dixit. Por-
rò de miſterijs & capitibus fidei, cognitio eſſe debet inte-
gra ex ſymbolo: at ea intelligimus, quia credimus: cre-
dimus & aliquando per cauſas alias, quàm rerum ea-
rum, quas credimus, vt per miracula, credimus diuinita-
tem & omnipotentiam Dei, ſicut D. Thomas Apoſtolus,
videndo Dei domini noſtri Ieſu Chriſti humanitatem
poſt reſurrectionem eius, diuinitatem credidit, quia vi-
diſti, inquit Deus, Thoma, credidiſti, &c. Ioan. cap. 20. Sic
Dominus ad diſcipulos dicebat, hæc facta ſunt, vt cre-
datis, &c. D. Ioan. cap. 6. Dedit autem & firmauit authori-
tatem



rtem huic ſanctæ fidei, dominus noſter Ieſus Chriſtus
propria prædicatione miraculis multis, morte propria,
& proprio ſanguine, reſurrectione, & ſimilibus ineffabi-
libus ſignis, & prodigijs per apoſtolos & eccleſiam ſibi
deſponſatam factis: relinquens in ſinu & poteſtate eccle-
ſiæ Catholicæ fidei rectorem & interpretem ſpiritum
ſanctum, neque ipſe quoque ab ea receſſit, ſeipſum quo-
tidie ſacris liturgijs exhibens, vtpotè qui nobiſcum futu-
rum ſe ſemper vſque ad conſummationem ſeculi pollici-
tus eſt. Hanc traditionibus per manus in theſauris reli-
quit eccleſiæ, prædicatam primùm à ſe & ab apoſtolis &
diſcipulis, deinde ſcriptam ſacris ex parte Euangelijs, &
alijs documentis, partim per manus in eccleſiæ œcono-
mica ſanctaq́; diſpenſatione cuſtoditā, vnde D. Cyrillus
Hieroſolymitan. archiepiſc. catech. 5. illuminat. fidem ob-
ſerua à ſola eccleſia traditam, & omni ſcriptura muni-
tam. Et D. Paul. 2. Theſſalon. 2. itaque fratres, ſtate & te-
nete traditiones, quas didiciſtis, ſeu per epiſtolam, ſeu
per ſermonem. Latè Q. Septim. Tertull. lib. de præſcript.
cont. hæret. Baſil. Magnus in Aſceticis ſermone de fide. Fi-
des, inquit, eſt aſſenſus indubitatus ad ea quæ audiun-
tur, in certa veritatis perſuaſione, quæ prædicantur per
Dei gratiam. Quæ verba de acquiſititia fide intelligenda
ſunt, quæ eſt ex auditu. Sic enim Damaſcenus lib. 4. de or-
thod. fid. c. 11. duplicem fidem conſtituit vnam quæ ex au-
ditu verbi Dei fit & ex dilectione ſacrarum ſcripturarum,
de qua D. Paul. cap. 10. quomodo credent ei quem non
audierunt? quomodo audient, niſi prædicatorem ha-
beant? quomodo prædicabunt, niſi mittantur? fides igi-
tur ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Et hæc eſt
acquiſititia, hoc eſt, quæ volentibus aduenit, & non re-
ſpuentibus: alia autem ponit eorum, quæ ſperantur ſub-
ſtantiam, quæ eſt infuſum donum Dei in baptiſmo. Si-
cut & illa quæ miraculorum eſt effectrix.

### *De operibus & actibus fidei.*

### CAP. XX.

CVm nomen noſtrum dedimus in ſuſceptione fidei,
militiæ cœleſti, cum credimus, multa iurauimus,
electioneq́; obſequij ſeruitij Dei & ſalutis æternæ,
abrenunciauimus ſathanæ & eius operibus, & mundi
corruptionibus, atque ideò per totam vitam contendere
debemus, vt fidem ſoluamus, & pollicitis ſtemus, ſtrenuè
depugnemus, ne milites otioſi & imbelles incidamus in

laqueos inſidiáſve hoſtis, néve in ſeruitutem rapiamur: alioquin fides noſtra, erit veluti mortua: mortuum enim dicitur quod viuentis actus non agit, nec functiones ſuas exerit. Sic D. Iacob. c. 2. dicebat, quòd fides ſine operibus mortua eſt. Quamobrem in fide, operari debemus, & cum fide opera coniungere. Nam neque opera ſine fide, vel extra fidem facta ad vitam, pro qua contendimus, proſunt æternam: ſed quod non eſt ex fide, peccatum eſt, vt ait. D. Paul. ad Roma. 6. Etenim opera per ſe noſtra minimè merentur tantum æternæ vitæ præmium, neque fides ſine operante, in his qui operari poſſunt, & debent, vel ſine mandatorum obſeruatione. Oportet enim fidem operibus, veluti lampadis ignem, oleo nutriri: quemadmodum docuit dominus per parabolam virginum prudentum, quæ ſumpſerunt oleum ſecum, & fatuarum quæ non ſumpſerant, & excluſæ ſunt: vt explicat Cyrillus Hieroſ. Epiſcop. catech. 25. illuminat. In fide quippe duplex actus, interior & exterior, corde creditur ad iuſtitiam, & ore fit confeſſio ad ſalutem, ad Roman. 10. corde fiunt interiores actus. Sic credere, in religione catholica, tripliciter accipi poteſt, quod D. Paulus exprimit dicens, credere Deum in Deo, & in Deum. Credere Deum, eſt firmiter putare eſſe Deum, & hoc modo dæmones credunt & contremiſcunt, Iacob. 2. Credere Deo, eſt fidem habere illis quę Deus dixit vel reuelauit: ſcilicet exiſtimare ea vera eſſe, quæ à Deo dicta ſunt. Credere in Deum, eſt credendo Deum amare ita D. Ioan. cap. 20. hæc ſcripta ſunt, vt credentes vitam habeatis. D. Auguſtin. lib. de prædeſtinat. ſancto. Exteriora fidei, ſunt confeſſiones eiuſdem, vt obſeruatio mandatorum feſtorum, cultus diuinus, & reliqua id genus: totus enim homo anima & corpore conſtans redemptus à Deo eſt, totuſque illius mancipio debet eſſe addictus, & anima & corpore, interius & exterius fidei ſinceritatem oſtendere & profiteri, nec animæ nec corporis labores ob tuitionem fidei datæ ei cui deſeruit, refugere: non mortem ipſam, ne deterior ethnicis in fide ſua videatur, qui potius maluerunt mori, quàm fidem principibus ſuis datam frangere, principibus vtique mortalibus, qui nec mortis imperium vt Deus, pro quo viriliter nobis decertandum eſt, haberent: Sic inuicta, in diſcrimine mortis Sagunthorum laudatur in Romanos, in quos iuraſſent, fides, vt omnes hiſtoriographi ſummi laudibus extollunt, potiſſimum Silius Italicus libro 2. de bello Punico, Strabo libro 13. T. Liuius libro 1. decad.



decad. Meminit & de fide Aquileienſium erga eoſdem Romanos Iulius Capitolinus in Maximino. Sic etiam fide diuina corroborati iam olim Chriſtiani, ob Dei cui ſideruimus beneficia & amorem, & ſpem æternæ vitæ, per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, & adepti ſunt repromiſſiones. Pluraque alia mirabilia peregerunt, quæ percurrit D. Paul. ad Hebræos cap. 11. Hac in fide fortes, nec ei iurarent, alij ſecti, alij diſtenti, verbera, vincula, carceres, mortem experti, & cum poſſent redemptionem ab ijs ſuſcipere infidelitate, noluerunt, vt meliorem inuenirent reſurrectionem. Quinimo ibant ita fideles gaudentes, quòd digni habiti eſſent pro tam ſingulari Dei altiſſimi optimique & maximi omnipotentis nomine, pati, actuum capit. 5. Tunc enim dilectionem, charitatem, & fidem quam ſpoponderant, re ipſa præſtabant, conſtanti intrepido martyrio teſtimonio doctrinæ & diuinitatis, pro cuius defenſione & veritate fidem dederant. Vnde meritò Chriſtiani dicti erant fideles, vt ſæpe legis in actis Apoſtol. potiſſim. cap. 10. Gaudet Deus quoque hac firma fide, illamq; adiuuat & producit ſemper in melius, nec vires noſtras, ſed voluntatem conſiderat, eamq; corroborat & recipit, vt cum Acontio apud Ouidium in epiſtolis dicamus,

*Non boue mactato cœleſtia numina gaudent,*
*Sed quæ præſtanda eſt & ſine teſte fide.*

Fides Deum placat, peccatū purgat, mentem illuminat, fides ſaluam facit animam, cæcos illuminat, catechumenos baptizat, fideles iuſtificat, pœnitentes reparat, tutos augmentat, martyres coronat, virgines & viduas in pudore conſeruat, clericos ordinat, ſacerdotes conſtituit, homines cum angelis ſurſum locat, D. Auguſt. de verb. domini, & latius D. Chryſoſt. tomo 1. de fide Abrahami & ſacrificio Iſaaci.

## *De Infidelitate.* CAP. XXI.

CONtraria ſuperioribus ratione, quæ ad vitium fidei oppoſitum pertinent, colligere poſſumus, quædam & præcipua quoque iudicauimus lib. 6. Syntax. c. 6. in 1. præcepto, vbi & de contrarijs ſpei & charitati, vt pro ſequētibus monuiſſe ſemel ſufficiat. In exceſſu & defectu hic erratur: exceſſum facit ſuperſtitio, defectum hæreſis. Superſtitio, grauiſſimus morbus eſt, & nebulis prodigioſis abundans, quales ſunt, ὀνειροπολίαι, inanes metus, terriculamenta nocturna, diffidentia, vanæ de numine opiniones

niones, & ſimilia quæ grauiter explicat Plutarch. libel-lo περὶ δαιμονίας. Sed de hac latius infrà, vbi de pietate a-gemus. Infidelitas quædam eſt reniti fidei non ſuſceptæ vel incognitæ, vt apud Turcas. Eſt item reniti fidei par-tim cognitæ, qualis Iudæorum, 3. reniti ſuſceptæ & ma-nifeſtatæ, qualis Chriſtianorum impiorum, qui vel nuta-bant in fide, vel hæreſim ſuſceperunt, & eiurare decreue-runt, & qui perfectè hæretici ſunt, vel relinquunt omni-no fidem, & qui blaſphemi ſunt.

## *De ſpe generaliter.* CAP. XXII.

SPes & metus, futurorum ſunt: vt gaudium & dolor ſeu fiducia præſentiũ: & tam bonæ quàm malæ ſpes, etſi quod ad ſperantem pertinet, bonæ omnes videan-tur. Spes ideo eſt ſpectatio boni, ſecundum Speuſippum lib. de definit. Platon. Cuius eſt ſententiæ & Clemens A-lexandr. lib. 2. ſtromatum. Et ſecundum Ariſtot. lib. Rhe-toric. ad Theodectem cap. 5. ſpes eſt imaginatio rerum ſa-lutarium, quod propè adſint, cum terribilia vel non ſint vel longè abſint. Sunt autem, inquit, in quibus confiden-dum eſt & pericula cùm longè abſunt, & ſecunda cùm propè adſunt. Ita Cic. 5. Tuſculan. quæſt. dixit cum Speu-ſippo expectationem boni, vt metum contra expectatio-nem mali. Quanquam & ſperare dolores & mala inter-dum Vergilius, Plato, & alij dixerint, cùm Latini, tùm Græci ſermonis authores. Verùm propriè Spes, vt erat in Prouerbio, impellit, vt ait Plutarc. de tuend. bona valetu. metus retrahit. Et in ſpe iucunda omnia eſſe dixit Ariſtot. lib. 1. Rhetor. ad Eudemum c. 11. & problem. ſect. 30. qu. 4. vnde potius bona & iucunda quàm dolores dicimus. Subſcribit Philo Iudæus lib. de Abrahamo. Huiuſmodi ſpe, vita noſtra plena quandiu ſubſiſtimus, vt ſcribit Euri-pides in Troade actu 3. vbi Hecuba ſic ait:

*ἡ ταυτὸν ὦ παῖ, τὸ βλέπειν, τῷ κατθανεῖν;*
*τὸ μὲν γὰρ οὐδέν. τῷ δ' ἔνεισιν ἐλπίδες*: id eſt,
*Non idem, ô filia, lucem tueri, & efflaſſe animam,*
*Illud enim planè nihil, huic autem inſunt ſpes.*

Et hæc vna ſola beneficio Dei remanſit, inter tot mala, quibus affligimur hominibus à Deo elargita, poſt pecca-tum mulieris primæ, vt poeticè exprimit Heſiodus in er-gis, dum ait de Pandora,

*Ἀλλὰ γυνὴ χέρεσσι πίθυ μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα,*
*ἐσκέδασ', ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά.*
*μούνη δ' αὐτόθι ἐλπὶς ἀρρήκτοισι δόμοισιν*



*ἔνδον ἔμιμνε πίθυ ὑπὸ χείλεσι, οὐδὲ θύραζε*
*ἐξέπτη*, &c. id eſt,
*Sed mulier manibus, vaſis magnum operculum dimouens*
*Diſperſit, hominibus autem machinata eſt curas graues.*
*Sola verò illic ſpes infracta in pyxide*
*Intus manſit dolij ſublabris, neque foris*
*Euolauit.*

Quamobrem ſolamen & anchora miſerorum, ſola eſt ſpes. Sic vt ait Iocade apud Euripid. in Phœniſſis act. 2.

*Αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος.*
*Spes alunt exules*, vt eſt prouerbium. Dicebat Theo-gnis quoque,

*ἐλπὶς ἐν ἀνθρώποις μούνη, θεὸς ἐσθλὴ ἔνεστι*, id eſt:
*Spes inter homines ſola, numen bonum eſt.*

Vocat tamen Heraclides Ponticus lib. allegoriarum *ἐς τὰ τῦ ὁμήρυ περὶ θεῶν εἰρημένα*, dum agit de explicatione certaminum Herculis, volucres ventoſam ſpem, quæ vi-tam hominum ſubinde nutrit. Pindarus autem, *ἐλπίδας* dicit *τῶν ἐγρηγορότων ἐνύπνια*, id eſt, ſpes, vigilantium ſom-nia, quod refert Baſilius Magn. ad Gregorium Theolo-gum epiſt. 19. laudo, inquit, eum qui ſpes, vigilantium ſo-mnia dixit. Quocirca omnibus & omni ætati, iſta com-munis eſt: ſed maximè iuuentus ſpe plena eſt: Senectus autem, parum ſperare poteſt, vt ait Ariſtot. problem. ſect. 30. qu. 1. Sperat tamen, & hoc habet ſolamen, vt ait Plato dialog. 1. de Iuſto. Neque vna ſola alicui ſpes ſed multi-plex: non enim nauim vna anchora, vt aiebat Epictetus, neque vitam vna ſpe, muniri oportet. Atque eadem ſpes ad omnem rem & negotium flectitur, ſicque Ouid. 1. de ponto exprimit,

*Hæc dea, cum fugerent ſceleratas numina terras,*
*In dijs inuiſa ſola remanſit humo.*
*Hæc facit vt viuat foſſor quoque compede vinctus,*
*Liberaq; à ferro crura futura putet.*
*Hæc facit vt videat cum terras vndiq; nullas*
*Naufragus, in medijs brachia iactet aquis.*
*Sæpe aliquem ſolers medicorum cura relinquit,*
*Nec ſpes huic vena deficiente cadit.*
*Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem,*
*Atque aliquis pendens in cruce vota facit.*

Rurſum Tibullus 2.

*Iam mala finiſſem letho, ſed credula vitam*
*Spes fouet, & melius, cras fore ſemper ait.*
*Spes alit agricolas, ſpes ſulcis credit aratris.*

Semina

*Semina, quæ magno fœnore reddat ager.*
*Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine piſces,*
*Cum tenues hamos addidit arte cibus.*
*Spes etiam valida ſolatur compede vinctum,*
*Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.*

Dixit in ſumma Origenes lib. 4. aduerſus Celſum, & D. Auguſt. lib. 15. de Ciuit. Dei, cap. 18. hac homines viuere, vnde templa, olim ſpei conſecrata à Collatino Romano, & alijs, vt ait Cicero 2. de legib. Liuius lib. 1. & 4. decad. 3. Cæterum iſtæ ſpes omnes virtutis ex numero non ſunt, quinimo aliquæ valde in aduerſam declinant partem: quia ſecundùm animorum paſſiones & affectus, ſunt & bonæ & malæ, vt docet Plato lib. 1. de repub. vel de iuſto, paulò poſt principium. Lubricæque ſunt ſpes mortalium & incertæ. & ſicut in boni electione plures errant, certè & in ſpe pari modo falluntur, dum quæ bona non ſunt, vt bona ſperant, vaneque ſperant quæ alio modo contingunt. Sic Plautus in Bacchidibus, actu 1. ſcena 2. verſ. 37.

*Sperat animus, quò eueniat, dijs in manus eſt.*

Sic multa contingunt mala & bona præter ſpem, Deo volente, vt ait Chorus, in fine Tragœdiæ quæ Medea apud Euripid. his verbis:

πολλῶν ταμίας Ζεὺς ἐν ὀλύμπῳ,
πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί,
καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη.
τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός, id eſt:
*Multarum rerum diſpenſator Iupiter in Olympo,*
*Multaq; præter ſpem perficiunt dij,*
*Et quæ futura putabantur non ſunt perfecta:*
*Inſperatis autem & inopinatis, exitum inuenit Deus.*

Hinc inanes, vanæ, fatuæ, nociuæ, arduæ ſpes, & contra diuinas & ſalubres admonitiones: alij enim ſperant, hoc eſt, confidunt & refugium ſibi ponunt in diuitijs: alij in robore: alij in dignitatibus, & huius ſeculi caducis & decipientibus rebus, quorum vacua ſpes & labores ſine fructu, Sapien. 3. alij ponunt ſibi baculum arũdineum diuitias, parentes, proximos, magnates, reliquaque ſimilia, quæ citius nos fallunt quàm iuuare poſſint, interim auxilium certum, potens, & paratum Dei prætermittentes.

De



## *De Spe, prout eſt virtus Theologica.*
## CAP. XXIII.

SPes prout virtus eſt Theologica, diffinitur à Ioanne Viguerio, in inſtitutionibus Theolog. ca. 11. ex auctoritate ſanctorum Patrum, & D. Thomæ 2. 2. quæſt. 17. ut ſit certa ſpectatio futuræ beatitudinis, ex gratia & meritis proueniens, quantum ad ipſam rem ſperatam: quia quod pertinet ad habitum non prouenit ex meritis, ſicut nec fides: Dei enim donum eſt ſupernaturale, à Deo nullis præcedentibus meritis gratuito datum, ſicut & fides ne quis glorietur. Quod autem ad habitum pertinet, ſpes eſt virtus theologa, à Deo in voluntate infuſa, qua homo inclinatur & diſponitur, ad expectandam omni certitudine futuram beatitudinem, mediante auxilio gratiæ Dei, qui dabit vt poſſint fieri opera meritoria ad illam conſequendam. Fundamentum iſtius ſpei, non in vanis illis paganorum voluptatibus, ſed in Deo & quæ eius ſunt. Sic D. Auguſt. in Pſal. 72. ſpem Chriſtianorum in fœlicitate fuiſſe poſitam ſcribit, idem & 15. de Ciuit. Dei, c. 18. Sic firmitas fidei, & ſpei robur, viget apud nos: & inter labentis ſeculi ruinas erecta mens. Atque D. Chryſoſt. tomo 1. ſuper Pſal. 10. magnæ, inquit, ſunt vires ſpei in dominum: præſidium quod non vinci, murus qui non expugnari, auxilium quod non poteſt ſuperari: portus tranquillus, turris quæ nequit pati, arma inſuperabilia: vires inuictæ, & quæ in rebus difficilimis & expeditiſſimis exitum inueniunt. Per eam inermes, armatos, & mulieres, viros ſuperarunt: puerique, ijs qui in bellicis exercitati erant ſuperiores fuerunt facilè. Fides, inquit D. Auguſt. in Deo aſſentiri facit: ſpes in Deo confidere: charitas, Deum amare, latius tamen patet fides ſpe: nam non omne quod credimus ſperamus, ſiquidem credimus inferorum pœnas eſſe, & tamen non eas ſperamus, vt docet idem D. Auguſt. Enchirid. ad Laurent. c. 8.

## *De vitio contra ſpem.* CAP. XXIV.

COntra ſpem peccatur per exceſſum præſumptionis, & defectum deſperationis. Præſumptio hic temeraria eſt expectatio beatitudinis, abſque gratia & meritis, dum ſibi quis arrogat ſoli gloriam, vt lucifer, & abutitur Dei bonitate, putatque ſine pœnitentia, & dum ducit in ſpurcitia dies ſuos, æternum regnum ſibi deberi, D. Auguſt. tract. 33. in Ioan. Deſperatio, dum quis diffidit ſe ſal-

ſe ſaluandum iri, vel poſſe à Deo ſaluari, vt dum Cain dicebat, 4. Geneſ. maius peccatum meum, quàm vt veniam merear: & hæc inſanabilis fractura & peſſima plaga, Ierem. 3. Cùm tamen dicat Deus per Ezech. c. 18. quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Et rurſum Matth. 9. miſericordiam volo non ſacrificium, nec veni vocare iuſtos ſed peccatores, & vbi ſuperabundauit delictum, ſuperabundauit & gratia, ad Roman. 5. & minores ſumus miſerationibus Dei cunctis, vt dictum cap. 32. Geneſ. miſeretur namque omnium, Sapien. 11. facit & quod Ouid. tradit de Ponto 1. libro de ſe agens, ad Græcinum ſcribens:

*Me quoque conantem gladio finire dolorem*
*Arguit, iniecta continuiq; manu.*
*Quid facis? lacrymis opus eſt, non ſanguine, dixit:*
*Sæpe per has flecti principis ira ſolet.*
*Quamuis eſt igitur meritis indebita noſtris:*
*Magna tamen ſpes eſt bonitate Dei.*

Et rurſum 1. de Ponto.

*Sæpe leuant pœnas, ereptaq; lumina reddunt,*
*Cum bene peccati pœnituiſſe vident.*

Nam vt Seneca in Thyeſte,

*Quem pœnitet peccaſſe, penè eſt innocens.*

## *De Charitate in genere, & de gradibus eius, ſeu diſtinctione.* CAP. XXV.

NOmen hoc charitatis à Græco χάρις, quod eſt gratia, venuſtas, lepos, elègantia, amicitia, ſeu beneuolentia, beneficium: hìc tamen pro beneuolentia & amicitia & beneficio. Plato ad Dionyſ. Syracuſanum, ſcribens: Memento, inquit, neceſſariam eſſe ad res gerendas, hominum beneuolentiam: auſteritas namq; amicorum ſolitudinem parit. Cùm enim cognatio inter homines omnes vna ſit, vnaque hominum ſpecies, quæ ciuili vita & ſociali conſtet, nihil magis decens hac hominum mutua charitate & beneuolentia fuit. Sicuti apud Cicer. de amicitia, ea charitas quæ eſt inter natos & parentes, quæ dirimi niſi deteſtabili ſcelere non poteſt. Probat autem id maximè hominibus conuenire gratiam ſeu charitatem, quia conueniat illis plurimum amicitia: amicitia quippe aut pares ſemper recipit aut facit, vt ſcribit Arnobius lib. 8. contra gentes. homines autem ſubſtantia pares: nec dicat aliquis, inquit Epictetus apud Arium in eius Enchiridio



cap. 59. ſe meliorem & ditiorē, quia multa poſſideat: non poteſt enim dicere ego ditior ſum, quia ipſe poſſeſſio non eſt, neque ſi loquatur, oratio. Deniq; cœleſti ſumus omnes ſemine oriundi, vt ait Lucret. lib. 2. de rerum natur. Commune noſtrum genus, & ex vna matre ſpiramus omnes, vt ait Pindarus, & Eua dicta prima mulier, quia mater omnium viuentium Geneſ. 1. & 3. Amicitia porrò, gratiam efficit ſeu beneficij largitionem, vt ait Anaximen. Rhetor. ad Theo. c. 2. Sed eò magis quò arctior & firmior eſt amicitia: triplex namque apud Ariſt. ea, lib. 7. Ethic. ad Eudemum: naturalis, ſocialis, communicatiua. Naturalis vt fratrum, patris, & filiorum. Propinqua ſocialis eſt, in qua ſinguli dignitate participant: amicorum communicatiua, quæ omnia etiam latè explicat lib. 8. ethic. ad Nicomac. ferè per totum librum, & Plato in conuiuio, Cicer. in Lælio. Charitatis itaque erunt & gradus, & altera alia maior dicetur, ſicuti & colligitur ex cap. 15. D. Ioan. ibi, charitatem maiorem nemo habet, &c. & Lucæ 12. cui minus dimittitur, minus diligit. Refert & Theodor. lib. 12. de curation. Græcar. affection. Hyppodamum Pythagoricum dixiſſe quod amicitiarum, αἱ μὲν ἐξ ἐπιστάμας θεῶν, αἱ δ' ἐκ παροχᾶς ἀνθρώπων, αἱ δ' ἐξ ἡδονᾶς ζώων, Id eſt, alia gignitur ex ſcientia & cognitione Deorum, alia hominum donatione, alia ex voluptate animalium, vbi tamen reprehendit quòd ſit præbitio amicitia, cùm ea ſit, inquit fructus amicitiæ, quanquam mihi non improbè præbitio & fructus & gratia ſit. Nam vt eſt in veteri prouerbio, χάρις χάριν τίκτει. gratia gratiam parit. Fingebāt enim non ſine ſymbolo naturæ charitatis antiqui, tres charites ſorores, Aeglen, Euphroſynin, Thaliam, quarum vna beneficium porrigat, altera accipiat, tertia reddat: in chorum ideo conſertas, vt in orbem in ſe redire ſignificarent beneficia: nudas, vt ſine fuco. De quibus Seneca 1. de benefic. D. Clemēs lib. 10. recognition. Heſiod. in Theogonia. Ad quod Hypodamus ad voluptatem animalium amicitiam referat, videtur innuere dilectionem quandam naturalem rerum, quæ quando ratione regitur, & optimè congruere hominibus videtur: vt quando inter coniuges, prolis cauſa dilectio eſt, quando autem vetitis amplexibus coniunguntur, certè etſi amor hoc ab Ouidio de arte & alijs dicatur, potius tamen ſuo nomine vero, luxuria & intemperies, & ſpurcitia dici debet.

## *De Charitate, vt virtus Theologica eſt.*

## CAP. XXVI.

CHaritas, quod pertinet ad habitum, eſt virtus Theologica, à ſolo Deo in voluntatem hominis infuſa, gratia gratum facienti connexa, per quam homo inclinatur ad diligendum Deum ſuper omnia, & proximum propter Deum. D.Thomas 2.2. quæſt.23. Dicitur à Deo infuſa charitas, non quòd illa infuſa charitas ſit ipſe ſpiritus ſanctus, mentem inhabitans & mouens, vt cenſerat magiſter Sententiarum, lib.1. diſtinct. 17. In quo illum reliqui ſancti Patres non ſequuntur, vt notat Ioan. Vigherius in inſtitution. Theologiæ cap.12. Spititus ſanctus enim in cordibus noſtris diffunditur quoad effectus, ſic docet D.Paul. ad Roman.5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Ad eum quoque modum D. Ioann. in epiſt.1. cap.4. intelligendus, dicens: Deus charitas eſt, id eſt, charitas increata, qua diligit nos dilectione æterna, ex qua noſtra oritur creata, qua eum diligimus, per eam dicebat Dominus apud D.Ioan.in Euang. cap.15. iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos. Quamobrem hæc præſtantiſſima virtus eſt charitas, quę nunquam excidit, & vſque in Cœlum, vbi vera & increata charitas nos comitatur, & ſine qua aliæ non proficiunt, 1. Corint.13. vbi abundè de laudibus charitatis. & fructus ſpiritus, charitas, ad Galat.5. hæc operit multitudinem peccatorum, Prouer.10. & 1.Petri 4. Hæcque finis legis eſt, dilectio Dei & proximi, & finis præcepti charitas, 1.Timoth.1.

## *De Ordine & gradibus dilectionis.*

## CAP. XXVII.

ORdo dilectionis eſt, vt primum diligamus Deum ſuper omnia ex toto corde, mente, anima, totiſque viribus, Deuter.6. & 10. Ioſuæ 23. Matth. 22. Marci 12. Lucæ 10. Imò & plus quàm animam noſtram, id eſt, vitam noſtram hanc aliter digni illo non ſumus, Luc.14. Act. 20. Secundò poſt Deum, ſuper omnia, homo ſalutem ſuæ animæ diligere debet: reipſa enim vnuſquiſque ſibi eſt chariſſimus, vt ſcribit Cic.2. de finibus, conſtatque naturaliter omnes ſibi, vt in Andria Terentius, melius malle, quàm alteri, & vt Plaut. in Trinumo, tunica etiam propior pallio eſt, & dicitur Eccleſ. cap. 30. miſerere animæ tuæ placens Deo. Loquor autem hic de iuſto amore, vt ſa-



luti animæ ſuæ omnia proponant: nullam enim con
vt ſaluti animæ ſuæ omnia proponant: nullam enim condignam commutationem pro anima ſua acciperet, Matthæi 16. Neque enim ſermo mihi de nimia illa & irregulari dilectione, quia plus æquo nos ipſos diligimus, nos ipſos palpamus, blandientes, nimium cutem curamus & ventrem, molles, ſuperflui, & inanes in ijs, quibus proximum iuuare poſſemus, ſi nobis ipſa ſubtraheremus legitimè: eo enim modo philautia decepti. Potiùs verè nos odimus, quàm diligamus: diligendo enim præter modum nos ipſos, perdimus, non ſecus ac Orus Apollo in literis hieroglyp. narrat. ſimias fœtus magis dilectos præ nimio amore, ſuffocare amplexibus: vt verum ſit, quod ea ratione Deus dixit, qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam, qui autem perdere voluerit, in vitam æternam cuſtodiet eam, Marci 3. & Lucæ 9. & Matth.16. Sic charitas non quærit ea quæ ſua ſunt, nihilq; agit perperam, 1. Corinth.13. hinc tertius gradus fit dilectionis, vt præponamus animam proximi, hoc eſt, eius ſalutem, noſtro corpori, ſi ea ratione ſaluare & lucrari Deo eam poſſumus. Nam tunc cum ſalute proximi, nobis meritum erga Deum paramus maius & coronam, reddentes animas Deo. Hincque pro ſalute humani generis exemplar omnium perfectiſſimum virtutum dominus noſter Ieſus Chriſtus corpus ſuum & vitam propriam, pro ſalute animarum noſtrarum fudit, propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis, homo factus, crucifixus, paſſus, mortuus & ſepultus eſt, factus obediens vſque ad mortem crucis, ad Philipp. cap.2. Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum primogenitum daret, &c. D.Ioan. 1. epiſt. cap.3. Et bonus Paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis, D.Ioan. Euang. cap.10. Sic D. Paul.2. Corint.12. Ego autem libentiſſimè impendam, & ſuperimpendar pro animabus veſtris, licet plus vos diligens, minus diligar. D.Ioan. epiſt.1. cap.3. in hoc cognouimus charitatem Dei: quoniam ille animam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Quartus dilectionis gradus diligere plus vitam & corpus proprium quàm proximi. Quintus, vt præponamus corpus & animam proximi, omnibus rebus externis noſtris. Nam malus eſt qui ſua de cauſa agit omnia, & probus non propter bona eiuſmodi ſui ratione, niſi dum honeſtas poſtulauerit, & commoda iucunda alijs cedit, vt notat Ariſtot. lib.2. magnor. moral. cap.13. & 14. Eſt vbi quis amicum magis ſe diligat, eſtque vbi ſeſe maximè

In ipſo enim commodo magis amicum: at vbi honeſtum & bonum, ipſe maximè ſeſe diligit. Hinc præceptum illud, diliges proximum tuum ſicut teipſum, Matthæi 22. Marc.12. Lucæ 11. ad Galat.5. Iacob. qui diligit proximum, legem impleuit ad Rom.13. Et Deus iterum, hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, D.Ioan. Euang. cap. Dilectio autem proximi cuiuſque eſt, ſcilicet hominis, quia is eſt proximus etiam impius, ratione potiſſimum naturæ, & propter Deum, non ratione delicti vel culpæ, quæ repugnat præcepto Dei: Eo enim modo, odimus re culpam & peccatum, ſic & delinquentes odimus peruicaces: ita & dicebat Dauid Pſalm. 118. In matutino, interficiebã omnes peccatores terræ, & rurſum Pſal. 138. Perfecto odio oderam illos; ſcilicet operantes iniquitatem. Et hac in parte, perfectio Chriſtianiſmi verſatur, dum etiam inimicos ſuos diligit tanquam proximos: & benefacit non tantùm amicis, ſed etiam inimicis: ſi bene dicat & oret pro perſequentibus ipſum, Matth. 5. Vbi explicatur cap.19. Leuit. & Exodi 23. & 25. Prouerbio. Sic debemus vincere in bono malum, non vinci à malo, ad Roman. cap.12. Nec quia proximus nos odio proſequendo peccat, ideo nos odiſſe eum debemus, & ſimiliter delinquere, maiuſque meritum ob Deum inimicos diligere. Qua etiam dilectione animum inimici poſſumus ad reſipiſcentiam reuocare, & ita lucrari animam eius, quam talione iracundiæ, in maius odium præcipitem daremus. Neque eo ſolo ipſi delinqueremus, omnis enim qui diligit fratrem ſuum, homicida eſt, D.Ioan. 1. epiſt. cap. 3. Sed & maioris peccati proximi authores eſſemus, igni ligna ſuggerentes & fomenta indignationis, vnde magis eos diligere expedit, memores etiam quod dominus noſter Ieſus Chriſtus pro nobis paſſus & mortuus eſt, cum inimici eius eſſemus, &c. Iuſtum pro iniuſtis ad Roman. capitulo 5. quodque impleuit ipſe, mandauit faciendum nobis, diligite inimicos veſtros, Matthæi 5. Lucæ 6. Et rectè etiam Plato, Dialog. 1. de iuſto, proſequitur & oſtendit, iuſti hominis non eſſe quenquam lædere vel odiſſe, ſed omnibus benefacere, & amicis & inimicis, bonis & malis. Sic Epaminundas Thebanus vir gentilis iuſtus habitus ſuorum ciuium iniurias æquo animo tulit, quòd ſe patriæ ſuæ iraſci nefas eſſe diceret, vt ait Aemilius Probus in eius vita. Et Phocion præſtantiſſimus æquiſſimuſque imperator Athenienſium ex calumnia Diræti proditionis inſimulatus, cum ad ſupplicium duceretur, & aliquis



quis eum rogaret, ecquid filio Phocio nunciari vellet, reſpondit, volo, dicas ei meis verbis, ne huius iniuriæ quæ mihi fit ab Athenienſibus, meminiſſe velit, vt refert Diodorus Sicul. lib.18. Sic Pompon. Atticus, nullus quidem iniuria alijs intulit, illatas autem malebat obliuiſci, quàm vlciſci, Cornel. Nepos, Probus in eius vita. Conuenire viro ciuili, in re honeſta & iuſta inimicis etiam opem ferre, tradit Plutarch. in politicis. Melius dominus in cruce pro inimicis. Pater ignoſce illis, qui me crucifigunt, quia neſciunt quid faciunt, Lucæ 23. & ad Hebræos cap.5. Et D.Stephanus, domine ne ſtatuas illis hoc peccatum, Actuum 7. Et ita beati pacifici, quia filij Dei vocabuntur, Matth.5. & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum, 2. Corinth.13. Pax namque cum Deo & proximo ex hac dilectione: cæterum non tantùm diligere oportet verbo, ſed reipſa, & in veritate, vt monet D.Ioan. epiſt. 1. cap.3. Et idcirco pediſſequæ dilectionis, opera ſunt miſericordiæ, eleemoſynæ, actus exteriores, & ea quæ proſint animæ vel corpori, vel vtriſque proximi, vt ſolari puſillanimes, corrigere errantes, viſitare infirmos, paſcere famelicos, potare ſitibundos, veſtire nudos, & ſimilia id genus. Nam, vt ait Clemens Alexan. lib.2. ſtromat. charitas eſt cõſenſio eorum quæ ſunt in ratione, & vita & moribus: aut, vt paucis dicam, vitæ ſocietas, vel amicitiæ, vel beneuolentiæ extenſio, cum recta ratione ad vſum amicorum ac familiarium, qui ἑταῖροι vocantur. (Dicitur autem ἑταῖρος quaſi ἕτερος ἐγὼ, id eſt, alter ego) quia etiam eos fratres vocamus, qui ſunt eodem verbo regenerati. Adhæret autem charitati & hoſpitalitas, quæ eſt artificiũ amicitię, circa vſum hoſpitum: hoſpites autem ſunt, quorum ſunt externa quæ ſunt mundana. Mundanos enim dico eos qui in terram ſperant, & concupiſcentias carnales exaudimus: verſabitur ergo hoſpitalitas, in eo quod eſt vtile hoſpitibus: hoſpites etiam ſunt, qui etiam dicuntur ἐπίξενοι. ἐπίξενοι autem ſunt amici: amici autẽ ſunt fratres, fratres amici, inquit Homer. hæc Clemens.

### *De odio, inimicitia, & alijs quæ pugnant cum charitate.* CAP. XXVIII.

DE illis quæ aduerſantur charitati, epitomen dedimus libro 6. Syntax. c.6. in primo præcepto. Odium porrò & miſericordia potiſſimum opponuntur in defectu: in exceſſu irrationalis, & nimius, & illegitimus amor, zelotypia: odium, non bona alicui velle, vel impar-

tiri alicui mala, faſtidire, & mala deſiderare ei. Cicero... dium 4. Tuſculan. iram dixit inueteratam: Ariſtot. autem particulam tantùm quandam odij iram exiſtimandam eſſe dixit: & eſſe interdum iram efficaciorem, quàm odium quia perturbatio illa non vtitur ratione, lib. 5. Politic. c... Odium aut Dei, aut proximi eſt: Dei, quale illorum qui ex profeſſo ei repugnarunt, vel eius voluntati, ſicut fecit Pharao & Iulianus apoſtata. Tyranni, qui Chriſtianos ad mortem poſcebant, & Iudæi, qui blaſphemi in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Deum verum, quotidianis conuitijs eum impetunt. Et hoc odium peius infidelitate. Odium proximi eſt, ſubtrahere illi debita, & mala inferre, & moleſtum ſe ei præbere. Odium bonum eſt peccati, vt diximus, ſed malum odire proximum in quantum proximus: inimicitia odij fons, cuius effectus eſt detractio, ira, calumnia, verùm differunt, vt notat Ariſtot. lib. 2. Rhetor. ad Theod. c. 4. quòd ira, ex ijs eſt quæ ad ſeipſum pertinent. Inimicitia verò etiam ſine ipſis: nam ſi talem eſſe ſuſpicabimur, odium. Præterea, ira ſemper in ſingulos, vt Socratem, Calliam: Odium verò ingenerat. Adhæc ira dolorem inferre cupit: odium verò affligere potius nam qui iraſcitur, cognoſci vult, hic verò non curat. Dolet qui iraſcitur, qui odit non dolet: & ille multis modis miſerebitur: hic nullo pacto. Nam ille inuicem dolere ipſum vult cui iraſcitur: hic verò, non eſſe quem odit. hæc Ariſtot. Oderunt potiſſimum homines alios, quòd ſibi illos præponi aliqua in re videant vel arbitrentur: quod imperfectionis & præſumptionis eius qui odit maximũ eſt teſtimonium, ſicuti & ob virtutem plerique peroſi: vt oderat Perdicam Alexander, quod eſſet bellicoſus: Lyſimachum, quod belli peritus: Seleucum quod magni animi: offendebat quoq; eum Attali imperatoria dignitas, & Ptolomæi proſperitas, vt narrat Aelian. lib. 12. de varia hiſtor. Apud Athenienſ. ei qui oſtraciſmo ſeu iudicio totum populi erat iudicatus, fugiendũ erat, non vt damnato, ſed velut Reipub. moleſtiori magis ob virtutis æmulationem, quàm virtutis vituperium, vt ait Iulius Pollux, lib. 8. onomaſt. c. 4. Sicut & Ariſtidi, qui ob probitatem morum Iuſti nomen datum, contigit teſte Aemilio Probo in Alcibiad. Herodoto in Vrania, Plutarc. in Ariſt. Diod. Sicul. lib. 11. & expreſsè Cic. 5. Tuſculan. nonne, inquit, Ariſtides patria pulſus eſt, quod præter modum iuſtus eſſet? de Cimone & alijs, eadem referuntur. Is qui vt oportet, iucundus eſt, amicus dicitur: & ea mediocritas amici-



...micitia: is autem qui exuperat, ſi nullius rei gratia, pla-
...dus: ſin ſui emolumenti cauſa adulator eſt appellan-
...at is q deficit, & in cunctis eſt iniucundus. Ariſt. lib. 2.
Ethic. ad Nicom. cap. 7. Qui excedũt in charitate ſunt, qui
...nimio detinentur amore, & ita valdè & præter modũ an-
...ij de re amata, in zelotypiam incidunt. De cuius expia-
...ione Leuit. cap. 5. Refert Plin. lib. 25. cap. 7. Nympham ze-
...otypia erga Herculem mortuam. Excedunt & illi, qui im
potentes & ebrij amoris, ei modum non adhibent, vt Phi
loſtratus lib. 1. de Imaginib. in Ariadne. Et qui non aman-
da, vel eo quo non licet amore, diligunt: vt Tyro amauit
aquam: & Metes quoque Ionicus, qui venereas lachry-
mas in aquam fundebat, vt author idem Philoſtratus lib.
1. de Imaginib. in Melete. Et Pontius legatus Caij Cæſa-
ris (quem ſuſpicor eſſe impium Pilatum præſidem Hie-
roſolymorum, qui impiè damnauit Dominum noſtrum
Iesvm Chriſtum) libidine accenſus fuit Lanuuij pictu-
rarum Atalantæ & Helenæ, quæ pictæ nudæ erant, easq;
tollere conatus eſt, ſi natura tectorij permiſiſſet, vt ſcribit
Plinius lib. 35. cap. 3. Sic Pygmalion Cilicis filius, in ebur-
neam ſtatuam exarſit, teſte Ouidio lib. 13. Metamor. & a-
pud Aelianum lib. 9. de Var. hiſtor. cap. 37. adoleſcens A-
thenienſis ſummo loco natus, ſtatuam Bonæ fortunæ ad
Prytaneum ſtantem deperibat, & ſæpe in complexus eius
ſe inſinuans, oſcula dabat: atque inde raptus in furorem,
œſtroque percitus propter cupiditatem, in Senatum ve-
niebat, & enixè rogabat, vt ſibi eam liceret emere, at cùm
nihil proficeret, multis regijs ſertis imagine coronata,
oblato ſacrificio, ipſaque veſtitu pretioſo exornata, ſibi
mortem cum lachrymis conſciuit. Refert & Xerxem amo
re platani detentum, & alios alia ridicula re. In hunc ordi-
nem referendæ illæ, quæ poſt maritorum charorumque
obitum, amoris violentia mortem ſibi conſciuerunt te-
merè, vt Panthea Perſa, poſt mortem Abradatis mariti. Et
Euadne poſt mortem Capanei, vt author Philoſtr. lib. 2.
Iconum in Pantea & Euadne.

### *De Legum obſeruatione & contemptu.*

### Cap. XXIX.

Leges obſeruare nihil aliud eſt, quàm virtutes ſequi, vitia fugere & perſequi. Nam priùs cupiditates natæ ſunt quàm leges, quæ his modum fecêre, vt ait L. Valerius apud Liuium lib. 4. decad. 4. Et qui legem præeſſe volunt, videntur iubere, & Deum præeſſe, & leges: qui

autem hominem iubet præeſſe, adiungit & beſtiam: libido quippe talis eſt, atque obliquè viros agit etiam optimos, vt ait Ariſtoteles lib. 3. Politic. cap. 12. Quia lex nihil aliud eſt, quàm recta & à numine Deorum tracta ratio, imperans honeſta, prohibēs contraria, apud Ciceronem Philipp. 11. Leges, ſiue diuinæ, ſiue humanæ, nobis datæ ſunt pro regula, pro linea, & pro iudice, vt ait Theodoretus de Curat. Græcar. affect. in virtute actiua. Et quemadmodum Demoſthenes aiebat epiſtola 3. ad Senatum de Lycurgi legibus, Omnes leges propter æquitatem & ſalutem bonorum & hominum frugi feruntur: leges generales, leges omnibus impoſitæ. Quamobrem & ab omnibus obſeruari par eſt: cùm ſui cauſa, quod ex illis viuendi cum virtute, certum habeant demonſtratum & indicatum iter, & à periculis moueãtur: tum etiam propter authoritatem Legislatoris, & poteſtatis eius, quia non eſt poteſtas, niſi à Deo, D. Paulus ad Rom. 3. & omnis anima poteſtatibus ſublimioribus debet eſſe ſubdita. Hinc concordia & pax ciuium & ſocietas continetur.

—τὸ γάρ τοι συνέχον ἀνθρώπων πόλεις
τοῦτ᾽ ἔστι, ὅταν τις τοὺς νόμους σώζῃ καλῶς.

vt ait Aethra apud Euripidem in Supplicibus, actu 1. idem eſt, idipſum contubernia hominũ continet, quando quis tuetur leges probè. Leges namque ſponte obedientes, præmijs vt bonos proſequuntur, peruicaces autem magiſtratuum miniſterio etiam inuitos cogunt, & puniunt; proinde magiſtratus qui cuſtodes tantũ legum ſunt, neq; contra legem facere poſſunt, vt plenè pertractabimus, ſi Deus voluerit, dum de ſententijs iudicum in epitome noſtra iuris agemus. Innuit & D. Paulus Act. cap. 23. dum dixit ad Pontificem; Tu ſedes ſecundùm leges iudicans, & contra leges iubes me percuti: percutiet te Deus paries dealbate. alioquin, vt dicebat Plato libro 4. de Legibus, interitum paratum illi ciuitati video, in qua non lex magiſtratibus, ſed legi magiſtratus præſunt. Neq; etiam magiſtratus poſiti ſunt, vt leges iudicent, ſed vt ſecundùm eas ipſi tuti reddantur. Neq; ſi impiæ aliquando videantur aliquibus forſan, quia odio, vel amore, vel metu, vel muneribus ipſi in contrarias legi partes claudicent, tamen illis cenſura correctoria non permittitur, ſed poſtulandum eſt, vt ait Demoſth. 2. Olynth. vt eas leges abrogent illi ipſi, qui eas tulerunt, eademque maturitate qua inductæ ſunt priùs emendentur, quàm contemnantur. In quo & laudabile Thuriorum inſtitutum, vt qui legis abrogationem



rogationem petere, cum laqueo in publicum prodiret, quique ſi non perſuaderet, laqueo ipſo ſuſpenderetur, vt ſcribũt Diodorus Siculus lib. 12. & Demoſthenes contra Timocratem: ſoli ſummi Principes cùm omnia videantur habere à ſubditis ſibi data, vnum præcipuum habent nemini alij conceſſum, vt legibus ſoluti ſint, vt ait Dion Caſſius libro 53. firmantq; iuris ciuilis leges eandem ſententiam. Oportet enim eſſe vnum aliquem, qui pro occurrentibus Reipublicè morbis, liberè mederi poſſet & ſtatuere, cum ratione tamen: aliter nequaquam. Nam vt dixerunt Cæſares Theodoſ. & Valent. digna vox eſt maieſtate regnantis, legibus alligatum ſe principem profiteri. adeò de authoritate iuris noſtra pendet authoritas: & re vera maius imperio eſt, ſummittere legibus principatũ, vt ſcribitur in Codice Iuſtiniani, tit. de Legib. 4. lib. 1. Quę vera potiſſimùm dum de diuinis agitur, in quibus immutare quippiam à Principibus ſeculi non licet, vtpotè ipſis quoque Deo Regi Regum ſubditis, cuiuſque vt maioris, ſoluere iura non poſſunt: & cùm Deo potius, quàm hominibus, ſi contraria ſtatuerunt, oportet obedire. Sed hæc ſufficiant, de legum obſeruatione in præſentia, cùm latiùs hæc pars, Deo fauente, in iure & legibus examinanda ſit. Dicemus tamen hìc in ſumma, per hanc obſeruationem legum, omnia quæ à virtutibus procedunt, conſeruari, vt iuſtitiam, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, ſpem, fidem, charitatem, & illis conuenientia: & hinc ſequi conſortia hominum, & ſocietates firmas, res cuique tutas, & dignitatum ſplendorem, meritorum diſtinctionem, delictorum emendationem, & ſimilia. Et contrà ex contemptu legum, omnia aliter ſuccedere, vt non opus ſit vlterius in his immorari, neque de contemptu legum agere.

## *De Pietate ſeu religione.* CAP. XXX.

COnſentiunt omnes, pietatem eſſe debitum cultum erga Deum, patriam, parentes, & eos qui parentum loco ſunt, quales ſunt præceptores, nutrices baptizantes, inſtruentes. Sic Cicero in Somnio Scipionis, ponit in parentibus & propinquis, & patria. & 3. Offic. Ciuitati expedit, pios habere ciues in parẽtes. Verùm propriè pietas, pro Dei cultu accipi ſolet, pro religione, quæ Græcis εὐσέβεια. de qua primùm loquamur. Et Mercurius Triſmegiſtus in Pimandro εὐσέβειαν, ſeu pietatem tradit eſſe γνῶσιν τοῦ θεοῦ, cognitionem Dei, quam finitionem pro-

bat Lactantius libro 2. de Orig. error. cap. 15. Religionem quoque eſſe rectam de diuinis mentem dixit Arnobius 7. contra Gentes. De hac Cicero pro Domo ſua, nec eſt vlla erga Deos pietas, niſi honeſta de numine eorum, ac mente opinio, cùm nihil expeti ab ijs quod ſit iniuſtum, ac inhoneſtum arbitrere. Pietas, inquit D. Bernard. Serm. 55. lib. ſerm. paru. eſt cultus Dei, qui in tribus conſiſtit, fide, ſpe, & charitate, quæ ſunt inuiſibilia: his tribus carent impij, qui Deum non colunt, & quorum conſilium eſt viſibilia inuiſibilibus, terreſtria cœleſtibus præferre. Philo etiam Iudæus libro Quod deterius potiori inſid. definit pietatem eſſe obſequium erga Deũ, & miniſterium: Dei autem cultu nõ quod Deus eo iuuetur, nullius enim ipſe indigus eſt, ſed quo nos eo iuuemur, vnde idem libro de migratione Abrahæ ait, Hoc glutine pietatis, naturam mortalem immortali iungi & vniri. Et Cicero 1. de Natura Deorum, hanc fundamentum exiſtimat ſocietatis humanæ, & cum eius contemptu ſimul cum ea labi omnem fidem & iuſtitiam. Item pro Plancio, fundamentum omnium virtutum. Plinius quoque lib. 14. cap. 19. vitam noſtram religione conſtare dixit. Pietatem ſequitur ſanctitas, quæ eſt eius quod Dei eſt agnitio: ſequitur & retributio, & religio ſanctitatem, quæ eſt religatio indiſſolubilis cum Deo ipſo, vt docet Plato in Eutyphrone. Pietatis modus in duobus conſiſtit, in piorum dogmatum certitudine, & in bonis operibus: ita vt neque dogmata ſine bonis operibus accepta ſint Deo, neq; abſque pijs dogmatibus opera perfecta ſuſcipiat Deus, vt tradit Cyrillus Hieroſol. catech. 4.

## *De Superſtitione & impietate in Deum.*
## CAP. XXXI.

OPponuntur pietati quæ eſt erga Deum, ſeu religioni duo infandiſſima vitia, nempe ſuperſtitio in exceſſu, & impietas in defectu. Superſtitio dicitur timor Dei inanis, cùm id timetur quod timeri nõ oportet: item abuti Dei cultu in illis quæ Deo improbata ſunt. Nam, vt ait Cicero 2. de Nat. deor. cultus Dei eſt ſanctiſſimus, optimus, atque pleniſſimus pietatis, vt eum ſemper pura, incorrupta, & integra mente & voce veneremur. Non enim Philoſophi ſolùm, ſed etiam maiores noſtri ſuperſtitionem à religione ſeparauerunt. Nam qui totos dies precabantur & immolabant, vt ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi primùm ſunt appellati, quod

nomen



nomen poſteà patuit latiùs. Qui autem omnia quæ ad cultum Dei diligẽter retractarent & relegerent, dicti ſunt religioſi, &c. eadem refert D. Auguſtinus lib. 4. de Ciuit. Dei, cap. 39. & lib. 2. de Diuinat. idem Cicero ideò tollendam eſſe omnem ſuadet ſuperſtitionem, retinendam autem religionem. Ita Epictetus teſte Ario in eius Enchirid. cap. 36. libare & ſacrificare vnumquemque, inquit, ſecundùm patrios mores decet, abſque laſciuia, abſque negligentia, non parcè, non ſupra facultatem. Superſtitioſas quoque voco hic obſeruationes illas magicas, de quib. paſſim apud Plinium, quibus ſub ſpecie cuiuſdam numinis panicos terrores perſuadebant, vel alia mirabilia pollicebãtur; voco & ſuperſtitiones paganorum, religiones impias, ſicut & D. Paulus, dum Actuum 17. ait, Viri Athenienſes, quaſi per omnia ſuperſtitioſos vos video, &c. ſuperſtitionem D. Paulus ad Coloſſ. cap. 2. dicit habere ſpeciem ſapientię in præſumpta humilitate Angelorum, &c. item illam ſabbathorum obſeruationem, eiuſmodi quo vtebantur neoterici Iudæi, vt non ignem accendere, non parare eſcas, non curari in ſabbatho vellent, melius ſpecies hypocriſis, quos reprehendit Dominus Matthæi 12. Marci 3. Lucæ 6. & 13. Hi enim, vt Deus detegit, erant colantes culicem, camelum autem deglutientes, Matth. 21. id eſt, de minimis conſcientia ſuperſtitioſi, in grauioribus non vtique religioſi. At ſuperſtitio non eſt cum timore, tremore, honeſtate, ritu ordinato ceremoniarum, Deo cultum exhibere, myſteria per ſymbola præbere, quemadmodum docet Eccleſia catholica, columna veritatis, & D. Dionyſ. Areopag. lib. de Eccleſ. hierar. & Conrad. Brunus in 6. libris de Ceremonijs. Impietas eſt malè ſentire de Deo, vel Deum negare, vel non timere, cuius fuerunt Diagoras, Protagoras, & alij Athei, teſte Cicerone 1. de Natura deorum. Conſentiunt & hæretici in fide dubij, de quibus plura alibi.

## *De Pietate in patriam.* CAP. XXXII.

POſt Deum patriæ pietas debetur, virtusque maxima eam & conſilio & re iuuare. Et generoſi, inquit Plutarchus in Politic animi eſt, exclamare, amo liberos; ſed magis patriam. Nullus quippe caſus eſt pro dignitate patriæ non ferendus, vt ſcribit Cicero Philipp. 13. Offic. 1. Tuſculanar. 5. Aulus Fuluius, Fuluium filium ad Catilinæ patriæ inimici caſtra euntem, in itinere deprehenſum necari iuſſit, vt ait Salluſtius in bello Catiln. Brutus

Conſul

conſul filios proprios qui tyrannum Tarquinium Superbum reducere tentauerant, ſecuri verberatos affici iuſſit, patriæ potius quàm proprij ſanguinis cauſam agens, vt author Dionyſ. Halic. in 5. & Liu. in 1. Alijq; plures, patres, aut filios ſuos quòd patriam oppugnare comperti & iudicati ſunt, necari iuſſerunt, Valer. Maxim. lib. 5. cap. 7. & Plato 5. de republic. ſcribit, Patriam maiori ſtudio colendam ciuibus eſſe, quàm patrem à liberis. Nam vt Lucianus tradit in encomio patriæ, ſi quis iuſtum habet honorem patri, quemadmodum & lex & natura imperat, ille quoque patriæ conuenientem honorem præcipuum habiturus eſt: ſiquidem ipſe etiam pater peculiaris eſt patriæ poſſeſſio, ac patris pater, tum omnes qui ex illis numeroſa retrò ſerie generis domeſtici prognati ſunt. Maluit Themiſtocles, hauſto tauri lethali ſanguine mortem oppetere, quàm contra patriam Græciam, alioquin tanto viro ingratiſſimam, bellum inferre, teſte Plutarch. in eius vita, & Valer. Maxim. libro 5. cap. 17. Leonidas, contra Xerxem Perſarum regem pro patria ſe deuouit, Herodot. lib. 7. vt pro ſuis Romanis duo Decij pater contra Latinos, filius contra Vmbros, vt memorant Cicer. 1. de diuination. & in parad. & Liu. in 10. ab vrbe. Omitto Codrum de quo Valer. vbi ſupr. Meminit Euripides in Phœniſſ. cùm reſponſum fuiſſet oraculo Tyreſiæ vatis, Thebanos Argiuos ſuperaturos, ſi Menœceus Creontis filius Marti victima fieret, Menœceum ſeipſum intereміſſe. Omitto referre quot pericula Zopyrus pro patria ſponte ſubierit, quæ narrat Iuſtin. lib. 1. Herodot. in 3. Plutarch. in apophtheg.

*Nec dubia eſt Ithaci prudentia, ſed tamen optat*
*Fumum de patrijs poſſe videre focis.*
*Vt ait Ouid. 1. de Ponto.*

Ferturque immortalitatem recuſaſſe, vt iterum videret patriam ſuam, quanquam in aſperrimis ſaxis, tanquam nidulum affixam: ſicuti tradit Homerus in Odiſſea 1. Cicero 2. de legibus & de orator. Et mirum refert Aelian. libro 1. cap. 1. de natur. animal. Heronios aues in Diomedea inſula, ad barbaros nauigantes nunquam accedere, ſed ad Græcos tantùm, quòd ex eorum genere in aues mutati dicerentur, ibi, ſocij Diomedis. Quò factum eſt, vt proditores patriæ, ſummæ execrationi ſemper deuoti ſint, ſupra alios proditores. Sic Aurelian. Imperat. cum Thyanam ciuitatem obſediſſet, eamq; proditione Heraclamonis patriæ eius, cœpiſſet, cum patriæ proditorem victor ſapiens interemit: neq; enim, inquit, mihi fidem ſeruare potuiſſet, qui patriæ ſuæ non pepercit, vt narrat Flauius Vopiſcus in Aureliano. Iuſſit militibus Achilles, Piſidicem Methymnæam filiam regis, quæ ciuitatem patriam ſuam & parentes ei prodiderat, lapidibus obrui, Parthenius in Erotin. capit. 21. Tarpeia quoq; ſuæ patriæ proditrix, à victoribus, meritò interfecta. Liuius 1. ab vrbe, Ouid. 1. faſtor. & 14. Metamorph. & Plutar. in vita Romul. Valer. Maxim. lib. 9. cap. fin. Idemq; de proditore factum à Brenno ad vrbem Epheſum, Plutarch. lib. paralel. paral. 30.



## *De Pietate in parentes.* CAP. XXXIII.

POſt patriam, parentibus & proximis pietas debita, cultus, & reuerentia. His enim primùm nos natura conciliat, vt ait Cicero de reſponſ. aruſp. vt pro his mori, ſi opus ſit, iura diuina & humana videantur ſuadere, & ratio etiam poteſtatis: quod repetit pro Sexto Roſcio. Ideo & neceſſaria multò magis vitæ debemus, vt latè tradidimus de horum debito in libro 2. præludior. opt. Iuriſconſ. capit. 40. Docet & Cyrill. Hieroſolym. catecheſ. 7. Docent & animalia, inter quæ glires & ciconiæ parentes alunt, Plin. lib. 10. cap. 23. & Meropes aues eodē lib. Plin. cap. 133. & Orus Apollo in Hieroglyph. Extat & præceptum honorandos eſſe parentes Exod. 20. Eccleſ. 8. Matth. 15. & 19. Marci 10. ad Coloſſ. 3. ad Epheſ. 6.

## *De pietate erga præceptores.* CAP. XXXIV.

DE his etiam quæ debentur præceptoribus, diximus abundè in prælud. opt. Iuriſconſ. lib. 2. cap. 41. & cap. ſeq. de his quæ debemus pauperibus & mortuis. Pietas quippe preceptoribus non ſecus ac ijs qui nos genuerunt corpore, debetur: ingenerant enim quodammodo in nobis intellectum & diſciplinam, vt ij quoque qui miniſterium ſacramentis præbent, qui inſtruunt nos in religione, & ſimiles.

SYNTA-

# SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, LIBER XL.

In quo agitur de vitijs.

## *Methodi Ratio.* CAP. I.

Occurrebant præter virtutes proximè ſuperiori libro enumeratas, aliæ quædam, quæ poſſent ſeorſum propria tractatione ſimilíq; ordine donari: verùm vt ſtylum maiori gratia donemus, vtq; per notiora vitia incedamus, mutaui formulam, vt quemadmodum in ſuperioribus vitia ex oppoſitione virtutum explicatarum apparuerũt, nunc ex vitiorum inſigniorum nomenclatura, contrario argumento virtutes illis oppoſitæ intelligantur.

## *De Superbia.* CAP. II.

Superbia, eſt elatio animi contra rationis modulum, quando quis ſe magnis rebus dignum & honorandũ arbitratur, cum tamen longè hinc abſit, vnde ſuperbi, inſolentes ab Ariſt. dicuntur, lib.1. magni moral. cap.28. hæc maximè inuenitur, in rebus publicis ferè omnibus, quæ pace fruuntur & otio, & apud illos qui rebus abundant. Nam bellum quos opprimit, cogit eſſe & humiles, temperatos, prouidos, & iuſtos: at ſecundæ res, & otium cum pace petulantes reddit, vt ait Ariſtot. lib.7. polit. cap. 15. Et Moſes impugnatus, dilatatus, recalcitrauit, Deuter. 32. quò fit, vt ex hominum ſuperbia, tot mala prodeant, veluti ex equo quodam Troiano, eaq; ſementem præbeat tot varijs ſucceſſibus humanis. Pacis quippè optimus ſtatus, diuitias & rerum copiam ſuggerit: copia autem, otium & ſuperbiam generat, & ex optima matre peſſimæ naſcuntur filię: deinde ſuperbia concitat ſeditiones & diſſidia, ex quibus bellũ infœlix, ex quo nihil aliud quàm miſeriarum omnium turba, quæ ſuperbiam illam conterunt, dum ei fomenta ſubtrahunt diuitiarum, & eo vſque ceruicibus minantur, donec paupertas inſignis orta ſit, deuoratæq; ſint omnes ſuperborum diuitię, & opes

& ſubſi-



& ſubſidia. Tunc enim paulatim belli ſæuitia remittitur impetus, & tyrannidem: non ſecus quàm ignis, deficiente ligni pabulo, extinguitur. Hincq; cineres reliqui & paupertas & ſuperbiendi ſublata anſa ad pacem venitur, eamq; tandiu iterum circulatione homines conſeruant quandiu abundantia & otium deficiant, in quæ relapſi & in mala priſtina reuoluuntur. Comitantur ſuperbiam ſatellites peſſimi, præſumptio, pertinacia, hypocriſis, oſtentatio, iactantia, aliorum cõtemptus, inobedientia, ambitio, curioſitas. Ideo ex illa oriuntur peiora, hæreſes, ſchiſmata, ſeditiones, iurgia, rixæ, bella, litigia, detractiones, animoſitates, elationes, vanitas, inquietudo, mendaciũ, periurium, D. Auguſt. ad Ianuar. epiſt. 121. dicamq; in ſumma cum Eccleſiaſte, initium omnis peccati eſt ſuperbia, & odibilis Deo & hominibus, Eccleſ. 10. Signa ſuperborum, ex Innocentio in ſermone beatiſſ. virginis Mariæ, hæc ſunt, quod tales non ſeruant mandata, ſed iudicant, obiurgant, contradicunt, murmurant, irrident ſimplices, ſunt pertinaces, mordaces in loquendo, faſtidioſi in audiendo, præſumptuoſi in docendo, oneroſi amicis, imperioſi ſubditis, ingrati beneficijs, inflati obſequijs: quibus ceruix inflexibilis, facies reſupina, oculi ſublimes & vagi, nares ſpirantes iniurias, ſubſannantes, collum erectum, riſus incontinens, vultus geſtuoſus, addit Tertull. lib. de verecundia, præſumptio inuerecundiæ portio eſt, inflat petitorem, deſpicit datorem. Plin. lib. 11. cap. 37. ſedem ſuperbiæ, in ſupercilijs ponit: ſupercilia, inquit, homini, & pariter & alternè mobilia: & in ijs pars animi, negamus, annuimus: Hæc maximè indicant faſtum. Superbia alicubi conceptaculum, ſed hic ſedem habet, in corde naſcitur, huc ſubit, hic pendet. Superbia naſcitur ex ſui ignorantia: ſic qui ſe putat aliquid eſſe cùm nihil ſit, ſeipſum ſeducit, ad Galat. 6. ideo quia cæca eſt, facile poſſeſſori parat interitum. Proinde ob hanc de cœlo deiectus Lucifer, Iſaiæ 14. Ezech. 28. qui rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, Iob. 41. per hanc pulſi ab horto illo voluptatis ſeu paradiſo primi parentes quos ſuperbos ille hoſtis ſuperbia confecit, dicens, eritis ſicut Dij, Geneſ. 3. Ob hanc Deus vnius labij ſermonem diuiſit, & confugit, Geneſ. 11. abſorbuit terra viuos Dathan, Chore & Abyron, & eorũ ſocios, Numero 16. Nabuchodonoſor cum feris terræ, per ſeptem annos iudicio Dei fœnum, vt bos, comedit, Daniel. 4. Hæc Goliam perdidit, 1. Reg. 17. Amano laqueum parauit, Heſter. 7. Nicanorem & Antiochum ſuſtu-

lit, 2.

lit, 2. Machab.15. Deteſtatur Salomon oculos ſublimes, & inter ſeptem res, quas valde odit Deus, illa eſt, Eccleſ. cap.19. & in ſumma ſi aſcenderit (vt ait Iob cap.20.) vſq; ad cœlum ſuperbia, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur. Quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, Iacob.4. quod expreſſit Antigone in Phœniſſis apud Euripidem, actu 1. dum ait,

*ἰὼ νέμεσις, ἐ διος βαρύβρεμοι βρονταὶ*
*κεραύνιόν τε πῦρ αἰθαλόεν,*
*σύ τοι μεγαλανορίαν ὑπεραύορα*
*κοιμίζεις.* Id eſt,
*Io Nemeſis atq; Iouis horriſona tonitrua*
*Et fulmineus ignis ardenſq;,*
*Qui immodicam inſolentiam*
*Comprimis.*

Herodes ſibi gloriam datam ſuperbè vſurpans computruit pediculis exeſus, Act.12. Deus quoque domos ſuperborum demolitur, Prouerb.15. & radices ſuperbarum gentium areſecit, Eccleſ.10. Diſperſitq; ſuperbos mente cordis ſui, & exaltauit humiles, Lucæ 1. & oculos ſuperborum humiliabit, Pſalm.17. quia ſuperbis reſiſtit, Iacob. 4. & 1.Petr.5. & dies domini in omnem ſuperbum, Iſaiæ 2. Nec illi vnquam ſuperborum, ſed humilium placuit oratio, Iudith 9. & Luc.18. Docuit idcirco diſcipulos Dominus non ſuperbire, non dominari, ſed humiliari & ſubijci, doctrina & exemplo, D.Ioan. cap 15. ſemetipſum humilians vſq; ad mortem, ad Philip.2. Atq; nos qui eius filij & diſcipuli ſumus, rogare Deum debemus, ne veniat nobis pes ſuperbiæ, vt Dauid Pſalm.35. Et amplecti & ſectari ſuperbiæ aduerſariam virtutem, humilitatem, humiliter & modeſtè de nobis ſentientes, nos ipſosq; cognoſcere. Quantò maior es, humilia temetipſum, ait ſapiens Eccleſ.3. & rurſum capit.7. Humilia valde ſpiritum tuum, vt & D.Petrus 1.cap.5. iubet. Humiliamini ſub potenti manu Dei. Quia qui ſe humiliat exaltabitur, & qui ſe exaltat humiliabitur, Lucæ cap.14. & 18. Cuius exemplum inſigne literis conſignatum in Dauide humiliato coram arca Dei, & Michol vxore ſuperba, ſterilitate ideo puncta 2. Reg.6. & 1.Paralip.cap.15. Superbia demergit in tartarum vſq;, humilitas autem ad cœlum vſq; extollit, vt ait Caſſiodor. in Pſal.118. & D.Gregor.lib.35.moral.cap.22. dixit ſignum euidentiſſimum damnationis, eſſe ſuperbiam.

Antid.



## *Antidotum ſuperbiæ.* CAP. III.

SVmma totius antidoti eſt, ſeipſum, vt dixi, noſſe, & humiliari, nec altè, ſed modeſtè de ſe ſentire, ſeipſum metiri verè: inueniemus enim, ſi nos & noſtra perpendamus, vſque adeò vilem & imperfectam, & miſeram viuendi rationem, vt proculdubio ſine affectu iudicantes, tias & tumorem remittamus. Referam perpulchra Rabini Akabię filij Mahalalielis verba, quę in libro פורקי אבוה pirke abot, id eſt in capitulis patrum, ſcribuntur cap.3.

הסתכל בשלשה דברים ואין אתה בא לידי עברה: דע מאין
באת ולאן את ההולך ולפני מי אתה עסיד לתן דין וחשבן:
מאין באת מטיפה סרוחה: ולאן את הולך למקום עפר רמה
ותולעה: ולפני מי אתה עתיד ליתן דין וחשבון לפני מלך
מלכי המלכים הקדוש ברוך הוא

lege, haſtacel beſceloſca debarim, veæn atha ba lidei gabarach: dag meæn batha, vlean atha holechi, vliphnei mi atha gatidlitehn din, veheſcebon: Meain batha, mitipa ſerochah: vlean atha holech, limekom gaphar rimah, vetholega: veliphnei mi atha gathid lithen din veheſcebon, liphnei melec malchei hamelachim hakadoſc baroco, id eſt, conſidera tres res & nō venies in manus tranſgreſſionis. Cognoſce vnde veneris, & quò tandem ſis abiturus, coram quo etiam oportebit te tandem iudicium & rationem dare. Vnde veniſti? ex guttula ſordida. Quò tandem abis? ad locum pulueris & vermium. Et coram quo futurum eſt vt rationem reddas? coram rege regum omnium, qui ſcilicet eſt ſanctus & benedictus. Et ibi Rabi Maimon conſiderationem ortus noſtri cauſam eſſe humilitatis ait. Naturam conſidera quæſo, dum morbo hoc tumeſcis, generaliter hominis, cuius conceptio culpa, naſci pœna, labor vita, neceſſitas mori, poſt hominem vermis, poſt vermem fœtor & horror. Cum enim morietur homo, hęreditabit ſerpentes, beſtias & vermes, Eccleſ.10. Iob.21. & 13. Iſaiæ 31. Talis regum & imperatorum, doctiorum, ſtultorum, virorum & mulierum, ſenum & iuuenum natura & præſtantia, nec ſi cœmiteria contempleris & oſſa per ſepulchra mortuorum perquiras, aliquam conſtituere poteris nobilem differentiam. quæ igitur homini cauſa ſuperbiendi, cuius corpus in tam fœtidum cadauer, feris & ſerpentibus exoſum, reſoluitur? Quod ſi putas ſuperbiam & elationem animæ non corpori proficere, reuolue quæſo à ſepulchris ad animarum carceres, mētis ocu-

B b

los, audies earum eiulationes horribiles in deſperatione querulas, Sapient.5.ibi. Quid profuit nobis ſuperbia, & diuitiarum iactantia? &c. Quod ſi in teipſo non hæreas, ſed externis bonis intumeſcas, quid videbis quæſo teipſo ſtultius, qui alienis non tui glorieris, moturus aliquando riſum, vt cornicula Horatiana, furtiuis nudata coloribus: cum ea omnia in hoc ſeculo relicturus ſis, & nudus in puluerem reuerſurus. Et quid habes, quod non acceperis? ſi acceperis, quare gloriaris quaſi non acceperis? vt D. Paul.1. ad Corinth.4. monet. Et vt dicebat in Menam Libertum Horat. epo. ode 4.

*Licet ſuperbus ambules pecunia,*
*Fortuna non mutat genus.*
*Videſne ſacra mentiente te viam*
*Cum bis ter vlnarum toga.*
*Vt ora vertat huc, & huc euntium*
*Liberrima indignatio?*

Si doctrina extolleris, ea tibi in iudicium æternæ mortis erit, ſciens voluntatem domini, & non faciens, Lucæ 12. Neque poteſt te præterire, alium te eſſe poſſe doctiorem, conſcientia propria motus quòd plura ignoras, de pluribus dubites, multa quotidie ab ijs quos indoctos cenſes, diſcas. Quin ſi multa te ſcire profitearis, quid es oblitus, omnia velle ſcire, vanitatem eſſe & occupationem peſſimam à Deo datam filijs hominum? & quòd in multa ſapientia multa ſit indignatio, vt ait Eccleſiaſtes cap.1. Sed & falleris, plura te ſcire putans, cum teipſum non noueris. Si de ſanctitate, & religione te extollis, eo ipſo in religionē committis, in qua putātes eſſe ſe ſapientes ſtulti facti ſunt, ad Roman.1. Et ſapientia huius mundi eſt ſtultitia apud Deum 1. Corinth.3. Si te præferas alijs iuuentute, pulchritudine, bona valetudine, ſtultus omnino es, qui non videas nec ſentias, tempus illa omnia proximè immutaturum, adeſſe morbos, inſidiari venuſtati turpitudinem, vitam comitari tacitam mortem. Si de virtute gloriare, iam virtutem eo ipſo enecas & pellis. Si de genitorum nobilitate, per ſuperbiam iam ab illis degeneras, qui non vanitate illa leui, ſed actibus nobilitati ſunt, nec illa tua, ſed illorū eſt laus, tuum autem opprobrium quod non imiteris eos, qui domeſtica tibi præbuerunt exempla. Si, quod abundas, quod conuiueris ſplendidè, quòd multa poſſideas ſuperbis, & in hoc triſtandum eſſet, non gloriandum, quòd de multis ſit reddituris rationem Deo, quòd ea inutiliter, voluptuosè, prœter &



contra virtutem, & vſum conſumpſeris. Si autem quòd bene cantes, choreis fruaris, ad rhythmum bene ſaltes, in hoc erubeſcere quoque deberes non gloriari, quod tempus bonis operibus dandum teras tam molliter & peruerſè, quod omnino amens factus ſis dum in morbo delectaris, & vbi lugenda tibi tam perdita vita ſit, in ea glorieris: ſic impius gloriatur cum malefecerit: quæ adludendi aſtrum quoque velim referas ad hiſtrionicos concinnos motus, voluptates, & ſimilia vana, venationem, aucupia, famulatum: &, ſi magnificas ædes quibus habites obijcias pro faſtu, arces munitas, palatia, veſtium ornatum, ſtolidiſſimum te iudico omnium, qui ex inanimatis, cùm animæ rationalis ſis particeps diuinitatis, gloriam aucuperis, miſerumq; qui domum dominum honorare, non dominum domum arbitreris, quiq; ita ſis inſcius, vt tuam domū quinq; pedum ſepulchri futuram non cogites, & arces munitas non conſideres tuæ improbitatis eſſe teſtes, dum aliter non credas te eſſe tutum. Si de magiſtratibus gradu dignitatis, prudentia, imperio, regno, vel alia adminiſtratione tibi commiſſa, inflatus obambules: quid poſſes quæſo miſerius teipſo cogitare, vt qui tibi nō ſapias, aliorū curam ſuſcepiſſe, pro illis redditurus rationem: audi quod dictum eſt Sapient.6. Præbete aures vos qui continetis multitudinem, & placetis vobis in turbis nationū, quoniam à Domino data eſt poteſtas vobis, & virtus ab altiſſimo q interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legē iuſtitiæ, neq; ſecūdum legem Dei ambulaſtis. Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam duriſſimum iudicium fiet, in ijs qui præſunt. Et vt tandem concludam, ſi quid boni ſit in nobis, ſi quid rarum videatur, metuere debemus, ne id ſuperbia ipſa amittamus, nosq; & illa perdamus. Qui enim ſtat, videat ne cadat. 1. Corinth.10. Quò enim altiores eſſe nobis videmur, tantò pernicioſior imminet lapſus: &, vt dixit Horatius carmin.2. ode 10.

*Sæpius ventis agitatur ingens*
*Pinus, & celſæ grauiore caſu*
*Decidunt turres, feriuntq; ſummos*
*Fulmina montes.*
*Sperat infeſtis, metuit ſecundis*
*Alteram ſortem bene præparatum*
*Pectus: informes hyemes reducit*
*Iupiter idem.*

*Submouet, &c.* Et poſteà,

*Rebus anguſtis animoſus atque*
*Fortis appare: ſapienter idem*
*Contrahes vento nimium ſecundo*
*Turgida vela.*

Et vno verbo cum Pindaro concludemus ode 11. Nemeor. epo. 1.

εἰ δέ τις ὄλβον ἔχων
μορφᾷ παραμεύσετ' ἄλλων,
ἔν τ' ἀέθλοισιν ἀρι-
στεύων ἐπέδειξεν βίαν,
θνατὰ μεμνάσθω περιστέλλων μέλη,
καὶ τελευτὰν ἁπάντων γᾶν ἐπιεσσόμενος. id eſt,

Sed ſi quis opes poſſidens forma anteibit alios, & in certaminibus primas obtinens partes, ſpecimen ediderit roboris: meminerit ſe mortalia circunferre membra, & poſtremam omnium terram ſibi futurum eſſe amiculum. Quod paucis dicitur Ecleſiaſt. cap. 7. memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.

## *De Auaritia, & quid.* CAP. IV.

AVaritia, eſt vitium animæ, per quod vndequaque ſine ratione habere cupimus, & citra rationem habitum retinemus. Primam partem huius definitionis probat Ariſtot. libello de virtutibus, altera prioris appendix & conſequentia eſt, Auaritiam, vocant ea ratione, φιλαργυρίαν Theologi, inordinatum habendi amorem, vt D. Thomas. 1. 2. qu. 84. articul 1. & 2. 2. qu. 118. artic. 1. & in comment. aureo ſuper 1. epiſt. ad Timoth. Itaque auaritia duo habet, quæ peſſima ſint, promptitudinem nimiam accipiendi, & defectum maximum dandi, Ariſtot. lib. 4. Ethic. ad Nicoma. c. 3. quæ ſi ad medium reuocare potes, conſtitues virtutem, liberalitatē. Nam deficiendo, auarus nō impendit vbi oportet, nec quantū nec quando decet, & ita liberalitatem ſuffocat ea parte: veluti ex exceſſu largiendi, aliunde eandem prodigus eneruat, qui vbi nō decet, & plura quàm deceat, & vbi nō deceat, expēdit. Ariſt. 1. lib. mag. moral. ca. 24. Lucret. lib. 3. de rer. nat. auaritiā dixit, cæcam bonorum cupidinem, quæ cogit homines miſeros, tranſcēdere fines. Certè verè cæca, quia habet oculos faſcinatos, qui ſatis nunquam ſibi eſſe putent, nec videant: vnde mulorum vitam agunt plura habentes nihil expendentes: ij enim aurum, pretioſiſſimum onus dorſo geſtantes, ſemper fœnum comedūt. Nec auaritiam quotidie



confluentes diuitiæ ſiſtunt, ſicut neq; ardentē ignem iniecta materia. Etenim radix auaritiæ opinio, non ſatis vnquam futurū, eaq; eſt cauſa cur non ſatis habeat, teſte Zenone apud Diog. Laert. in eius vita lib. 7. Sic. & Cic. lib. 4. Tuſculan. Cum eſt cōcupita pecunia, nec adhibita continuò ratio quaſi medicina quædam Socratica quæ ſanaret eam cupiditatem, permanat in venas, & inhæret viſceribus illud malū, exiſtitq; morbus & ægrotatio quę euelli inueterata nō poſſunt: eiq; morbo nomen eſt auaritia. Canit & Iuuenal. Satyr. 14.

*Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit:*
*Et minus hanc optat, qui non habet.*
*Diues eſt, qui nihil cupit, ſed ſemper pauper eſt auarus.*
*Quid mihi diuitiæ* (inquit Corn. Gallus) *quarū ſi dempſeris vſum,*
*Quamuis largus opum ſemper egenus ero.*

Horatius auaritiam hydropiſi comparat rectiſſimè lib. 2. ode 2.

*Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops,*
*Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi*
*Fugerit venis, & aquoſus aluo*
*Corpore languor.*

Et Ecleſiaſt. cap. auarus non implebitur pecunia, & Eccleſ. cap. 14. Luxuriæ inquit P. Mimercus deſunt multa, & auaritiæ omnia: inde & dictus auarus, quaſi auidus æris vno e detracto à Gellio libro 10. capit. quinto. Et vt aiebat Antiphon, auari vitam non viuunt, ſed magno ſtudio ſeparant ceu quandam vitam magnam victuri, & interim illos tempus deſerit, ita ille auariſſimus Hermocrates moriens in teſtamento, ſeipſum rerum ſuarum ſcripſit hæredem, teſte Lucillio: tanta enim ei cura erat ſuorum nummorum, quemadmodum & alius inſigniter auarus apud Athenæ. libro 4. dipnoſoph. cap. 18. morti proximus, ne nummos ſuos alijs relinqueret, multos aureos deglutiuit, vt ſecum deferret, atque alios omnes in ſago conſuiſſe refert, & imperaſſe indutum ſe ſepeliri. Stultiſſimi hominum & impiiſſimi, qui nec morientes, cùm tunc vti non poſſint, velint homines ſuperſtites beneficijs & bonis frui. Neque quicquam certè eſt, quod non audeat mali, qui ſe ſemel habendi cupiditatibus dedit. Sicque proponit honeſtis lucrum, & parentibus, liberis, & vxori: hincque tot proditores & lenones, fures & latrones, imo proprij pudoris & honeſtatis contemptus: vt effœminatos ideo auaritiam reddere dicant, Salluſtius

in Catil. & Gell. lib.3. c.1. Interdumq; eo ſceleris quidam peruenêre, vt cùm lucri ſpe propriam vitam commutauerint: quemadmodum narrat Valer. Max. lib.7. cap.6. in Caſilini obſidione, inter trecentos Prænestinos vnum fuiſſe, qui in fame murem captum ducentis denarijs maluit vendere, quàm ipſe leniendæ famis cauſa conſumere, & ita mortuus eſt. Et ſæpè fame ſe confici, vt parcant pecunijs patiuntur auari, quorum hæredes profuſiſſimè ſeſe oblectant poſteà. Quibus fidem facit Tantali fabula, qui ſitiebat inter aquas: de qua & ſimilibus luculenter Lucian. in Gallo, & Horat. lib.1. ſermo. Satyr.1. Neque etiam tantum corpus, quinimo & animam venalem quoque huiuſmodi habent. Et qui volunt diuites fieri, incidunt in varias tentationes & laqueos diaboli. 1. ad Timoth. 6. Exoſa auaritia Deo, cuius vitio bona ad vſum hominum data, inutilia concluduntur. Exoſa naturæ, quæ ideo ſubſtrahit ſua ab hominibus beneficia, dum auarè videt ab hominibus ea diſpenſari, vt mirabilia duo exempla refert Athenæ. libro 3. dipnoſ. c.1. oderunt & domeſtici auarum: quia & ipſe conturbat domum ſuam, qui ſectatur auaritiam, prouerb.15. non enim vti patitur eos neceſſarijs. Odit & huiuſmodi vniuerſa vicinia, populus omnis, pauperes omnes, vtpote quibus iniuriam irrogat, illis neceſſaria retinendo, non dicam vt ſæpe accidit, rapiendo, extorquendo: lerna enim auaritia malorum eſt, quæ vallatur impijs ſatellitibus, periurijs, fraudibus, dolis, furtis, vſuris, rapinis, impietate, ſimonia, crudelitate, immiſericordia, & alijs ſimilibus, quæ enumerat Iuuenal. Satyr.6. & 4. Et D. Chryſoſtomus libro 3. contra impugnantes vitam monaſticam, alia eius mala refert & Plinius lib. 14. in procem. In ſumma, nulli placet auarus, nulli bonus, cum nec talis ſit ſibi ipſi, perpetuo morbo agitatus, pallidus metu, omnes enim eſſe ſuſpicatur fures ſibique ob aurum inſidiari: nunquam quieſcit, ſemper ſollicitus, vſuras perpetuo reuoluit, vt ſcribit D. Ambroſ. Tomo 4. in 1. Pſalm. Lucian. in Gallo. Cæterum auaritiæ tres ſpecies Ariſtot. libello de virtut. turpis quæſtus, tenacitas & illiberalitas: triceps inferorum Cerberus. Turpis quæſtus, vndequaque diteſcere ſuadet oblatrans quod Iuuenal. Satyr.14.

*Vnde habeas quærit nemo, ſed oportet habere.*
*Hoc monſtrant vetulæ pueris quærentibus aſſem,*
*Hoc diſcunt omnes, alpha & beata puellæ.*

ante alpha et beta puellæ.

Tenacitas, eſt quæ ſumptibus parcit honeſtis & neceſſarijs: illiberalitas, minutatim & malè expendit, ſordideq; colligit, vt ſordida mercatura.



## *Antidotum auaritiæ.* CAP. V.

Auaritiæ præcipuum remedium eſt, cauſam morbi pellere, nempe cupiditatem habendi, ſpernereq; lucrum & pecunias: quo nihil facilius ſi animum adijcias. Primò, quia res quæ cogitur auaritia, quæ ve deſideratur, fæx terræ eſt, vilis natura, immunda, ærugini obnoxia. Secundò, ſi conſideres vſum quare inuenta pecunia, nempe vt vtilia nobis quibus egemus comparemus, ad emendum panem & alia. Quamobrem ſi defodiatur, nullus eius vſus & inutile metallum, vt ait Horat. lib. 2. odar. ode 2. & dummodo quib. egemus habeamus, quid intereſt noſtra plures theſauros inutiles relinquere, quibus non fruamur mortui nec viui? nihil enim hunc in mundum intulimus, & proculdubio nihil inde auferemus, quibus viuamus & tegamur, contenti ſimus 1. Timoth. 6. quia, vt Horat. lib.1. epiſt. epiſt.12. ad Iccium,

*Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit vſus,*
*Si ventri benè, ſi lateri eſt, pedibuſq; tuis nil*
*Diuitiæ poterunt regales addere maius.*

Quod ſi quis in caſus futuros ſe recondere cauſetur, recondat extra auaritiam & ad certos proboſq; fines ſufficienter, non ad animi cupiditatem: & recordetur, volatilia cœli nec ſerere, nec metere, tamen paſci & veſtiri à Dei prouidentia, ſciatque, quod Deo maior de nobis eſt cura, quàm volatilium & brutorum: quodque nos vſque adeò prouidentia noſtra illa quantumuis curioſa, qua quærimus excuſationem in peccatis, ſimus impotentes vel adijcere cubitũ ſtaturæ noſtræ ſine Deo. is autem nobis neceſſaria largietur: quia pater eſt & omnipotens, ſi petierimus, Matth.6. Tertiò, conſiderare debemus bona quæ habemus, concedi non vt dominis, in his quę ſuperfluunt, ſed vt Dei diſpenſatoribus, & procuratoribus, & aliquando de his reddẽdam eſſe rationem, & cum eo cui plus datum maiorem ſubeundum calculum, & ſi ſibi retinuerit inutiliter furti eſſe damnandum, Matth. c.18. & 25. imo vt reum homicidij. Scriptum eſt enim frange fame morienti panem tuum: ſi non pauiſti illum, necaſti, Iſaiæ c.58. Adhæc quid tuum dicere poteris, quæſo, vt tibi conſerues, cùm domini ſit terra & plenitudo eius, noſq; nudi in hunc mũdum venerimus, ſimuſq; hinc nudi in terram reuerſuri? Deinde cõſidera, non diuitias eſſe quæ homini

dignitatem concilient, ſaltem inter bonos & graues. Et
perpende ſerio, quando quis ita diues factus eſt per veti-
tas artes, & quando auarus eſt, quibus expoſitus ſit con-
tumelijs contrà ad viros, aduerte pauperes ſed probos,
qua in opinione viuant. Et ſat ſcio, ſi morbus iecur non
antea occupauerit, te malle cum ſapiente paupere, quàm
cum diuite impio ſapere. Melius eſt enim aurum haben-
tibus imperare, quàm aurum habentes alijs ſubijci. Quia
qui non multa habet, inuidiæ obnoxius nō eſt, vt reſpon-
dit Fabius Maximus Samnitib. apud Cic. 1. Offic. fuerunt
plures honoratiores, pauperes tamen ſed probi, Epami-
nondas Thebanorum dux, Ariſtides, Lyſander, vt narrat
Aemilius Prob. & Plutar. in vit. eorum, item Phocion, Fa-
bricius, Curius, Valerius Publicola, & alij eximij duces a-
pud Q. Curtium lib. 4. de geſt. Alex. Sunt & pauperes, Io-
uis hoſpites dicti apud Homer. Odyſſ. 4. Dicit Deus pau-
peres ſuos, Quod vni, inquit, ex minimis meis feciſtis,
&c. Matth. 25. Iſq; idem impoſſibile eſſe dicit ita diuitem
intrare regnum Dei, ac camelum pes foramen acus, Mar.
10. Matth. 19. Terribilis eſt parabola diuitis, Luc. 16. illaq;
ſententia timenda, non poteſtis ſeruire Deo & mammo-
næ, Matth. 6. Poſtremo miſerias & ſolicitudines diuitum
conſidera, quot curis diſtrahantur, quanto metu ne iu-
gulentur, ne expolientur, nec calumniam patiantur, quæ
deſcribit Lucian. in Timone. & vbi ſunt diuitiæ multæ, i-
bi multi qui comedāt eas, vt ait Eccleſ. cap. 5. Contrà con-
ſidera vitam pauperis probi, lætam, iucundam, tutam, &
vt ait Horat. epiſt. 18. ad Lolium, lib. 1. epiſt.

*Stultitia patiuntur opes tibi paruula res eſt.*
*Arcta decet ſanum comitem toga.*

Et ſi huius rei velis elaboratum exemplar videre, lege
epiſtol. 7. ad Mœcenatem ſcriptam per Horat. lib. 1. epiſt.
De Vulteio. adde Iuuenal. Satyr. 10.

*Pauca licet portes argenti vaſcula puri,*
*Nocte iter ingreſſus gladium contumq; timebis,*
*Et motæ ad lunam trepidabis arundinis vmbram.*
*Cantabit vacuus coram latrone viator.*

## *De Luxuria & libidine.* CAP. [illegible]VI.

PAſcitur libido conuiuijs, nutritur delitijs, vino accen-
ditur, ebrietate inflammatur, vt ſcribit D. Ambroſ. lib.
1. de pœnit. c. 14. & in vino eſt luxuria, ad Epheſ. 5. atq;
vt ait Virgil. in Epigramm.

*Sine Cerere & Baccho friget Venus.*





Et docuerunt filiæ Loth, quæ cùm putarent ſubuerſis
ſeptem ciuitatibus, genus hominum vniuerſum præter
ſe & patrem fuiſſe ſublatum, inebriarunt patrem, vt con-
cumberent cum illo, Geneſ. 19. vino natura eſt hauſto ac-
cendendi calore viſcera intus, foris infuſo refrigerandi,
inquit Plin. 14. c. 5. animuſq; mero æſtuans facilè deſpu-
mat in libidinem. Libido porrò familiaris inimica, cum
virtus eius ſit in lumbis eius, & fortitudo eius in vmbili-
co ventris eius, vt ait Iob c. 40. Ideo iure quis dixerit, fi-
liam gulæ, intemperantię, & ebrietatis eſſe luxuriam: vel-
uti & luxuries in plantis eſt, quando vbertate alimenti
plus iuſto herbarū, frondiúmve copiam mittunt ἐξυϐρίζειν
vocant Græci: ſicq; Virgil. vſurpauit Georg. 1.

*Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba.*

Et Columel. 3. Cacumina virgarum ne luxurientur, de-
mutilato. Et Ouid. 1. epiſt. de agro.

*Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus.*

Quamobrem & luxuria quoque, pro luxu & omni ſu-
perfluitate, quam Græci dicunt ἀσωτίαν, accipi poterit: ſi-
ue ea ſit rerum venerearum, ſiue in mollitie, ſiue veſtium
ſumptuoſo exceſſu, aut conuiuandi ſplendidiore & ra-
riore apparatu: plerunque tamen accipitur pro inordina-
to appetitu, & pro affectibus qui citra rationem ſunt a-
ſtuum venereorum. Dico inordinatum appetitum, quia
is qui naturalis eſt, rationis legibus coercitus, ad prolis
propagationem legitima coniunctione & conſenſu ſuf-
fultus, improbus non eſt, 1. Corint. 7. At aliæ omnes ſpe-
cies coniunctionis illicitæ, & improbatæ omnes ſcorta-
tiones & commixtiones ſexuum, maximè contra natura-
lem vſum quæ mortis pœnam habent ad Roman. 1. Ad-
duximus autem mœchiæ & ſcortationis ſpecies, & leges
diuinas quæ illas prohibent, lib. 9. Syntax. c. 6. in 6. & fin.
decalog. præcepto: quocirca non repetam. Grauiſſimum
tantum hoc vitium dicam, quod amicitiarum verarū fœ-
dera polluit, dum adulterijs, alterius vxores concupit,
tentat, ſolicitat, peruidet. vnde incertitudines liberorum,
hæreditatum & bonorum in alienos translatio, bella ſæ-
piſſimè. Et bellum inter Naxios & Mileſios ob Neæræ
Hipſicreontis Mileſij vxorem, apud Theophr. lib. περὶ τὰς
καιρὰς, & apud Parthenium in Erotic. c. 18. inter Græcos &
Troianos ob Helenam, & alios ob eaſdem. Nec eſt quod
referam priuatas neces ob meretrices: quotidianæ enim
ſunt. Neque quot domus ſplendoris maximi, contume-
lia ſcorti infames fuerunt, vt Claudij Cæſaris ob vxorem

Meſſalinam, apud Dionem Caſſium, lib. 60. Octauij Cæſar. ob Iuliam filiam, apud eund. Dion. lib. 55. &c. Sciunt eius farinæ quoque homines, neque id obſeruatu difficile eſt, nutrientem ſcortum, perdere ſubſtantiam, Prouerb. 29. & 5. & 23. venter enim implendus eſt, choreæ & tripudia inſtituenda, veſtes ſplendidæ emendæ: hæc autē loculos exhauriũt, & citò: ſemper aliquid amicę aut ſcorto dandum eſt, inſatiabilis namque.

*Nec miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo.*

Adeſt tibi iſtius ſimulachrum vnum prodigus, Luc. 15. Adde, quòd omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt, qui autem fornicatur, in corpus ſuū peccat. 1. Corinth. 6. Corpus enim polluitur, exhauritur, fœtidum, olidū, hircinum redditur, exſugitur, exſiccatur. Imo & vxorios nimium pluſq; quàm par ſit rei venereæ deditos conſpicies, colore geluo, buxeo, exangui, plumbeo, membris articuliſque fractis & eneruatis. Venus enim venuſtatē depopulatur, ait Leuin. Lemnius lib. 3. de Occult. rer. miracul. cap. 2. ſequuntur podagræ, ſciaticæ, iliacæ paſſiones, ſtomachi dolores, vertigines capitis ſeu ſcotomiæ, elephantiaſis, ſcabies Gallica ſeu Neapolitana & alia eius generis: breuiatur vita, deficit intellectus, obnubilatur mens, auferunt cor fornicatio & ebrietas, Oſeæ 4. & vt Claudian.

*Luxuries prædulce malum, quæ dedita ſemper*
*Corporis arbitrijs hebetat caligine ſenſum.*

Exempla proſtant in Samſone, qui cùm fortiſſimus & prudentiſſimus fuiſſet virorum, vim ſuam perdidit meretriculæ impudicitia, Iudic. 16. habes Salomonem ſapientiſſimum à mulieribus ſtolidiſſimum redditum, vt Deum verum relinqueret, 3. Reg. 13. & alibi. Nouit hoc Cyrus & pro pœna ſeueriſſima quæ rebellibus debetur, luxurioſam vitam impoſuit Lydijs: ijs enim cum ſecundò rebellaſſent, teſte Iuſtino ex Trogo in 1. victis, arma & equi ademptì ſunt, iuſſique cauponias, & lenocinia exercere. Et ſic gens induſtria quondam potens, & manu ſtrenua, effœminata mollitie luxuriaque virtutem priſtinam perdidit; & quos ante Cyrum inuictos bella præſtiterant, in luxuriam lapſos, otium ac deſidia ſuperauit. Habes notam inuſtam imperio Romano, ob luxuriam & ſpurcitiam Commodi Antonini apud Herodian. & Lamprid. in eius vita. Conſidera palatium conſpurcatum à Carnio Cæſare meretricibus, & lenonibus apud Flauium Vopiſc. & Fuluium Aſperia. in eius vita. Quantumq; dedecoris & pudoris attulit maieſtati Romanæ C. Caligula, qui in aula & palatio quoque lupanaria proſtibula matronarum fecit, apud Dion. Caſſium, lib. 59. Me deficeret tempus, ſi clades ex luxuria coortas & ſcelerata facta, vellem recenſere, & forſan cùm de delictorum in iure agemus pœnis, latius, ſi Deus voluerit. In ſumma nunc cum Seneca in Octau. Tragœdia ſufficiat dixiſſe,



*Totum per orbem maximum eſt exortum malum*
*Luxuria peſtis blanda*

Quò fit, vt primi concubitus ſemper pœniteat, & ita adoleſcentuli cum primò concumbere incipiunt, quibus cum fuerint congreſſi eas re peracta, odio habent. quod mutatio ſumma extiterit, ſequentis triſtitiæ memores, eamq; fugiunt tanquam fontem ad quam ſe applicauerunt. Ariſt. lib. problem. ſect 4. q. 10. Sic legimus 2. Reg. 13. Amnonem filium Dauidis, deperiſſe valdè ſpecioſam ſororem ſuam Thamar, cuius cùm potitus fuiſſet, eam ſtatim habuiſſe valdè exoſam: vt ibi dicatur maius fuiſſe odium quo eam oderat, amore quo antea eam dilexerat.

## *De Caſtitate in genere, & de coniugali caſtitate.* CAP. VII.

VIrtus luxuriæ oppoſita, caſtitas eſt, de qua diſputante D. Paulo Act. 24. & de iuſtitia & iudicio futuro, Fœlix præſes contremuit cum vxore. Ita Tibul. lib. 1. epiſt. 2. eam oppoſuit veneri.

*Vos quoq; abeſſe procul iubeo, diſcedat ab aris,*
*Cui tulit heſterna gaudia nocte venus.*
*Caſta placent ſuperis, pura cum veſte venite,*
*Et manibus puris ſumite fontis aquam.*

Caſtitatis porrò triplex virtus, coniugalis, viduitatis, & virginitatis, vt ait D. Ambroſ. lib. de viduis. Horat. lib. 3, Carmin. ode 24. caſtitatem coniugalem explicat, his verbis, de vxoribus loquens:

*Dos eſt magna parentium*
*Virtus, & metuens alterius viri*
*Certo fœdere caſtitas.*

D. Chryſoſtom. tom. 1. oper. homil. 1. in Pſal. 50. tria ſunt hæc, inquit, virginitas, nuptiæ, fornicatio: nuptiæ mediæ, fornicatio deorſum, vt virginitas ſurſum: virginitas namque coronam habet, nuptiæ laudem mediocrē, fornicatio pœnam atq; iudicium. Vxoris nomen dignitatis eſt non voluptatis, vt dicebat Aelius Verus Cęſar apud Spartian. in eius vita. Celebratur ab Hom. caſtitas Penelopes abſente

abſente marito. Refert caſtitatem vxoriam Aethnei piſcis Aelianus lib. 1. cap. 13. vt is tam caſtus ſit, vt cum pari ſuo, veluti cum coniuge iunctus, nullam aliam contingat.

## *De Viduarum caſtitate.* CAP. VIII.

VIduas ad ſeruandam continentiam, & caſtitatem, & abſtinere à venere, monet primùm Cornicum exemplum. Hæ enim mortuo marito viro, nouem hominum ætates viduæ perſeuerant, vt ait Plutarch. lib. Quòd ratio brutis inſit. Narrat & Athenæus lib. 9. cap. 16. omnes ſpecies columbarum, vinagophagos, palumbos, turtures, mares fœminas vſque ad mortem non deſerere, nec fœminas mares: & vbi viduus alter relinquitur, viuere ſine alterius coniugio, hocqúe coruos, monedulas, & cornices quoque facere. Hanc caſtitatem pluribus rationibus ſuadet Tertull. lib. 1. ad Vxores, admonetqúe mulieres ſui officij nomen viduę: vidua quippe dicta, quaſi valdę à viro diuiſa, quia iduare lingua Hetruſca diuidere eſt, vnde idus dies, quæ diuidit menſem, Macrob. lib. 1. Satur. cap. 15. Notat Iul. Pollux lib. 3. cap. 3. Dictum eſt Iudith inter laudes eius, Confortatum eſt cor tuum, quòd caſtitatem amaueris, Iudith capite 15. & 16. & alia de altera vidua laus, Luc. 1. quæ miniſtrabat Domino. Dico non nuptis & viduis, inquit D. Paulus, melius eſſe ſi ſic permanſerint, 1. Cor. 7. Atque hæ quæ verè viduæ ſunt, duplici dignæ honore ſunt, quarum qualitates deſcribit D. Paulus 1. ad Tim. 5. Vidua quæ non conſeruaret caſtitatem, lege Dei mortis rea erat, vt colligitur ex cap. 38. Geneſ.

## *De Virginum caſtitate.* CAP. IX.

VIrginum caſtitas, eſt viro non iungi, nec corpore, nec mente, potiſſimùm illarum quę ſe Deo deuouerunt. Eunuchi enim ſunt, qui ſe caſtrauerunt propter verbum Dei, Matth. 18. Caſtitas hæc perfectior ſuperioribus, quia illæ viris vel miſcentur, vel aliâs miſcuerunt ſe, hæc à viro omnino aliena, Deo gratior: virgines hæ fructum faciunt centeſimum, coniugatorum ordo trigeſimum, viduarum ſexageſimum, Matth. 13. Angelica perfectio virginalis caſtitas, quia in cœlo neque nubent, neque nuptui dabuntur: ſed erunt tanquã Angeli Dei, Lucę 20. Finem accipit aliquando voluptas matrimonij, at voluptas puritatis & virginitatis perpetua: nuptiæ terram implent, virginitas Paradiſum apud Iſaiam cap. 56. Hæc dicit Dominus eunuchis, qui cuſtodierũt ſabbatha mea,

&



& qui elegerũt quæ ego volui, & tenuerunt fœdus meũ, dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus, nomen ſempiternum dabo illis. Virginitatis dignitas æqualis Angelis, inquit Cyrillus Hieroſol. catech. 6. 15. & 12 gloriaq; angelica & præcipua corona, & donum Dei ex electione noſtra. Caſtitatis & virginitatis cogitatio, Spiritus ſancti eſt doctrina. idem catech. 16. Magnum quippiam virginitas eſt, & præclarum, quæ hominẽ Deo ſimillimũ reddit: Diuinum quiddam & præcipuum immaculatæ animæ inſigne, virginitas, ait Baſilius Magn. de vera virginit. Et D. Martian. epiſtola ad Tholoſates, cap. 9. legitimum connubium à Deo inſtitutum dixit ab initio mundi, in multiplicatione generis humani: deinde viduitatẽ in præmium conſtitui. Tertium autem & excellentem gradum honeſtatis in virginitate demonſtraſſe nobis perfectum, & per omnia ſimilem angelicæ dignitati: ideò, inquit, prædico vobis, quicunque viduitatis gradum elegerint, non fraudabuntur munere claritatis Dei: qui verò in ſublimitate excelſiori permanſerint, virgines eſſe eligentes, centuplicatam in perpetua benedictione gloriam conſequentur. Multa de virginitatis huius gloria, vt de templo Dei loquitur D. Ambroſ. tom. 3. lib. 10. Epiſtol. epiſt. 82. Hanc caſtitatem vt melius conſeruarent Hebrææ, incluſæ remanebant, & inuiſæ, 2. Machab. 7. Et ipſa natura virginitas diligitur atq; virgines puellæ quandiu tales, magis placent pluribus, quæ ſi polluantur, ſtatim diſplicent, vt deſcribit perpulcrè Catullus in Carmine nuptiali,

*Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis,*
*Ignotus pecori, nulli contuſus aratro,*
*Quem mulcent auræ, firmat Sol, educat imber,*
*Multi illum pueri, multæ optauêre puellæ:*
*Idem, cum tenui carptus defloruit vngui,*
*Nulli illum pueri, nullæ optauêre puellæ.*
*Sic virgo dum intacta manet, tum chara ſuis, ſed*
*Cùm caſtum amiſit polluto corpore florem,*
*Nec pueris iucunda manet, nec chara puellis.*

Quibus repræhenduntur tacitè & virgines, & parentes earum, putantes ex hominum frequentia & iuuenũ conſuetudine chariores virgines iri, cùm cõtrarium accidat: neque etiam honeſtum ſit mulieribus iuuenum intereſſe conſortijs, vt explicat Euripides in Electra, actu 2.

——γυναικί τοι
Αἴσχρον μετ' ἀνδρῶν ἑστάναι νεανιῶν. id eſt,

Turpe

Turpe eſt mulieri ſtare cum iuuenibus: virginitatem namq; ſæpius tunc animo corruperunt, priùs quàm corpore deliquerint. D. Cyprianus lib. 1. Epiſtol. epiſt. 11. virginum & maſculorũ periculoſam cohabitationem quoque cenſet: poteſt enim corrumpi virgo, inquit, ex alia corporis parte, quæ non ſpectatur, & quæ manus obſtetricum & oculos fallat. Ea ratione includuntur virgines Deo deuotæ aſceterijs, neque à viris conſpici debere, & ſacrilegum eſſe aliter fieri, docet Tertullianus lib. de Virginitate votiua. Et multis D. Baſilius lib. de Vera virginit. Plura apud Tertullianum lib. de Veland. virgin. vbi ideo velari ſacras virgines rectè docet, omnemq; publicationem virginis bonæ eſſe, ſtupri paſſionem. Virgines etiam cum hominibus habitare prohibet, vt periculoſum, Cyprianus lib. 1. Epiſtol. epiſt. 11.

### *Antidotum luxuriæ pro conſeruanda virginitate.*

### CAP. X.

PRimum antidotũ eſt, ſi velis immunditiam vitare, vt Præceptorum Dei memor ſis quæ eam prohibent: & recorderis tranſgreſſoribus damnationem æternam imminere & excludi à cœtu Dei: Sic foris canes impudici, molles, Apocal. 22. & ſi ſenectam item & mortem tibi imminere perpetuò agnoſcas. Nam vt ait Iuuenalis,

*Dum bibimus, dum ſerta, vnguenta, puellas*
*Poſcimus, obrepit non intellecta ſenectus.*

Vitentur cauſæ & radices luxuriæ, colloquium, viſus muliebris, oſcula, tactus, laſciuus ſermo, & ſcriptura impudica, potus cibusq; nimius, otia, &c. Incentiuum quippe libidinis ingluuies ciborum & vini, & inde colluuies enaſcitur, quibus obuiam itur ieiunijs, vigilijs & orationibus: in repletione venus, quæ fameſcentibus amara, vt vt ait Athenæus lib. 6. cap. 7. Deinde otio adde negotium, etenim otioſi valde eo morbo diuexantur, Ouidius de Remedio amoris,

*Otia ſi tollas, periêre cupidinis arcus,*
*Contemptæque iacent, & ſine luce faces.*
*Quæritur Aegiſthus quare ſit factus adulter,*
*In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.*

Lucianus hoc perpulcrè deſcribit in Dialogis, dum inducit Venerem, filium obiurgantem Cupidinem, quòd Palladem non vulneraſſet: is autem ſe tuetur, quòd nunquam inuenerit otioſam, ſed literis dantem ſemper operam. Hoc & Hieronymus ad Ruſticum Monachum tradit.



Et Conſentit Horat. lib. 1. Epiſtol. epiſt. 2. ——& ni

*Poſces ante diem librum cum lumine ſi non*
*Intendes animum ſtudijs, & rebus honeſtis:*
*Inuidia vel amore vigil torquebere.——*

Solenne erat Athenis virginibus, ne otioſæ eſſent, peplum Mineruæ contexere, & in quo fortia & præclara heroum facta exprimerent, ac Palladi dicarent, vt ſcribit Euripidis interpres in Hecuba, Ariſtophanes in Equitib. & interpres huius in Auibus,

*Eneruant animos citharæ, cantusque lyræque,*
*Et vox & neruis brachia mota ſuis.*

Quare & ea pudico & virginitatis amanti vitanda. Sed & vitandi quidam cibi, qui naturà ſemen generant, & venerem concitant, vt refert Athen. lib. 1. Dipnoſoph. cap. 12. qualia ventoſa, vt mollia omnia, polypus piſcis, ſepiæ, apuæ, membrades, ſardæ, Athen. lib. 8. cap. 9. & Ouidius de Remedio amoris,

*Nec minus erucas aptum eſt vitare ſalaces,*
*Et quicquid Veneri corpora noſtra parat.*
*Vtilius ſumes acuentes lumina rutas,*
*Et quicquid veneri corpora noſtra negat.*

Vitandum vinum, vt Propertius ad Cynthiam,

*Vino ſæpe ſuum neſcit amica virum.*

Reprimunt autem venerem lactucę, vnde & fingit ideò Callimachus Venerem abſcondiſſe Adonin in lactuca, vt latè Athen. lib. 2. cap. 32. & idem lib. 7. cap. 36. Si trigla, inquit, piſcis vina in vino ſuffocetur, atq; hoc vir quiſpiam biberit, non poſteà rei venereæ indulgere poterit, velut Terpſides narrat in rebus venereis. Poculum etiã ex nympha planta coitum poſt duodecim dies genituramq; adimit, Plin. lib. 25. cap. 7. item viticis ſtratio, Plin. lib. 24. ca. 9. Sunt his alia ſimilia. Tradunt Origenem Adamãtium excogitaſſe, vt ſibi ipſi in corpore neruum, veluti quidam dicunt, exſcinderet, ne à voluptate vexaretur, & ne in motibus corporis combureretur: alij verò hoc negant factũ, ſed excogitaſſe pharmacum quoddam, quod partibus illis ſupponeret, vt eas reſiccaret, vt author Epiphan. lib. 2. contra hæreſ. tom. 1. hæreſ. 64. Non debet etiam ipſa liberior lętitia in virginibus eſſe, vt ait D. Ambr. exhortatione ad virgines, Sit ſobria virgo à laſciuia, quia & ea calx perniciei. In virgine debet eſſe comes virtutum pudor, ſine quo non poteſt ſalua eſſe virginitas. D. Ambroſ. 2. de Virginitate, Alitur autem & defenditur pudor hic, interno puro animo, qui excludat omnem primam turpitudinis occurren-

occurrentem cogitationem, allidendo paruulos ſuos ad petram Chriſtum: ſemel enim datus locus moroſæ vnique cogitationi, efficit vt integra maiora ſubrepant. Similis namq; dæmon ſerpenti dicitur: is autem vbi caput ſemel in locum ingeſſerit, facilè totum corpus trahit. Exterius autẽ pudor, modeſtis & pudicis continetur ornatibus, quos deſcribit D. Athan. lib. de Virginit. vt indumentum non ſit pretioſum, nõ coloratum, ſed fuſcum, velabum ſine fimbrijs, &c. vt inibi. Extat & de iſtis præclarum D. Cypriani tract. 2. de Habitu virgin. & iuſſum Apoſtoli 1. Pet. 3. & Iſai. c. 3. & Ezech. 27. vitandi impudici ſermonis.

*Corrumpunt* enim *bonos mores colloquia praua.*

1. ad Corinth. 15. Verba expugnãt animum, animus autem ſuccumbens corpori citò fræna laxat. Cùm tamẽ de omni verbo otioſo nobis reddenda ſit ratio, Matth. 12. Cum ſancto quoque ſanctus eris, cum peruerſo peruerteris, Pſal. 17. Qui cum ſapientibus gradietur ſapiens erit, amicus ſtultorum ſimilis efficietur, Prouerb. 13. cap. Et Iuuenalis Satyra 3.

*Et dabit in plures, ſicut grex totus in agris*
*Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci,*
*Vuaque conſpecta liuorem ducit ab vua.*

Poſſunt aſtutia & bono dolo & ſalutari virgines, quæ mentem habent incorruptam, libidines irruentium vitare, vt Gaila & Papa, pudiciſſimæ virgines, filiæ Giſulphi ducis Foriliuienſis: quæ cùm ab Auaribus diriperetur Forilíuium, cauentes ne ab illis conſtuprarentur, crudorum pullorum carnes, ſibi inter mamillas ſub faſcia poſuerint, quæ ex calore putrefactæ odorem fœtidum exhalabant; cumq́ue vellent Auares eas contingere, non ſuſtinentes fœtorem, putantesq́ue illas naturâ fœtere, procul ab eis recedebant, dicentes, omnes Longobardas fœtidas eſſe, & ita caſtæ ſeruatæ ſunt, vt author Paulus Diaconus lib. 4. de Geſtis Longobardorum, cap. 12. Narrat Valerius Maximus libro 4. capite 5. antiquis temporibus in Ethruria, Spurinam adoleſcentem pulchritudinis eximiæ, virginitatis amãtem, cùm ſpecie mira complurium fœminarum illuſtrium ſolicitaret animos, ideoq́ue ſe viris ac parentibus illarum ſe ſuſpectum eſſe ſentiret, oris decorem vulneribus confudiſſe, deformitatemq́ue ſanctitatis ſuæ fidem, quàm formam irritamentum alienæ libidinis eſſe maluiſſe.





## De Virginitate & caſtitate conſeruata apud Ethnicos in ſacris. CAP. XI.

STrabo libro 15. Geographiæ ſcribit, Brachmanes Indię Philoſophos, frugaliter viuere, ſuper toris ac pellibus cubare, & ab animalibus ac venere abſtinere per 37. annos. Et quanquam in cœlibes pœnæ dicantur cenſoriæ conſtitutæ à Romanis, quæ poſteà ſublatæ ſunt, illæ tamen eos qui perpetuam virginitatem vouiſſent non tenebant, quod & expreſsè apparet ex Legibus ijſdem firmatis ab Octauiano Cæſare, anno Vrbis conditæ 762. quibus etiam ijs, quæ perpetuam virginitatem ſeruarent, eadem quę matrimonijs præmia conceſſit, Dion. Caſſius libro 56. animos namque cenſoribus, potiùs ad coërcendam libidinẽ vagam intra matrimonium reſpexit, quàm ad tollendam purã & illibatam virginitatem. Siquidem & illis Veſtales erant ſummo in honore conſtitutæ virgines, ſacris ſeruientes, Dionyſ. Halicarn. lib. 2. Gellius libro 1. cap. 12. Ouid. 6. Faſtor. Lucret. 2. de Rer. nat. verſ. 603. D. Auguſt. lib. 4. de Ciuit. Dei, cap. 19. Feneſtella de Sacerd. cap. 6. Pomponius Lætus, & alij, refert Xiphilinus in Auito, Auitum ſiue Pſeudoantonium ſeu Sardanapalum Cęſarem repudiata vxore ſua Paula, quòd maculam habebat in corpore, ſicuti dicebat, Aquiliam Seueram Veſtalem duxiſſe contra ius fasq́ue, eamq; habuiſſe cum probro & dedecore, cùm eſſet virgo Veſtalis: idq́ue ſeſe feciſſe auſum eſſe dicebat, vt ex ipſo Pontifice, ipſaque Sacerdote Veſtali, diuini filij naſcerentur, in quibus oportuerat illud cæſum verberibus in foro, conijci in carcerem, ac morte mulctari, &c. Apud Inſulanos Vtuopienſes paganos, teſte Tho. Moro lib. 2. de corũ Republ. ſunt cœlibes, qui non venere modò in totum abſtinent, ſed etiam carnibus, dicti illorum nomine Batreſcæ, qui religionis cauſa id faciunt. Refert Plinius libro 24. capite 9. Matrona in Theſmophorijs Athenienſium caſtitatem cuſtodiſſe, & ideò folia ſibi cuiuſdam ſalicis ſubſtrauiſſe, quam dicunt agnon vel lygon Græci. In Sabotia Arabiæ, familia certa eſt hominum, quibus incidere tantùm licet thuriferas ſacras arbores, ſacros vocari ob id illos, nec vllo congreſſu fœminarum funerumq́ue, cùm incidant eas arbores aut metant pollui, atque ita religione merces augeri, tradit Plin. lib. 12. cap. 14.

## *De Virginitate conſeruata in veri Dei cultu.* CAP. XIII.

DEſpondi, inquit D. Paulus, vos vni viro, virginem caſtam, 2. Corinth. 11. Iubetque ad Tit. 2. vt doceat eſſe virgines & adoleſcentulas caſtas, prudentes & ſobrias. Virginitas, ob ſui puritatem corporis & mentis, cuilibet etiam infideli, ſpectabilis eſt & venerãda: verùm inter Chriſtianos venerabilior, dum ea ſeruatur. Vt verò Deo cultus caſtius, & maiori munditia & puritate exhibeatur. Epiphanius lib. 3. contra hæreſ. tom. 2. in fin. dixit virginitatem ſemper prædicatam fuiſſe in Eccleſia, vtque fundamentum & crepidinem ſeruari & exerceri à multis. Et D. Hieronymus ad Marcellam, in omnibus Eccleſiæ ornamentis, virginum chorum ſplendere. Sequuntur enim Agnum virgines, quocunque ierit, Apocal. cap. 14. Fuit Agnus ipſe virgo Dominus noſter IESVS Chriſtus. fuit D. Ioannes ei chariſſimus, & D. Ioan. Baptiſta. In antiqua lege Elias, Eliſæus, qui mirificè Deo grati fuerunt. Refert Plin. lib. 5. cap. 17. Iudææ finibus eſſe gentem Eſſenorum, ſine vlla fœmina omni venere abdicatam ſine pecunia, ſociam palmarum: quibus fœcunda aliorum vitæ pœnitentia, vbi conuenarum turba in diem renaſceretur, largè frequentantibus, quos vita feſſos, ad mores eorum fortunæ fluctus agitaret. D. Ignatius ad Tharſenſ. epiſt. 7. Apoſtolorum ferè contemporaneus, de illis meminit. Eas quę in virginitate ſunt, inquit, honorare, ſicut ſacras Chriſti: viduas pudicas vt ſacrarium Dei veneremini. Dicebat enim Tertullianus lib. de Veland. virgin. virginitatem gratia conſtare, continentiam verò virtute, vt intelligamus Dei hoc eſſe ſingulare donum, vt perſeueretur in electione propoſiti. Deus autem nunquam gratiam ſuam petentibus denegat: bona enim ipſe vult, & potens eſt facere quæ velit. Sed nõ poſſum, inquis, me à fornicatione continere. hoc puſillanimitatis eſt & negligẽtiæ tuæ, qui Dei præcepta contemnere mauis, quàm facere, vt ait D. Chryſoſtomus tom. 1. homil. 1. in Pſalm. 50. votum virginitatis virginem ſeruare debere, docetur in conſtitutionibus apoſtolicis apud D. Clementem lib. 4. Conſtit. apoſt. conſtit. 51. cap. 14. & Cyprianum lib. 1 Epiſtol. epiſt. 11. Verùm obſeruandum eſt, quòd virginitas citra controuerſiam accipit coronam ſolùm illa, quæ eſt propoſiti, non quæ neceſſitatis. Nam virgines innumeræ, corporeque impollutæ deceſſerunt ex hac vita. Multæ filiæ gentium abo-

minabilinm



minabilium & impiarum, tempus nuptiarum expectantes raptæ ſunt, idem de iuuenibus, quibus tamen ante tribunal Chriſti coronæ non ſunt datæ, & quibus aufert fructum neceſſitas: neque enim Deus acceptum fert, quod fit ex neceſſitate, ſed quod ex propoſito rectè fit, vt tradit D. Chryſoſtomus tom. 1. in Pſalm. 95. Hanc virginitatem, quæ ſemel erant Deo deuotæ optimæ virgines, vt illibatam conſeruarent, martyrio defenderunt, vt Potamiena virgo ſpecioſiſſima apud Niceph. Caliſt. libro 5. capite 7. Et filiæ duæ Antiochenæ, de quibus idem libro 7. cap. 12. Refert & de alia cap. 13. vbi & de quodam viro ſolitario, mira. vt tunc verum fuerit prædictum Pſalm. 44. Adducentur Regi virgines, &c. bibentes vinum quod germinat virgines, vt apud Zachar. 9. Si nubat quidem virgo ante votum, non peccat, ſed melius eſt ſi ſic permaneat, vt liberius Domino obſequatur, inquit Diuus Paulus 1. Corinth. 7.

## *De Virginitate ſanctiſſimæ matris Domini noſtri Ieſu Chriſti.* CAP. XIII.

VIrgo, quæ prior auſa eſt profiteri & vouere perpetuam virginitatem, Beatiſſima Maria fuit, quæ continuo miniſterio in templo Dei deſeruiebat, proinde ab Archangelo Gabriele ſalutata nuntio incarnationis diuinæ naturæ, cogitabat mirum in modum qualis eſſet ab Angelo pulcherrimo iuuene facta ſalutatio, & audacter reſpõdit, Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? quanquam deſponſata fuiſſet beato Ioſepho, Luc. 1. Hilariſque tandem facta, quando de modo conceptionis certior fuit, vt ſine virginitatis detrimento futura eſſet & mater & virgo ſimul, ex Spiritus S. obumbratione, reſpondit, Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Mirabile myſterium, quod naturam ſupergreditur, vtpotè quia author & Dominus naturæ, opus aliud ſupra humanam naturam, nempe redemptionem, & veluti renouationem vniuerſi facturus erat: illud mirabile, Ecce virgo concipiet & pariet, Iſaię cap. 7. virgo concepit, hoc certè commune non eſt, quià virgo antequàm cõcipiat virgo eſſe deſinit, fractis virginitatis clauſtris: mirabilius & illud, vt virgo pepererit, tamen quàm veriſſimum & hoc ſic prædictum, in illa porta orientali, Ezechiel. cap. 44. Atque ita conueniebat omnium reſtitutioni: primus quippe homo de terra pura non contaminata, quæ hominem adhuc non generat, nec poſteà ge-

nuit, factus eſt, ſine generatione humana: lapſus homo reſtitui debebat per purum & incontaminatũ hominem, qui ex terra virginali, quæ nunquam alium peperiſſet, nec poſteà paritura eſſet, neq; ad modum communis generationis genitus eſſet. Dicit & diuina & admirãda vox cap. 1. in Euangelio D. Ioannis, Deus erat Verbum, & Verbum erat in principio apud Deum, & Verbũ caro factum eſt. ô admirabilis virginitas materna, ô mater integerrima virgo, ô caſtiſſima omnium virginum & coniugum, & viduarum, omnium exemplar perfectiſſimum, titulo hoc ſupra omnes mulieres donata, vt virgo & mater ſimul & ſemel, ſine læſione pudoris ſis, vt ait Cyprian. lib. de Cardinal. virtutib. Imitentur, vt ait D. Ambroſ. lib. de Virginit. beatiſſimam virginem Mariam virgines, qua nulla caſtior, quæ corde humilis, verbis grauis, loquẽdi parcior, legendi ſtudioſior, & cætera quæ ſequuntur. Explicat idem D. Ambroſ. 1. lib. de Inſtit. virgin. cap. 7. 8. 10. 14. & lib. 10. Epiſtol. epiſt. 81. Ezechielis verba, & virginitatis mirabilia, dicens. de virginitate virginis Mariæ dicitur Ezechiel. 44. porta hęc clauſa erit, & non aperietur, quoniam Dominus Deus Iſrael tranſibit per eam: eritque clauſa, quoniam Dux hîc ſedebit in ea, vt manducet panem in conſpectu Domini: ſecundùm viam portæ intrabit, & ſecundùm viam eius exibit. Quæ eſt hæc porta niſi Maria, ideo clauſa, quia virgo per quam Chriſtus intrauit in hũc mundum, & virginitatis clauſtrum non ſoluit, manſit intemeratum ſeptum pudoris. Nemo tranſibit per eam portam, id eſt, nemo hominum: porta namque etiam ventris dicitur, Iob. 3. ibi, quia non concludit portus ventris matris meæ: porta ad orientem reſpiciebat, quoniam verum lumen effudit Solem iuſtitiæ, Chriſtum Deum noſtrum, D. Ioan. cap. 10. hæc virga, quæ floruit de radice Ieſſe, Numer. 17. Hæc ortus concluſus, Cantic. 4. hic mons ille apud Danielem exciſus ſine manibus, Daniel. 2. &c. Prout latè explicat Irenæus lib. 3. aduerſus hæreſes, à cap. 24. vſque ad 34. Ex hac Dominus noſter IESVS Chriſtus tanquam homo filius ſine patre, vt filius Dei ſine matre. Teſtatur Baſilius Magnus libro 1. de Humana Chriſti generatione ad ſe perueniſſe hiſtoriam Zachariæ, in qua ſcriptum erat, Zachariam Beatam Mariam poſt Domini conceptionem inter virgines conſtituiſſe, & ideo occiſum à Iudæis inter templum & altare: à populo namque accuſatus erat, quòd rem prodigioſam inauditamq; prædicaret, virginem ſcilicet parientem citra virginitatis corruptionem.



ruptionem. Hæc mira etiam prænuntiauerat Sibylla lib. 8. Oraculorum,

*οὐρανόθεν δὲ μολὼν, βροτέην ἐνεδύσατο μορφήν.*<br>
*πρῶτα μὲν οὖν γαβριὴλ. σθεναρὸν δέμας ἁγνὸν ἐδείχθη.*<br>
*δεύτερα καὶ κούρην αὐτὴν ἄγγελος ἔννεπε φωνῇ,*<br>
*δέξαι ἀχράντοισι θεὸν σοῖς παρθένε κόλποις, &c.*<br>
*E cælo deſcendens mortalem induit formam.*<br>
*Primùm quidem Gabriel robuſtũ corpus caſtũ oſtendit,*<br>
*Poſtea ipſam virginem Angelus loquutus eſt, voce,*<br>
*Suſcipe immaculato tuo Deum virgo gremio, &c.*

Quæ ibi latè de incarnatione verbi & virginitate adferuntur. Adferam verba D. Ignatij, epiſtola 1. ad D. Ioannem Apoſtolum ſcribentis, qui titulos eius refert, proferri & credi virginem Deiparam, in perſecutionibus hilarem, in penurijs & indigentijs non querulam, iniuriantibus gratam, miſeris & afflictis condolentem & ſubuenientem, contrà vitia enitentem, religionis & pœnitentiæ magiſtram, humilibus deuotam, deuotis humilem, ab omnibus magnificatam, naturæ angelicæ ſociam, cœleſte, inquit, ſi fas ſit ita loqui, prodigium & ſacratiſſimum monſtrum: & epiſtola 2. plura vbi & verum Deum & hominem peperiſſe ait, vt etiam θεότοκος dicatur à Græcis ſanctis Patribus.

## *Parenæſis ad Virginitatem & caſtitatem.*
## CAP. XIIII.

PRæmia victorum eò præſtantiora ſunt, quo acriora prælia præceſſerunt, & triumphus ex robuſtioris & fortioris hoſtis victoria, præclarior. Virginibus & caſtis prelium & colluctatio perpetua, aduerſus ſæuiſſimos & domeſticos validiſſimoſque hoſtes, aduerſus carnem propriam, & aduerſus mundi rectores, & tenebrarum harum, vt ait D. Paulus ad Epheſ. 6. quibus ſi quis ſuccubuerit, ſeruus erit, vtque vile mancipium ſubijcietur, & æterno præmio & gloria priuabitur, nec coronabitur, niſi qui legitimè certauerit, 2. ad Timoth. 2. Ter rogauit D. Paulus Dominum, vt illum ab ſpiritu Sathanę, qui eum colaphizabat, liberaret: ſed reſponſum accepit omnium nomine, ſufficere ei gratiam Dei, & virtutẽ in infirmitate perfici, 2. Corinth. 12. Non eſſet victoria, ſi non eſſet certamẽ, & nulla corona ſi nulla victoria. Iuſſum quidem hominibus, dum mundus multiplicandus eſſet, & in ſeminandis cultoribus, vt creſcerent & multiplicarentur, & replerent

terram, Geneſ. 1. At nunc ſatis repleta terra, conuenit & repleri cœlum, & ſicuti portauimus imaginem terreſtris aliquando hominis, ita feramus & nunc cœleſtis, 1. Cor. 15. Primus etiam homo de terra terreſtris, ſecundus de cœlo cœleſtis, eod. Pugnate viriliter virgines, & ſpes vos foueat, pro ſponſo recuſato mortali, deſponſatum immortalem Deum: ille forſan moroſus, pauper, rigidus, ſtultus, prodigus, adulter, impius contigiſſet: hic omnino pius, bonus & miſericors, diues in omnibus, & omnipotens & fidelis. Atq; id lucro adijcite, quòd ſitis extra maledictionem Dei fœminæ indictam, Geneſ. 3. in dolore paries, &c. Habetis ſocios angelos incorruptos. Nolite dehinc agi de prolis ſolicitudine, cùm nec vix capiat tantam multitudinem iam natam orbis circuitus, eamq; ita perditam videatis, vt verè exiſtimare poſſitis, vos ad ea perueniſſe tempora, in quibus beatæ ſteriles, quæ non pepererunt, Lucæ 23. ad Galatas 4. Nec etiam certum vobis, num nuptæ ſobolem procreare valeatis: videtis enim quàm plures nuptas ſteriles: videtis habentes prolem illam deteſtari, quia impia, rebellis, hæretica, inobediens, Deo obluctans. Conſiderate Deum dixiſſe de Iuda damnato, Bonum illi erat ſi natus non fuiſſet homo ille, Matthæi capite 26. audite & chorum, actu tertio in Medea apud Euripid. ac de re ſapienter diſputãtem. Aio quicunque mortalium vxoriæ rei expertes, non genuerunt liberos, fœlicitate anteire eos qui progenuere ſobolem. Orbi enim & filijs carentes, eò quòd ignorent, iucundúmne ſit, an moleſtum habere prolem, à multis agunt ſecuri laboribus: eos autem quibus eſt liberorum propago, video diſpungi curis omni tempore: primùm quidem, quo pacto educent eos probè: deinde, vt abundè illis vitæ neceſſaria relinquant: præterea incertum pro bonis ne an improbis iſtas exorbeant moleſtias: vnum verò omnium vltimum dicam mortalibus malum, quod interdum boni frugique liberi, adulti præmoriuntur ſummo cum patrum dolore. Quòd ſi ad remedium nuptias quæratis, remedium vobis Deus erit. Perpendite voluptatem illam potius eſſe in opinione radicatam: quàm ſi circuncidatis, euaneſcet. Fugite cauſas luxuriæ, illecebras, delitias, & ea quæ ſtimulos & ignes ſubmittunt. Voluptas leue gaudium eſt, quodque parit triſtitiam. Conſiderate quid alijs acciderit, ab his quæ nobis aliquando ſuggeruntur, quot dolores, quot moleſtias genuerint. Et ne vos cogitationum turba diuexet, & diſtrahat, ſcitote eas eſſe nebulas,



nebulas, quæ non poſſunt diutiùs permanere, ſi animæ mens illas exſufflauerint: erunt tamen aliquæ diſcurſantes perpetuò, ſed non eædem: non ſecus ac mare ſine fluctibus non eſt, & cœlum nunquam ſine nubibus. Proponite vobis, voluptates huius ſeculi neque ſynceras eſſe, neque veras, nec durare, adeptioneque illarum citò ſatietatem & faſtidium ſequi: ita illas, ſi ſe vobis offerant aduenientes vt iam recedentes, faſtidite. Recordemini eius quod dictum ſit de pijs & bonis, Flebitis vos, mundus autem gaudebit, ſed triſtitia veſtra conuertetur in gaudium, D. Ioan. cap. 16. Et rurſum, Væ vobis qui ridetis nunc, Lucæ 6. Quid autem potius & melius ad horam gaudere, an per annum? item, num ſatius per totum vitæ tempus, quàm per annum? ſed quantò melius in æternum, quàm per hoc ephemerum tempus vitæ noſtræ mortali conſtitutum? locus iſtius vitæ non eſt locus habitationis noſtræ, ſed futuram inquirimus ciuitatem, & peregrinamus à Domino: momentaneum eſt quod delectat, æternum quod cruciat. Non eſt hîc ludendum, non voluptatibus vacandum, ſed eundum eſt. Quis enim non ridet meritò vt ſtultiſſimum viatorem, qui dum proficiſcitur neceſſario, ludendo pecuniam & viaticum in hoſpitio conſumit, atque ſibi abeundum eſſe, obliuiſcitur? Monet & Dauid, Euntes, inquit, ibant & flebant, mittentes ſemina ſua, venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos, Pſalmo 125. Lætati in his, quæ dicta ſunt, quod in domum Domini ibimus, Pſalmo 121. Occurrunt in via hoſtes, qui intercipiant iter: vigilandum, abſtinendum ab ijs quæ nocere poſſunt: ſicuti omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet, &c. 1. Corinth. 6. Vosque viri qui in acie ſub caſtitatis vexillo & virginitatis pugnatis, ſi repetatis mulierum ſpurcitiem, ſi earum naturam ſeriò teneatis, gaudebitis potius, quòd tantis careatis malis. Mulier ſpecioſa & pulchra, templum eſt ſuper cloacam ædificatum (inquit Socrates apud Diogenem) inſatiabile animal, continua ſolicitudo, indeſinens pugna, quotidianum damnum, bonorum impedimentum, viri naufragium, adulterij vas, pondus grauiſſimum, æſtus maris, calumniarum chaos, Pandora Epimethei, theſaurus malorum: ſi pulchram ducas vxorem, periculum ne communis fiat: ſi turpem, habes pœnam aſſiduam: pulchra facilè adamatur, turpis facilè concupiſcit; moleſtum cuſtodire quod omnes cupiunt: moleſtiſſimum poſſidere quod nemo habere di-

gnetur: quanquam non valentibus abſtinere honorabile connubium ſit, & torus immaculatus, ad Hebr. 13. ſacramentum à Deo inſtitutum & probatũ, & laudanda vxor bona, ſi benè morata, ſi pulchra, caſta, honeſtis've parentibus, ſi tu quoq; diues es: at tibi eſt expectandum aliud quoddam ſeculum, in quo hæc videas concurrere: in hoc enim raro vel nunquam auditum. Neque putes benè vxoratis eſſe, quia non conquerantur omnes: nam quod incorrigibile, indiſſolubiléve eſt, melius eſt pati: & ignoras qua parte calceus pulcher & nouus, pedem alterius premat. Sed ne maiora retegam, & ne moueam Camarinam, mala bene condita non vltrà perſequar. Sed ſatius eſſe mulieribus abſtinere duco, & voluptate illegitima, leuiſſimaque quàm perpetuò cruciari. Nam vt Horatius monet, lib. 1. epiſt. 2.

*Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.*

## De Inuidia. CAP. XV.

INuidia eſt triſtitia de bonis alteri contingentibus, præſentibus, præteritis, vel futuris, & gaudium de aduerſis, vt contrà, miſericordia, eſt triſtitia de malis alienis. Io. Damaſc. lib. 2. de Orthod. fid. cap. 12. D. Thom. 22. q. 36. art. 1. Ariſtot. lib. 2. Rhet. cap. 9. & 10. & Plato in Philebo, vel de Summo bono. Cic. 3. Tuſcul. Speuſippus lib. de Definitionib. Platon. Gregor. Nicenus lib. de Virtut. animæ, cap. 12. Baſil. Magn. lib. de Inuidia, Pindarus ode 1. Pyth. ſtro. 5. Affinis itaq; huic, ἐπιχαιρεκακία, quæ eſt voluptas ex alterius malis, vt notat Plutarch. lib. de Curioſit. & vt ait Horat. lib. 1. Epiſtol. epiſt. 2.

*Inuidus alterius rebus macreſcit opimis.*

Duæ autem æmulationis ſpecies: vna bona, quæ vicinus in ope vicini proſpiciens ad ſimile excitatur, vt Themiſtocles dicebat in Politicis. Plutarchus ſibi Miltiadis trophæos, ſomnum adimere, hæcque bona: altera pernicioſa, quæ inuidia eſt, vt tradit Heſiodus in 1. oper. Morbus hic latè patet & ſerpit in hominũ penè omnium medullas, ſæuiens latenter, vt maledicta & crimina aliorum perlubẽter audiant, laudantibus autem ipſi grauiter ſuccenſeant, vt notat Demoſthenes Oratione de Corona. Sic morem ingenij humani, vt dixit Dictys Cretenſis libro 2. Belli Troiani, quod imbecillum aduerſus dolores animi, & inuidię plenum, anteiri ſe à meliore haud facilè patitur: vnde ſolet maximè inter eiuſdem artis & opificij vel profeſſionis homines oriri, dum in eo quis præſtare con-



re contendit, quo alius præſtantior. Sic natura comparatum videtur, inquit Plutarc. in politicis, vt inter eos æmulatio contentioſa non innaſcatur, qui diuerſa virtute, diuerſis viribus non eodem ſtudij genere operam rei cuipiam dant, ac eam diſparibus quidem artibus, verùm pari diligentia voluntateque curant. Eo modo Rachel ſorori inuidit parienti, cum eſſet ipſa infœcunda, Geneſ. 30. Et vir qui feſtinat ditari, alijs inuidet, Prouerb. 28. figulus figulo, & architectus architecto. Quamobrem inuidia teſtis eſt locupletiſſimus, in eo cui ineſt deterius quippiam eſſe, vel abeſſe id quod in eo eſt cui inuidet, vt certè qui magno animo ſunt, qui præſtantes, qui ſuperiores, nunquam alijs inuideant inferioribus, & malint potius inuidiam pati quàm inuidere. Quod & Aſtaphiũ ancilla apud Plautum in Truculento, Actu 4. ſcen. 2. expreſſit inquiens:

*Mauelim mihi inimicos inuidere, quàm me inimicis meis.*
*Nam inuidere, alij benè eſſe, tibi malè eſſe, miſerum eſt.*
*Qui inuident egent: illi quibus inuidetur, rem habent.*

Et Pindarus, Ode 8. Nemeorum Strophe 2.

ὄψον δὲ λόγοι φθονεροῖς.
ἅπτεται δ᾽ ἐσλῶν αἰεί,
χειρόνεσσι δ᾽ οὐκ ἐρίζει, id eſt:

*Obſonium autem inuidis ſermones ſunt:*
*Semper autem tangit inuidia præſtantes,*
*Non autem contendit cum deterioribus.*

Erat antiquitus ideo tritum prouerbium, pro vita miſera & vili, ἄζηλος βίος, vita ſine inuidia, vt ait Suidas, in verbo ἄζηλος. Et Socrates apud Aelian. lib. 2. de var. hiſtor. cap. 36. ſenex interrogatus ægrotus, quomodo ſe haberet, reſpondit ipſe, rectè vtroque modo: nam ſi fuero ſuperſtes, plures æmulatores habebo, ſi vitam exceſſero, plures laudatores. Finitur namque inuidia morte, nec vix aliter, vt oſtendit Horat. epiſt. 1. lib. 2.

*Duram, inquit, qui contudit hydram*
*Notaq; fatali portenta labore ſubegit.*
*Comperit, inuidiam ſupremo fine domari.*

Atque ſola egregia facinora; & virtus, inuidiam concitare ſolent, vt ait Polyb. in 1. Vell. Patercul. poſteriore volumine hiſtoriæ, D. Hieronym. ad Demetriadem. Sicut neceſſe eſt, iter agentibus perpetuo comitetur vmbra, Nec eſt dubium, inquit Chromatius epiſcop. declam. de octo beatitudinibus quod bono facto ſemper eſt comes inuidia. Quamobrem Themiſtocles adoleſcens, cum

vellet indicare ſe adhuc nullum præclarum geſſiſſe facinus, dicebat ſe nullum inuidum habere, vt meminit Plutarc. lib. de different. inter odium & inuidiam. Ita & Ciceroni 4. ad Heren. comes ſemper virtutis inuidia. Idipſum Pindar. olympio. ode 6. antiſtroph. 4. Et ideo idem Cicer. pro L. Cornelio, ſeculi quandam huius labem eſſe dicit, virtuti inuidere. Sic Eccleſ. c. 4. omnes labores hominum vſque animaduerti patere inuidiæ. Cæca enim inuidia eſt, nec quicquam aliud ſcit quàm detrectare virtutes, corrumpere honores, ac præmia eorum, vt ait Liuius, lib. 8. decad. 4. Ita grauiſſima peſtis inuidia, virtutis aduerſaria, vt ait Philo Iudæus, lib. de ſpecial. legib. c. contra mœchos. Atque hac nota differt inuidia ab odio: quia aliquando odimus aliquos meritò ob vitia, at nũquam inuidetur niſi laude dignis.

*Macerat inuidia, ante oculos illum eſſe potentem,*
*Illum ſpectari claro qui incedit honore,*
*Ipſi ſe in tenebris volui cœnoq; queruntur.* Lucret. in 6.

Et hoc aliud bonum adfert bonis inuidia laceſſitis, vt ab inuitis inimicis, vitia ſua audiant, & moneantur qua parte ſe debeant emendare. Eaque antea forſan ignoti, apparent laude digni, dum qui maledica audiunt, inquirunt & cognoſcere deſiderant, vtque ferrum attritu à rubigine, ſplendent. Et D. Chryſoſt. homil. 1. in Pſal. 50. tomo 1. Inuidia, inquit, ignis inextinguibilis eſt: etenim ſicut tinea comedit veſtimentum, ſic & inuidia eum qui zelatur, conſumit, cum autem cui inuidet, clariorem reddit. Nam & Ioſeph hoc eſt à fratribus paſſus, Geneſ. 37. Et illi quidem qui inuidiæ facibus vtebantur, de libertate in ſeruitutem adducti ſunt, cui autem inuiſum eſt, rex conſtitutus eſt. Proinde ea ex parte non eſt nocens inuidia cui inuidetur, ſi ea ſimplex ſit: at, quia impatiens ſecundarum rerum alterius, veritate non poteſt nocere, ad calumnias conuerſa timenda eſt, dum ſæuiens nititur nocere. Neque enim tunc reſidet in propria animi triſtitia, ſed alium lædere, & gradu falsò deijcere pertentat: itaq; minima quæque vitiola obſeruat laudati, vel iuuenilia emendata repetit, vt poſſit gloriam eius obnubilare: vel ſi nulla ſint, fingit. Obiectum Pompeio, quod genuino more, caput digito vno ſcalperet: Inſimulatus Cymon, Miltiades & Aemilian. Scipio, vt ſomnolëtus teſte Ammian. Marcell. lib. 17. Plutarc. in Polit. Sceleſtiſſima hoc modo calumniarum artifex, vt dum non poteſt æqualis eſſe inuidus, præſtantiores vel opprimat, vel tollere calumnijs, & aperta vi velit, vt Agrippina vxor ſecunda Claudij Cæſaris, inuidia in matronas elata, plures occidi fecit, Dion Caſſius, lib. 60. hiſtor. Roman. Palamedes dux optimus, ob inuidiam virtutis, à verſipelle Vlyſſe & Diomede in puteo lapidibus obrutus, Dictys Creten. lib. 2. de bello Troian. In Miltiade, erat cum ſumma humanitas, tùm ſumma comitas, vt nemo tam humilis eſſet, cui ad eum aditus non pateret. Magna authoritas apud omnes ciuitates: nobile nomen, laus rei militaris maxima: hæc tamen reſpiciens populus Athenienſis, qui ſcilicet Democratiam fouebat, maluit eum innoxium plecti, quàm ſe diutius in timore eſſe, Aemil. Probus in Miltiade, Valer. Max. lib. 5. tit. de ingratis. Idem accidit Alcibiadi, vt idem Probus teſtis. Addit & in Chabria commune vitium hoc eſſe in magnis ciuitatibus, vt inuidia gloriæ comes ſit, & libenter de ijs detrahant quos emergere videant altius: neque æquo animo pauperes alienã opulentem intueantur fortunam. Sic impij Scribæ & Phariſæi per inuidiam in mortem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum tradiderunt, Matth. 27. & Marc. 15. Et Saul voluit lancea confodere Dauid 1. Reg. 18. Cain occidit Abelem, c. 4. Geneſ. Eſau Iacob inſidiabatur, Geneſ. cap. 27. Nero putans ſe bonum poetam, Lucano, quòd arte poetica clarus erat, interdixit carmen facere, Xiphil. ex Dion. in Nero. Cato optimus orator, optimus imperator, optimus ſimul ſenator, plurimorum odio laborauit, & quater quadragies cauſam dixit, nec quenquam legimus ſæpius poſtulatum & ſemper abſolutum, Plin. lib. 7. cap. 27. Inuidentes fratres Ioſepho, per inuidiam illum vendiderunt, de qua pater dixit, fera peſſima deuorauit Ioſeph, Geneſ. 37. Calumniæ, inuidiæ, peſtilentes ſunt valdè, quæ illam ſequuntur, vt deſcribit optimè Lucian. in dialog. διαβολῆς ſeu calumniæ, & Ouid. lib. 2. Metamorph. ibi,

*Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto,* &c.

Idcirco & hanc inuidiam Græci quoque dixerunt, Momum, quem idololatræ Deum dicebant maledicentiæ, conuitij, & reprehenſionis: quemq; Heſiod. in Theogonia dicit natum ex nocte, vnà cum morte & ſomno, & inſomnijs & ærumnis. Hic etiam deſcribitur in 4. epigram. Græcorum: meminit de eo & Lucian. in Hermotimo & conuiuio Deorum, vbi nec eum potuiſſe ſilere à reprehenſione Deorum tradit, nempe reprehendendo eos, & Vulcanum, quòd homini feneſtrata pectora non feciſſent, vt cogitationes eorum paterent: reprehendiſſe & Veneris crepidas

crepidas, & perpulchra ſandalia. Accedit & comitatur eandem detractio. Et in ſumma omnium malorum catena, nam per inuidiam diaboli mors intrauit in orbem, Sapien.2. Vt meritò inuidorum conſortium omnino vitandum ſit: omnia enim more ſerpentum, etiam florida & ſalubria in virus conuertunt, in peiuſq; interpretantur. Monet & ſapiens Prouerb.c.23. cum inuido nec comedas. Et vt ait Baſil. Magn. ſermone de inuidia, canes educatione manſueſcunt, boues obſequio fiunt tractabiles, inuidi officijs aggreſtiores euadunt. Sed & maximum hoc eſſe ſcelus demonſtrat, quòd ex malitia inuidia proficiſcatur, q non vt in cæteris peccatis, hic inuidus lætetur, ſed triſtetur & diuexetur ab alieno, & viuus torqueatur à furijs. Quod ex carmin. Menandri, Latinis factis, ſic exprimitur,

*Adoleſcens, non mihi intelligere videris, quòd*
*A ſuo quæque vitio putreſiant,*
*Et omnis corruptionis cauſa veniunt intrinſecus.*
*Vt ferrugo, ſi conſideres ferrum:*
*Si veſtes, tineæ: teredo, ſi lignum ſpectes.*
*At peßimum malorum inuidia,*
*Tabidum facit, faciet & fecit hominem.*
*Propter animæ prauas cogitationes,*
*Nam inuidus ſibi ſemper hoſtis exiſtit:*
*Spontaneis enim ſemper tenetur moleſtijs.*

Itaque Ouid. 2. lib. Metamorph. fab. 12. ſic verè deſcribit inuidi formam & corpus,

*Surgit humo pigrè ſemeſarumq; reliquit*
*Corpora ſerpentum, paſſuq; incedit inerti.*
*Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto:*
*Nunquam recta acies: liuent rubigine dentes:*
*Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno,*
*Riſus abeſt, niſi quem viſi mouere dolores,*
*Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis.*
*Sed videt ingratos, intabeſcitq; videndo*
*Succeſſus hominum: carpitq; & carpitur vna:*
*Suppliciumq; ſuum eſt.*

Optimè inuidorum naturam percurrit D. Chryſoſt. tomo 2. homil. 42. in Matth. ſimileſq; eos dicit canibus concitatis & infeſtis dæmonib. ac furijs, & ſcarabæis, qui vt illi alieno ſtercore, ita & iſti aduerſa aliorum fortuna nutriuntur. dicit & communes humano generi hoſtes, peiores animantibus. Sic inuidiæ partus ſunt triſtitia de bonis alterius, lætitia de malis, detractio, diſcordia, murmuratio, odium & noxæ vel damni illatio.

*Antidota*



## *Antidota contra inuidiæ labem.* CAP. XVI.

QVia itaque maximum hoc vitium eſt, eò magis ſtudendum emendationi: & extremis morbis extrema remedia adhibenda. Et cùm probra omnia fugiẽda ſint, tum verò hoc maximè omnium inuidiæ. Quare inquit Demoſthen. in Leptinem: quia inuidia omnino prauitati naturæ tribuitur, nec vlla cauſa eſt, ob quam veniam inuidus mereatur. & ita extra diuinum chorum ſita eſt, vt ait Plato teſte Philone Iudæo, lib. quòd omnis probus liber ſit. Quocirca monet in primis D. Iacob. c. 4. nolite detrahere alterutrum, & Pſal. 100. detrahentem ſecretò proximo ſuo, hunc perſequebar. Cõſidera ergo ſi hac afficiaris, te legi Dei obſiſtere. Deinceps ſi te Dei timor nõ moueat, miſerere tuijpſius, aduerte tibi potius nocere inuidiã, quàm alteri: te enim in ea excrucias, quam alius ridet & de ea celebrior gaudet te ita triſtari. Iſocr. in Euagora, & Q. Curt. lib. 8. de geſtis Alexandri dicunt cum Menandro, inuidum ſibi ipſi inimicum, cum ſpontaneis teneatur moleſtijs, & Virgil. in Epigram.

*Liuor tabificum malis venenum*, &c.

Et Rabi Eliazar, in pirke abot, ſeu capitulis patrum, c. 4. Inuidia, inquit, & concupiſcentia, & amor gloriæ, educunt hominem à vita. Ita inuidi ſua ipſorum noxa, puniuntur, vt ait Pindar. Pythio. ode 11. antiſtroph. 4. ipſaq; inuidia ſuis telis conficitur, vt à tineis ſuis lignum. Aliud remedium inuidiæ, ſi nihil rerum humanarum magnum exiſtimemus, non gloriam, non opes, non rerum magnitudinem, non reliqua: ſic enim nullos his pollentes æmulabimur, D. Baſil. ſermon. de inuid. ſi humilia, non alta ſapiamus: ſi proximum dilexerimus, vt dictum. Item aliud cogitãdum, dona ſpiritus ſancti à Deo diuiſa, prout vult 1. Corint. 12. neque vas aduerſus figulum, poſſe vel debere inſurgere, quare ſic eum fecerit potius, quàm alterius formæ, Iſaiæ cap. 45. Habet enim poteſtatem faciendi ex eadem maſſa vaſa in contumeliam & in honorem, Rom. c. 9. noſtraq; ſors, in manu Dei, ſicut lutum in manu figuli, Eccleſiaſt. cap. 33. Tu itaque nec alij inuideas, ſed vt ſis melior, contende vt talis euadas, vt Themiſtocles imitabatur Miltiadem. Si eo non poſſis contendere, interim ſine inuidia Spartam, quam nactus es, hanc orna. Et vt Hebræus dicit Ben Syræ, in ſente moral, cap. 3. גרמא דנפיל כהילקה גרדיה, garma denaphil beholekad gardeiah, id eſt, os quod tibi in partem ſeu ſortem contigit, ipſum rodito.

dito. Non enim tibi videri debet Deus iniuſtus, quia tuus oculus nequam eſt: tolle quod tuum, ſine liberalitatem Deum exercere, Matth. 20. in hoc mundo corpus vnum facimus, & vt in hoc corpore noſtro ſingulorum, non omnia membra idem officium habent, nec dignitatem, non tamen ignobilia: ſic & inter homines, diuerſa hominum officia, quæ miſceri non debent, ad Roman. 12. Neq; ideo viliora membra ſeditionem mouere debent aduerſus meliora, vt docuit hoc exemplo corporis humani, Agrippa Menenius populum Romanum rebellãtem in Senatum, apud Dionyſ. Halicarn. in 6. Si de malo alterius lætitia ſubrepat, cogita tantundem tibi impendere. At vt poſſis alios tibi inuidos vitare, cautione opus eſt, ne noceant, ne ſegnis iners've: alio te transferas, vrit enim præſens virtus fulgore ſuo: ſic viri clari extra ciuitatem Athenienſium vixerũt, vt Iphicrates in Thracia, Conon in Cypro, Timothæus in Lesbo, Chares in Gigeo, Chabrias in Aegypto, Aemil. Probus in Chabria. Et Dominus noſter ad vitandam inuidiam ſæpe ſe ſubtrahebat turbę Iudæorum, & ſecedebat in montes. Sic vitauit Iacob inuidiam Eſau, Geneſ. cap. 27. Sic docet & D. Ambroſ. tom. 4. lib. 2. de Iacob, vel de vita beata, cap. 5. melius eſſe inuidia exorta, declinare eam, & ſine lite abire, quàm habitare cum iurgio. Putabant aliqui, & ſubitum ad honores ſtatum non patere inuidiæ: nam nec ignis concipit fumum, nec gloria inuidiam gignit, ſi repentè vtrunque ac celeriter emicuerit, vt ait Plutarc. in Polit. Dixitq; ideo in Syllam Pompeius, plures eſſe qui Solem orientem potius, quàm occidentem adorarent. Aliud remedium, ob virtutem omnia conſtanti animo pati, & laudi ſibi ducere etiam pro ea mori. Nam vt ait Horat. lib. 3. Carm. ode 2.

*Virtus repulſæ neſcia ſordidæ,*
*Intaminatis fulget honoribus:*
*Nec ſumit aut ponit ſecures*
*Arbitrio popularis auræ.*
*Virtus recludens immeritis mori*
*Cœlum, negata tentat ire via,*
*Cœtusq; vulgares, & vdam*
*Spernit humum, fugiente penna.*
*Eſt & fideli, tuta ſilentio*
*Merces.*

Et ode 3. eius libri:

*Iuſtum & tenacem propoſiti virum,*
*Non ciuium ardor praua iubentium,*

Non



*Non vultus inſtantis tyranni,*
*Mente quatit ſolida: neque Auſter*
*Dux inquieti turbidus Adriæ,*
*Nec fulminantis magna Iouis manus:*
*Si fractus illabatur orbis,*
*Impauidum ferient ruinæ.*

Aliud remedium non eſſe cum inuidis agendum, vt antè diximus. Fieri enim nequit, vt hoc modo implicemur, niſi familiaritate iuncti fuerimus: nec inuidet ignotus, ſed familiaris & notus, D. Baſil. Magn. ſerm. de inuidia. Aliud quoque remedium eſſe poſſet, ſi ſemper honeſtum eſt, inuidis qui ſibi aliquid eſſe videntur cõcedere, & præſentes laudare: eſt enim ſolertia, & bonus dolus, quo illi facilè capiuntur, & laudati maledicere deſinunt: eadem enim cæcitate, qua alios ſibi præcellere non vident, & verè quoque ſe præferri alijs ſibi perſuadent, euaduntq; ea præſumptione inter bene videntes, ridiculi tamen innoxij. Sic enim & latrantes canes, lapidibus iactis immorantur, vel aliquo oſſe iacto, à latratu coercentur.

## *De Beneficentia.* CAP. XVII.

BEneficentia virtus communis eſt, tùm ad medelam inuidi, tùm etiam ad fortitudinẽ & præſtantiam eius cui inuidetur. Pendet enim ex charitate, per quam omnibus bona cupimus, & inimicis quoq; beneficia conferimus. Nec quicquam præſtantius eſt beneficentia & bonitate, inquit Cicer. 1. de nat. deor. Quare ſi hanc poſſit concipere inuidus, tantũ abeſt vt inuideat habenti aliquid præſtantius, quinimo ei congratulabitur, & vt augeatur Dei in eo donum, vtq; perſeueret precabitur. Congaudent enim boni amicis, & benefici etiam habentibus vel largiuntur, vel largiendi animum, ſi opus ſit, habent. Beneficium quippe non in eo quod fit aut datur, ſed in dantis, vel accipientis cõſiſtit animo, vt ait Seneca 1. de Benef. Atq; qui habet inimicum inuidum, ſi ei beneficus ſit, iam impleuit illam ſummam virtutem Chriſtianam, vt diligat inimicum, de qua diximus, dum de charitate egimus, non reddens malum pro malo, ſed bonũ pro malo, iuxta Apoſt. 1. Theſſal. 5. 1. Pet. 3. ſed cùm iam in charitate quæ hic conueniunt, dicta ſint plura non addam.

## *De Gulæ vitio.* CAP. XVIII.

EPiglottidis fiſtulam interiorem, Plin. lib. 11. c. 37. appellat Gulam, per quam cibus atque potus denotatur:

quæ

quæ tendit ad ſtomachum, inde ad ventrem, carne & neruo conſtans, proxima exteriori fiſtulæ, quæ arteria eſt, ex cartilagine & carne: vnde per translationem gula accipitur pro voracitate, & nimio & delicatiore ciborum appetitu proq; nimio & lautiori potu & ebrietate. Hoc vitio duo alia concluduntur, nempe gaſtrimargia & opſophagia. Gaſtrimargia, eſt intemperantia ad cibum ſumẽdum, cùm dulcedo ciborum vtilitati præponitur. Opſophagia autem eſt, nullum in obſoniorum vſu modum tenere. Victus namq; vel viuendi modus legitimus, duos fines habet, ſalutem & robur, ſiue firmitatem corporis. Peccatur idcirco contra viuendi modum, in quantitate cibi, ſi quis plus quàm ſit neceſſe accipiat: quando in edendo quis feſtinauerit, ſi ſuauiora dulcioraq; eſculenta ſaniorib. præponantur: ſi quis eadem quę ſibi, conuiuantibus non appoſuerit: quando præter tempus dapes apponimus, cùm ſcilicet aliud agendũ eſſet: quo omiſſo gulę indulgemus, vt notat Steph. Niger in opere ex Muſonio ſumpto de nimia obſoniorum appetentia. Legimus ſupplicio æterno damnatum immiſericordem illum diuitem, qui quotidie epulabatur ſplendidè, Luc. 16. Ex numero eorum qui ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferos deſcendunt, Iob 21. Huc pertinet etiam vetita, aut tempore prohibitionis comedere, prohibita deſiderare, quo acriter & ſeuerè vindicauit Deus in populo Iſraelitico, cùm manna viueret, ipſe autem faſtidiret illum cibum, & deſideraret carnes, piſces, cucumeres, pepones, porros, cepas, & allia, & panes, in ſaturitate, Num. c. 11. & Exod. 16. Vitium hoc certè maximum, turpitudinis & ſpurcitiei incentiuũ, morborum fermentum, & cauſa, patrimoniorum conſumptio. D. Baſil. lib. de renunciat. Vitæ huius multos, inquit, morbis occupatos, ad ſanitatem redire vidi, vnum verò ex illis qui clam edunt vel guloſi ſunt, non vidi: ſed qui huiuſmodi ſunt, mundanis illecebris corrumpuntur, & diabolo mollitie ſeruientes, vt vitium gulæ tegant, malis ſe multis inuoluunt. *Si ventrem domueris, paradiſum inhabitabis: ſin minus à morte conſumeris.* Et in Pſal. 29. Ne cor tuum delitijs tradas. Quid vegetum validumque ſtudes reddere, quod paulò poſt eſt interiturum? Quid te ſaginas & carnibus grauas? an ignoras quanto pinguius tibi corpus, tanto grauiorem animæ tuæ carcerem conſtituis? &c. egeſtatem eſſe etiam proximam helluonibus docetur Prouerb. cap. 21. qui diligit epulas in egeſtate erit: qui amat vinum & pinguia, non ditabitur. Poſſem hic referre



referre monſtra naturæ & opprobria potius hominum, quàm homines, qui voracitatis & bibacitatis prodigioſe fuerunt exempli pernicioſiſſimi, veluti Philoxenum, Apicium, Melantium, Pithillum voracem, Ariſtoxenum Cyreneum, Telephum Voraginem, Dorionem, Callimedontem cum filio, Diogenem Cynicum, Hypperidem Rhetorem, Philetærum, Calliam, Ariſtotelem philoſophum, Melanthium tragicum, Ariſtippum Socraticum, Charinnum, Theagenem athletam, Herodotum tibicinem, Cantibarim Perſam. ſed de illis & alijs Athen. te commodius monebit, lib. 1. dipnoſ. cap. 3. & lib. 8. ca. 6. lib. 9. cap. 9. & 11. lib. 10. cap. 1. Poſſem ingentis edacitatis, bibacitatis Phagonem ſubijcere, quo delectabatur Aurelianus Cæſar, ſed de eo narrabit Flau. Vopiſc. in Aurel. vt de Clodio Albino Iulius Capitolinus in eius vita. Nec merentur certè nomen iſti opſophagiæ dediti helluones, nihil niſi pondus iners & fruges conſumere nati. Miſeriæ alioquin, & morborum ſentinæ, & vaſa ſpurcitiei, meritò etiam in eo pœna, in quo peccant, puniri: ſequuntur enim illos ructum acuti, nocturni vomitus, vt ſcribit Lucian. dialogo de mercede conductis, & vt Iuuen. Satyr. 1.

*Hinc ſubitæ mortes atq; inteſtata ſenectus.*
*It noua, nec triſtis per cunctas fabula cœnas.*
*Ducitur iratis plaudendum funus amicis.*

Naſcuntur & phthiſis, podagræ, pulmonum exulcerationes, aquæ intercutes, Lucian. in Gallo. Refert Dion Caſſius, lib. 57. hiſtor. quod M. Gabio, qui omnes homines luxuria victus ſuperaret, cùm inijſſet rationem, vt sciret quantum prodegiſſet iam, quantumq; reſtaret, cumq; adhuc tantum ſupereſſe centies ſeſtertium reperiſſet, magno mœrore fuiſſet correptus, quaſi ſibi fame pereũdum eſſet, ſeipſum interemit. Fuerunt autem alij, non ita voraces quidem, ſed in cibis nimium curioſi, delicati, exquiſiti, & prodigi non prioribus meliores, quorum cateruam aliquam, colligit Tertullian. tomo 2. oper. lib. de pallio. Vadius, inquit, Pollio, ſeruos murenis inuadendos obiectabat, quas his delectatus edebat, vt de ſeruorum ſuorum corporibus ipſe guſtaret. Præcidam gulam qua Hortenſius orator, primus pauonem cibi cauſa, potuit occidere: qua Aufidius Lurco, primus ſagina corpora vitiauit, & coactis alimentis in adulterum prouexit ſaporem: qua Aſinius Celer, vnius muli piſcis obſonium VI. M. ijs id eſt, ſex ſextertio. milli. detuli: qua Aeſopus hiſtrio ex auibus ejuſdem pretioſitatis, vt canoris & loquacibus

quibuſcunque centum millium patinam confiſcauit: qua filius eius poſt tale pulpamentum, potuit aliquid ſumptuoſius eſurire. Margarita namq; vel ipſo nomine pretioſa dehauſit, credo, ne mendicus patre cœnaſſet. Taceo Nerones, & Apicios & Rufos. Dabo catharticum impuritati Scauri, & aleæ Curij, & vinolentiæ Antonij. Meminit & de ijſdem Plin. de Pollion. lib. 9. cap. 83. De Hortenſio, lib. 10. cap. 20. & ibid. de Aufidio & alijs. De Celere & Macrob. & Iuuenal. Satyr. 4. ibi:

*Mulum ſex millibus emit*, &c.

De Aeſopo quoque, Plin. lib. 10. cap. 50. & lib. 35. cap. 12. & de eius filio, lib. 9. c. 35. Aduerſus iſtius gulæ illecebras & voluptates, leges tum diuinæ tum humanæ inſurgunt, vt ad frugalitatem, ſobrietatem, & temperantiam reducerent, tot leges abſtinentiæ & ieiuniorum. A Romanis ſumptuariæ leges latæ quæ modum viuendi imponerẽt: de quibus Alexander ab Alex. lib. 3. genial. dier. cap. 11. & ne fraus legibus fieret, cautum vt publicè pranſitaretur apud Romanos, & apud Spartiatas à Lycurgo, teſte Xenophon. lib. de repub. Lacedæm. Orchia lege conuiuarum numerus Romanis ſcriptus, teſte Macrobio, lib. 3. Saturn. cap. 17. Et Iaſcenſibus non licebat in contrahendis nuptijs plures ad conuiuium vocare quàm decem viros, & totidem fœminas: nec nuptiarum ſolennitatem vltra biduum producere, vt ait Heraclid. in eorum politia. Lege cenſoria Roman. interdicta cœnis ſuum abdomina, glandia, teſticuli, vuluæ, Plin. lib. 8. cap. 52. Prohibitique in cibum mures, glires eadem lege quam M. Scaurus renouauit in ſuo conſulatu, Plin. lib. 8. cap. 57. & apud eundem lib. 10. cap. 50. fertur lata lex in C. Fannij conſulatu, ne quid volucrum apponeretur præter vnam gallinam, quæ non eſſet altilis: prorogata deinde lege Didia & Fannia, per totam Italiam, haſque Iulius Cæſar exercuit, diſpoſitis etiam circa macellum cuſtodibus, qui obſonia contra vetitum retinerent & deferrent ad ſe, ſubmiſſis quocunque lictoribus ac militibus, qui ſi qua cuſtodes fefelliſſent, ex triclinio iam appoſita auferrẽt. Fuerunt & aliæ iſtis ſimiles leges, de quibus Gellius, lib. 2. Noctium, cap. 28. & lib. 14. cap. 16. Atque Athenæus, lib. 6. cap. 8. refert temperatos fuiſſe Romanos priſcos, tum in veſtitu & victu & frugalitate, vt etiam prohiberetur lege illis, obſonium pluris duabus drachmis cum dimidio.

De



## De Ebrietate. CAP. XIX.

GVlæ vitium, in ebrietate etiam conſiſtit quæ mentem mutat, furorem gignit, multos interimit, euomitiones coaceruat volutationes in cœno turpes, nudos, ridiculos, miſerandos, viniperdos facit, ſecretorum effuſores, pallidos, genis pẽdentibus, oculis vlceratos, manibus tremulos, inquietos, obliuioſos, & alterius peioris conditionis quàm bruta ſint homines, vt refert Plin. lib. 14. cap. 22. Hanc D. Baſilius in ſermon. de die Paſchę ſic deſcribit: Ebrietas, eſt rationis interitus, fortitudinis pernicies, ſenectus immatura, mors momentanea. Luxurioſa, inquit ſapiens, Prouerb. 20. res eſt vinum, & furor: ideo nolite dare vinum regibus, ſed ijs qui amaro ſunt animo, Prouerb. 30. Sic Androcydes ſapientia clarus ad Alexand. Magnum ſcripſit, intemperantiam eius cohibens, vinum potaturus rex, memento te bibere ſanguinem terræ. Nihilque pernicioſius vino, voluptatibus eſt, ſi modus abſit: ſicuti prorſus iure dici poſſit, nihil vtilius aliud corporis viribus, modicè ſumpto, vt Plin. ſcribit lib. 14. cap. 5. Parcè enim ſumptum lætificat & ſtomachum inualidum firmat, Pſalm. 103. Eccleſ. cap. 40. 1. Timoth. 4. Proinde Alphonſus rex Hiſpaniæ omnino abſtinuit à vino, quod diceret, id Alexandri Magni gloriæ maximè obfuiſſe, teſte Anton. Panorm. lib. 2. de dict. & fact. Alphon. cap. 7. Monet & Paul. ad Epheſ. 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Athenæus quoque, lib. 10. c. 15. malorum omnium grauiorum vnum eſſe metropolum dixit, per quod ebrietas emanat & inſania, debacchationeſque fiunt ab ijs, qui ita immodicè bibunt, & Ariſtot. connumerat ebrietatem, inter inſaniæ ſpecies problem. ſect. 30. quæſt. 13. Plenè Senec. lib. 12. epiſt. epiſt. 84. Ammian. quoq; Marcell. lib. 15. hiſtor. Catonianam illam dixit fuiſſe ſententiam, ebrietatem furoris eſſe voluntariam ſpeciem. Et Plato dialog. 9. de repub. virum ebrium, gerere tyrannicum dixit animum. Et dialog. 6. de legib. Qui vino refertus eſt tam animæ, quàm corporis rabie concitatus, quouis & trahit & trahitur. Quò factum vt plerique ebrij ſeipſos, peiores amentibus, interemerunt, vel incauti ab alijs interempti fuerunt, vt eadem ſect. 31. quæſt. 1. ait Ariſtot. vt Cleomedes, Lacedæmon. cultro ſe ebrius cæcidit. Et Eumenes, Athenæus libro 10. cap. 12. & 16. Iugulatus ob temulentiam Hyparinus Dionyſ. Tyranni filius, Athenæus eod. libro 10. capite 12. & Holo-

phernes, Iudith cap.12. Athenæus lib.4. dipnoſ. cap.24.

*Inſipiens vinum multum cecini ſſe coegit,*
*Saltare ac ridere iubet: prudentia cedit*
*Si quis paruerit? dixiſſeq; plurima cogit,*
*Quæ præſtat tacuiſſe.*

Boetius de diſciplina ſcholaſt. capite 2. vinum modicè ſumptum videtur intellectui conferre acumen, non modicè bibitum, rationem perturbat, intellectũ hebet, ignorantiam producit. Vetabat lex diuina, Numer. cap.6. ne qui conſecraret domino, vinum vel quod inebriare poſſet, biberet: néve qui ingreſſuri eſſent Dei tabernaculum Sacerdotes, ne morerentur, Numer.10. & Ezechiel, ca.44. Erat lex apud Locros verſus zephyrum, vt ſi quis merum abſque imperio medici bibiſſet, idque medicamenti gratia, capite damnaretur. Maſſilienſibus quoque & Romanis fœminis interdictus vini vſus, Athenæus lib.10. cap.9. Valerius Maximus, lib.2. cap.1. Dionyſ. Halicarn. in 2. & Plato lib.2. de legibus in fine ſtatuit, adimendum eſſe vinum mulieribus, iudicibus, & magiſtratibus, dum gerunt magiſtratum, atque alijs & militiæ & domi, qui rebus ſerijs vacant. Minos lege iuſſit, non eſſe compotandum vſque ad ebrietatem, Plato in Minoe. Monet dominus, Lucæ 21. videte ne fortè grauentur corpora veſtra in vino & crapula: vbi immodicũ potum vini prohibet ex quo crapula oritur. Eſt enim Græcis κραιπάλη, ἡ ἐξ οἴνου βλάβη τῆς κεφαλῆς ex vino dolor capitis, παρὰ τοῦ τὸ κάρα πάλλειν hoc eſt, quòd caput concutiat, & vertiginem faciat ob exhalationes. Sic enim interpretatur Galen. in comment. ad lib.5. aphoriſm. Hippocr. aphoriſm.5. Sic Eccleſiaſt. ca.37. propter crapulam multi perierunt. Temulenti quippe facile officij ſibi commiſſi obliuiſcũtur, inhabiles ideo negotijs gerendis, vt notat Xenophon in œconomico. Siquidem, vbi mens à vino corrupta fuerit, idem illi accidit quod curribus qui aurigatores ſuos deijciunt: etenim illi ſi à recto tramite aberrent, inordinatè feruntur, anima verò plurimum vacillat corrupto intellectu, vt ſcribit orat.1. ſeu in parenæſi Iſocrat. Refert Ariſt. lib.2. politic. cap.10. Pitach. legiſlatoris legem in ebrios, vt ſi quem pulſauerint, maiori pœna damnentur, quàm ſi ſobrij fuiſſent.

## *Antidotum edacitatis, & crapulæ.*

## CAP. XX.

PRo ſingulari antidoto, ieiunio & abſtinentia crapulæ & voracitati ſunt. Si quis non ſe Epicuri de grege por-

cum



cum eſſe conſideret, ſed Chriſtianum, quem ſobrium caſtumque eſſe oportet, natum non ad edendum, & bibendum, ſed qui vt viuat tantùm edere debeat. Si conſideret turpitudinem ebriorum: ſi damna ex ebrietate & voracitate meditetur, quæ ſupra poſuimus. Recordetur & quomodo ebrium nullius facti etiam turpis pudeat, exemplo Noe, cap.9. Geneſ. Et Loth 19. Geneſ. Quomodo cogat ſecreta fateri tacenda.

## *De Ira.* CAP. XXI.

IRa, eſt apparentis vltionis appetitus cum dolore, propter apparentem immeritò contemptum, vel in ſe vel in ſua. Ariſtot. lib.2. Rhetor. ad Theod. cap.2. Ioan. Damaſcen. lib.2. de Orthod fid. cap.14. Speuſippus lib. de definit. Platon. Verùm annotandum eſt, iram perpetuo vitium non eſſe, etenim pars iraſcibilis concitari poteſt ex his quę ratio & phantaſia proponit, vt ait Marſil. Ficin. comment. in Memnonem Platonis. Tunc tantum vitium, cùm citra rationem phantaſijs concitatur: alioquin & iraſci oportet interdum, cum ratione, pro quibus, & cum quibus, & quādo, & quatenus oportet: ibiq; potius manſuetudo, quàm vitium, vt ſcribit Ariſtot. lib.1. magn. Moral. c.23. Sic & contingit ſapientem virum iraſci apud Homerum, & Platonem in Philebo. Sic dicitur concitatus ad iracũdiam Deus, Deuter.32. Plura & loca ſacræ paginæ de ira Dei, vt Exod. cap.15.32. Numer. ca.16. & 25. & alibi ira tamen vt vitium, in Deum non cadit, inquit Arnobius 1. contra gētes, quæ nihil aliud, quàm inſanire, quàm furere, quàm in vltionis libidinem ferri, & in alterius doloris crucem mentis alienatione deferri. ita & audi, Pſalmo 4. Iraſcimini, nolite peccare: & ad Epheſ.4. Hanc Græci dicunt θυμὸν, animi vim quæ rationi paret, turpitudinemq; exoſam habet, quam Baſil. Magn. orat. περὶ ὀργῆς, dixit σύμμαχον λόγῳ κατὰ τῆς ἁμαρτίας, ἢ νεῦρον εἶναι τῆς ψυχῆς. id eſt ſociam, additam rationi aduerſus peccatum, & neruum virtutis. Sic Dionyſius in Bachijs, Act.3. apud Euripid. ait:

περὶ σοφοῦ γὰρ ἀνδρὸς ἀσκεῖν σώφρον' εὐοργησίαν. id eſt:
*Etenim ſapientis viri eſt, moderatas iras ſuſcipere.*

Tunc ergo ira vitium, quando extra rationis leges iraſcimur. pro quo, & quando, & cum quibus non debemus. Per ſe autem ira naſcitur natura ex efferueſcētia ſanguinis, & euaporatione fellis circa cor vbi fit concitatio, cui ſi conſenſus mētis & appetitus accedat vindictæ, vi-

tium erit: eoq; modo ira & furor execrabilia ſunt, & vir peccator continebit illa, c.27. Eccleſiaſt. Iubetque D. Paulus 1. Timot. 2. leuare ad Deum puras manus ſine ira & diſceptatione, & Prouerb. 22. Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum homine furioſo, ne fortè diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ. Quia, vt ſcribitur Prouerb. 20. Vir iracundas ſuſcitat rixas. Erit & ira eò iniquior, quò diuturnior, tunc quippe in malitiam tranſit & pertinaciam, vt ſcribitur Geneſ. 49. de ira & ſæuitia aliquantum diſſimulata Simeonis & Leui, maledictus furor eorum, quia pertinax. Lubrica quippe eſt via in odium ab ira, vt ait D. Auguſt. epiſt. 149. & ira mortalium debet eſſe mortalis, vt ſcripſit Phallaris, Tyrannus quamuis Ethorineo epiſtol. 45. & Lactant. de ira Dei, cap. 21. malum enim eſt cùm vincit rationem & conſilium ira, ſicut Medea docet apud Euripidem in Medea, actu 3. dicens:

θυμὸς δ᾽ κρείσσον τῶν ἐμῶν βουλευμάτων,
ὅσπερ μεγίστων αἴτιος κακῶν βροτοῖς, id eſt:
*Ira autem præponderat meis conſilijs,*
*Quæ maximorum malorum cauſa eſt mortalibus.*

Atque ira niſi compeſcatur, tranſit in furorem: ſic enim dicebat Apollonius, τῆς ὀξὺ θυμίας, τὸ ἄνθος μανίαν, maniam ſeu inſaniam, florem iracundiæ vrgentis. Et ita etiam Horat. innuit, lib. 1. epiſtol.

*Ira furor breuis eſt, animum rege, qui niſi paret*
*Imperat: hunc frenis, hunc tu compeſce catena,*

Naſcuntur quoque ex ira, impatientia animi, maledictiones, blaſphemiæ, opprobria, calumniæ, iniuriæ, vltiones, rixæ, minæ, ſeditiones.

*Ira truces inimicitias generat, & funebre bellum.*

Et ex prorogata ira & ſimultas, vt ait Ouidius 1. de art. amand.

*Sed nunquam dederis ſpatioſum tempus in iram*
*Sæpe ſimultates ira morata facit.*

### *Antidotum iræ.* CAP. XXII.

SEneca lib. 3. de ira ad medelam & pharmacum iræ, tria eſſe animaduertenda tradit: Primum, non iraſci: Secundum, ſe continere ab ira: Tertium, iræ mederi. At vt non iraſcamur, reminiſci debemus præceptorum Dei, quæ illam prohibent, vt diximus, adimuntque vindictam ſingulis, ſi lædantur, & prouocandum eſſe ad magiſtratus, qui iuris publici habent executionem, ſtatuunt. Scriptum



ptum namque, Non vos vindicantes chariſſimi, ſed datæ locum iræ. Et rurſum Deus, Mihi vindictam. 12. Roman. Ezech. 9. Deuteron. 32. Monemur à Deo, dimittendas eſſe iniurias, ſi velimus ab ipſo nobis dimitti, Matth. 6. Idcirco Deus, omnibus animalibus arma naturalia conceſſit, canibus, lupis, apris dentes, equis calces, tauris & arietibus cornua, & alia alijs, homini autem nulla natura, niſi rationem dedit, qua ſe defendat & repellat iniurias, vt ait Xenoph. 2. Cyripæd. Sed & turpitudo, quæ ex ira aduenit, ab ea non debet reuocare. Nam, vt ait D. Baſil. in ſerm. in aliquot ſcripturæ locos: ſcriptura tibi dicit, vir iracundus turpis eſt. Quomodo turpis eſt? Quia decorem & quaſi humanam figuram amittit, feræ ſpeciem indutus. Conſidera parumper iratum, furor debacchatur, immutantur oculi, qui turbidi ſanguineique fiunt, cor accenditur, ſanguis commouetur. Hunc videas vt aprum dentes acuentem, loqui ſæpe incipientem, ac verba imperfecta relinquentem, multa quoque in corde non apparentia volutantem: nec parentum, nec liberorum rationem habet, nullis demum, vt libidini ſuæ ſatisfaciat, parcit. Er Lucret. lib. 3. de rerum natura,

*Eſt etiam calor animo, quem ſumit in ira*
*Cum feruеſcit, & ex oculis micat acrius ardor.*

Et poſteà,

*Sed calidi plus eſt illis, quibus acria corda,*
*Iracundiaq; mens facile efferueſcit in ira:*
*Quo genere in primis res eſt violenta leonum.*

Turpis & geſtus iratorum, mordentium labia, qualem deſcribit Homer. Odyſſ. 1. in Procis iratis in Telemachum. Perſius ſic etiam exprimit Satyr. 3.

*Nunc face ſuppoſita ferueſcit ſanguis, & ira*
*Scintillant oculi, diciſq; faciſq; quod ipſe*
*Non ſani eſſe hominis, non ſanus iuret Oreſtes.*

Et Ouid. lib. 3. de Arte amand.

*Ora tument ira, nigreſcunt ſanguine venæ,*
*Lumina Gorgoneo ſæuius angue micant.*

Remedium etiam iracundis molles ſermones, ſicut indicat Aeſchylus in Prometheo ligato, apud quem ſic loquitur Oceanus.

οὔκουν Προμηθεῦ τοῦτο γινώσκεις, ὅτι
ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι.
Προμ. ἐάν τις ἐν καιρῷ μαλθάσσῃ κέαρ
καὶ μὴ σφελγῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ. id eſt:

Nunquid, Prometeu, noſti, quòd iracũdiæ commotæ,

ſermones ſunt medici. Promet. Imo ſi quis in tempore mollíuerit animum, & non gliſcentem impetu, reprimat. Indulgendum & aliquatenus iracundis, non ſecus ac furentibus, & cedendum pro tempore, donec ebrietatem animi decoxerint, & fluctus calorq; ſanguinis conquieuerint: tunc enim illis eſt cum ratione loquendum, in ira pauca vel prorſus nihil:

*Impedit enim ira animum ne poſſit cernere verum.*

Et expers conſilij furor, dolorem virtutem putat, quantumq; meditatur ira tãtum promittit audacia, vt ait Paul. Oroſius, lib. 2. c. 16. Hic procul amandare oportet ſententias ethnicorum Chriſtianis, quib. iniuriarum ſuadent vltionem: vel intelligẽdæ ſunt, de vltione quæ per authoritatem publicam fiunt, & zelo correctionis & emendationis, non appetitu vindictæ. Sic audio Ariſt. Ethic. 4. c. 3. dũ ait perferre iniurias & ſuos negligere, ſeruile eſſe: & quæ ſequuntur. Ita audio Seueri vocem apud Herodia. in 3. dicentem vt author iniuriæ ſis iniuſtus videare: ita ſi non vlciſcare acceptas iniurias, ignauus. Et pari modo quod dicebat Veſpaſ. Cæſar apud Suet. in Veſpaſ. cap. 9. de iurgio ſenatoris equitiſq; Romani. Non oportere maledici ſenatoribus, remaledici ciuile faſq; eſſe. aliter, ſi iniurijs iniurias ita procaciter vlciſcaris, certè tu quoq; iniurias profers & facis. Peius autem eſt iniuriam facere, quàm pati: illud enim cum vitio eſt, atq; vituperatur: ſed pati, ſine vitio & iniuſtitia eſt, vt idem Ariſt. faſſus lib. 5. c. fin. Itaque ſi quicquam in de peccauerint quib. iraſceris, vade & reconciliare illis, vt iubet Deus, Matth. 5. Quod ſi iniuſtè iraſceris bonis, certè miſerrima eſt tua conditio, dignum dilectione ira proſequi. Quod ſi impijs iraſceris priuatus, illorum improbitati tuam iraſcendo adijcis: ſiue vindicent quib. datus eſt gladius, vel ab impio impietas vltionẽ accipiat, Reg. 24. Si maiori, cedendum: potentioribus pares eſſe non poſſunt. Si tu minorem iniuriantem audis, contemnere debes. Nam vt ait Martial. lib. 12. epigr. epigr. 62.

*In tauros Libyci ruunt leones,*
*Non ſunt papilionibus moleſti.*

D. Greg. lib. 5. moral. c. 32. modos quoq; duos præſcribit, quibus cohiberi ab iracundia poſſit animus: prior, vt mens antequam quicquam agere incipiat, ſolicita ſit præcogitare contumelias omnes, quibus impeti poteſt, & ad aduerſa ſe præparet opprobria, exemplo redẽptoris ſui: ſic cautius, præuiſa tela excipiet. Secundus, vt cùm aliorum exceſſus conſpicimus, noſtra quibus in alios exceſſimus,



ceſſimus, delecta cogitemus, & manticam, quam in tergum reiecimus rerum noſtrarum, ante oculos conſtituamus. Et in ſumma, citius fecerimus, & lætius vixerimus, obliuiſcendo iniurias, quam ſi eas reuocauerimus ad animum. Modicè enim cognitio iniuriæ nos afficit, ſi conſideremus temporis diuturnitatem, quàm vindictæ conquirendæ & exequendæ gratia terreremus anxij: vt non poſſim nõ laudare legem illam Athenienſium poſt occiſos Tyrannos à Thraſibulo, quæ ἀμνηστίας id eſt, obliuionis præteritarum iniuriarum vltrò citroque illatarum, vt ſcribit Aemil. Probus in Thraſib. Aeſchines contra Cteſiphontem περὶ παραπρεσβ. Dion. lib. 44. in concione Ciceronis. Iſocrat. orat. περὶ τοῦ ζεύγους. Plutarch. in Polit. Valer. lib 4. cap. 1. Iuſtinus ex Trogo lib. 5. Perturbant, inquit Epictetus, apud Arium in Enchiridio eius, cap. 8. non res ipſæ, ſed rerum opiniones. & cap. 24. Inuictus eſſe poteris, ſi in nullum certamen deſcendas, quod vt vincas in te nõ eſt. & in cap. 44. Si quis ad te deferat, ille de te malè dixit: ne excuſa quę dicatur, ſed reſponde: ignorat ille & alia quæ mihi adſunt mala, alioquin non ſola hæc diceret. & cap. 57. Loquere, inquit, aduerſus quemuis conuiciantem, ipſi eſt ſic viſum: arbitratur enim is ſuum officium facere aut dicere, & eſſe nõ poteſt, vt is quod tibi videtur, ſequatur. Et in ſumma, vt idem præclarè dixit, capite 22. Memento actorem te eſſe fabulæ, quamcunque is velit, qui docet: ſi breuem breuis, ſi longum longæ. Si Medicum te velit agere, ingenioſè age, ſi claudum, ſi principem, ſi priuatum: ad te enim pertinet datam tibi perſonam benè agere: eligere ad alium. Ita & concludit quoq; Euripides in fine Phœniſſarum,

*αὐτὰρ τί ταῦτα θρηνῶ, καὶ μάτην ὀδύρομαι,*
*τὰς γὰρ ἐκ θεῶν ἀνάγκας θνητὸν ὄντα δεῖ φέρειν.* id eſt,
*Sed quid iſta lamentor & fruſtrà deploro?*
*Mortali enim ferendum eſt quicquid immittit Deus.*

## *De Patientia.* CAP. XXIII.

ANtidotum præcipuũ etiam iræ eſt, patientia. Sic cohibere motus ita animi, & mala vincere, nec iraſci: id quidem durum, ſed patientia vincendum, eo modo viam malis infinitis intercipies ab initio, & ſtultitiã illam leuẽ mentis prohibebis, ne in perniciem deſinat. Nam, vt ait Hermas D. Pauli diſcipulus, ex ſtultitia naſcitur amaritudo: ex amaritudine iracũdia: ex iracundiã furor: furor autem operatur peccatum magnum & inſanabile. Siqui-

dem, vt ait Tertul.lib.1.contra Marc. Vltio eſt fructus iræ, ira debitum offenſæ, offenſa comes fruſtratæ voluntatis. Porrò Chryſippus dicebat, patientiam eſſe habitum, eligenti rationi obtemperātem, apud Plut.lib.de Virt.mor. Cic.autem 2.de Inuent.honeſtatis ac vtilitatis cauſa, rerū arduarum ac difficilium diuturnam ac voluntariam perpeſſionem: ideo teſte Plut.lib.de Tranquil.animi, patientia vitā optimā ſuauiſſimamq; efficit: quia faciat ea, quæ nobis extraria & aduētitia impendent, accommodata, & conuenientia, ingenti vi animi ferēdo: virtuoſa certè paſſio, quæ non poteſt eſſe ſine agente, hincq; à fortitudine differt, vt ait Plato in Thæet. & vt Manilius 4.Aſtronom.

*Sors eſt ſua cuique ferenda.*
*Cuiuſuis doloris eſt remedium patientia.*

Et Prouerb.19.Doctrina viri per patientiam cognoſcitur: & iterum Lucæ 21. In patientia veſtra, poſſidebitis animas veſtras. Annumeratur & inter fructus ſpiritus patientia, ad Galat.4. ——*Patientia corpus*

*Inſtruit vt nulli cupiat ceſſiſſe labori:*
*Temperies, vt caſta petas. prudentia, ne quid*
*Inconſultus agas. conſtantia, facilè ne quid*
*Infirmumq́ue geras.*——

Claud.Panegyr.2. in laudibus Stilliconis, verſ.76. Patientiam & continentiam excolebant Brachmanes Indorum Philoſophi, referunturq; duorum taxillarum Indorum eius ſcholæ exempla ab Strab.lib.15.Geogr. qui cùm ad Alex.Magni cœnam accederent, aſſiſtentes cœnarūt, & patientiam docuerūt: poſteà in locum quendam proximum ſecedentes, ſenior ſupinus & Solem & imbres tolerauit, iam enim pluebat vere incipiente: iunior verò in altero pede ſtans, lignum tricubitale ambabus manibus ſublatum ſuſtentauit, pede autem iam defeſſo, niſum in alterum immutauit, atq; ita quotidie perſeuerabant. Verùm hæc ad tolerantiam maximè & patientiam corporis pertinent, ſicuti & quod nudi incederent, quódve Gymnoſophiſtæ Philoſophi etiam Indiæ, ab oriente in occaſum perſtarent, Solem intuentes immobilibus oculis, & feruentibus arenis toto die inſiſterent, vt ait Plin.lib.7.c. 2. & ſi animi quædam adeſſent patientis perſpicua argumenta. Nos autem hanc patientiam ad omnes animi & corporis paſſiones temperandas, pertinere dicimus: ad iniurias tolerandas, opprobria, irriſiones, & quæ aliundè acciderint ferenda, quæ ſolent animos iracundos commouere, & in vindictam armare, vel tormentorum metu commoue-



commouere. Qualis patientia apud Plin.lib.7.cap.23. & lib.34.cap.7. Leænæ meretricis, quæ torta non indicauit Harmonium & Ariſtogitonē Tyrannicidas: qualis & Anaxarchi, qui ſimili de cauſa cùm torqueretur, prærofam dentibus linguam vnaque ſpem iudicij in Tyranni os expuit. Patientia itaque medebitur omnibus iracundia dignis, & ſi non opprimat, vel tollat omnino, ſaltem leuius reddet onus, vt ait Horat.lib.1.Carm.

*Durum, ſed leuius fit patientia*
*Quicquid corrigere eſt nefas*

Et proficiunt in melius boni iniurijs afflicti etiam iniuſtè, & caſtigationes amplectuntur: flagellantur namq; boni, vel ad vtilitatem, vt probentur, ſicut Iob & Tobias, vel ad augendum meritum, vt Martyres. Mali autem vt à malo reuocentur. Ideò in omnibus, omnia à Deo toleranda, patientia.

## *De Acedia, ſeu pigritia, & ignauia.*

## CAP. XXIV.

QVatuor triſtitiæ ferūtur genera, à Ioan.Damaſc.lib. 2.de Orthod.fid.c.14. acedia, inuidia, moleſtia, miſericordia. Eſt itaq; acedia, triſtitia quæ vocis defectionem inducit: contemptus & negligentia quædam agendi bona, cùm frigeſcit anima in laboribus & bonis operationibus. Ariſtot.lib.de Virtut.ignauiam dicit eſſe vitium animoſæ partis, per quod periculis & maximè mortis conſternimur: cùm quis melius dicit quomodocunq; ſeruari, q̃ pulcrè mortem oppetere. Sic Prouerb.cap.18. Pigrum deijciet timor. Deteſtatur pigritiam ſcriptura ſacra, Prouerb.6.vt animi labem peſſimam, ibi, Vade ad formicam piger, &c. & Eccleſ.cap.22. Neq; enī ignauia, etiam ſi fortunata ſit, vituperatione caret, vt ait Plutar.in vita Pauli Aemilij. Otium quippe hoc inutile, extra philoſophiæ neceſſitatem, etſi tranquillum videatur: vt ignauia rectè mors appelletur à Seneca, lib.7.Epiſtol. epiſt.56. oportet enim negotioſam eſſe vitam quoq; otioſam, cùm otij & negotij ſit reddenda ratio, ex ſententia etiam Cic.pro P. Seſtio. Alioquin vt ait Horat.lib.1.Epiſtol.epiſt.2.

*Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati,*
*Sponſi Penelopes, nebulones, Alcinoique.*

Nocet ſibi, & alijs pariter, piger: ſibi quidem, quia obuenit illi quaſi vir armatus, egeſtas, Prouerb.6. vult & nō vult piger: anima autem laborantium impinguabitur, Prouer.13. Et deſideria occidunt pigrum, noluerunt enim quicquam

quicquam manus eius operari, Prouerb.21. ſiquidem teſte Heſiodo in Operib.1.

*λιμὸς γάρ τοι πάμπαν ἀεργῷ σύμφορος ἀνδρί.*

*Fames ſemper comes eſt non laboranti viro.* & rurſum,

ἡ κακοθυμοσύνη θνητοῖς κακίστη. *Ignauia hominibus peſſima.*

Nam ſi quis ignauiter & in otio viuat, neceſſarium eſt vt malis agitetur voluptatibus, vel cogitationibus peſſimis: ſic multam malitiam docuiſſe dicitur homines otioſitas, Eccleſiaſt.cap.33. Alijs autem & noxius piger, cùm exemplo pernicioſo, tum etiam quia qui eis fidunt, vel aliqua committunt, decipiuntur. Fiuntq; illis quaſi acetum dentibus, & fumus oculis, Prouer.10. Similes deinceps fucis, qui aluearia apum ſeu laborantium conſumunt, cùm ipſi nihil contribuant, vel conferant, vt ait Plato dial.10. de Legib. poſt Heſiod.lib.1.Oper. Proinde comites ignauiæ etiam ſunt, mollities, effœminatio, torpor, vitæ nimium ſtudium: ſubeſtq; timiditas, & contentiones, detrectatio, Ariſtot. de Virtutib. Et Plutar. in princ.lib. de Tranquil. animi, medicamẽtum corporis noxium, dicit ſegnitiem & inertiam: ꝙ inferat torporẽ, mollitiem, ſocordiam: amicorum, neceſſariorũ, patriæq; deſertricem: idcircò & huiuſmodi homines, legibus, rebus & poſſeſſionibus rerũ ſuarum priuantur ꝑ vſucapionis ius, vt illis indigni, & peſtes rerum, quandiu incultas eas & ſteriles retinent, quæ alijs poſſunt eſſe vſui. Nam vt ait Horat.1. Serm. ſatyr.3.

*Neglectis vrenda filix, innaſcitur agris.*

Solonq; Legislator in mandatis Areopagitis reliquit, vt de deſidioſis & inertibus ſupplicium ſumerent: vtq; artificio omnes alicui vacarent: neq; filius cogeretur alere patrem, à quo artificium aliquod nõ didiciſſet, teſte Plut. in vita Solon. Romani quoq; eũ qui indiligenter fundum ſuum araſſet, vel paſſus fuiſſet ſordeſcere, vel vineam haberet derelictui, infamiæ nota puniebãt, Gell.lib.4.Noct. cap.13. Comprehenditur & hoc vitio, non tantùm nihil agere, ſed negligenter & oſcitanter negotia & officia pertractare: vel cum triſtitia, vt inuito animo labores ſubire, lentè & dormitanter, ac ſi mandragoram bibiſſent, ſicuti ait Demoſth 4.Philipp. Fugit namque hæc ardua, faſtidit virtutis labores, ideò eos omittit, vel perfunctoriè perficit, tepideque & moroſè protrahit diem operis, mentes vagas reddit, puſillanimes, ſordidos in otio, loquaces, detractores, curioſos. Sunt tamen qui valdè laborant & inuigilant, ſed non pro virtutis actionibus: ideò illas ſegniter exequitur, & pigri, & inertes pro ſua ſalute ſunt, quantum-



quantumuis prudẽtes negotiatores, ſubtiles vſurarij: ſic,

*Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones.*

Vt decipiant aliquem plerique, omnem mouent (vt dicunt) lapidem: alij vt virginem & coniugem polluant alterius, maximos ſuſcipiunt labores: & in ſumma, non dormiunt impij, niſi cùm malefecerint. Sed hic labor in malo, ſemper autem in bono inertia, vnde & eo detinentur hi quoque vitio, peccant & grauius, quòd norint in rebus ſeculi labores obire, pro ſalute autem propria, & virtute nullos vel minimos & niſi coacti obeant. Vt meritò dicamus inertiũ tres eſſe ſpecies: vnam, eorũ qui in nullo laborent, vt ſues in otio conditi: alteram, eorum qui nihil boni agant, ſed perditiſſimè vt viuant, laborant. Tertiam, eorum qui in malis ſtrenui ſunt, inque rebus ſeculi, & pro ſalute animæ valdè ſunt tepidi & ſegnes.

## *Antidota Acediæ.* CAP. XXV.

MOrbo inertiæ ſuccurritur in primis, dum recordabimur conditionis noſtræ, quæ addicta labori eſt, vt in ſudore vultus veſcamur pane noſtro, Geneſ. 3. & Prouerb.13. Panem otioſum non comedes.

*πᾶς δ' ὀδυνηρὸς βίος ἀνθρώπων*
*κ' οὐκ ἔστι πόνων ἀνάπαυσις.* Euripid. in Hippol. act.1.
*Aerumoſa eſt omnis vita hominum,*
*Nec eſt laborum vlla requies.*

Et Iob 5. Homo naſcitur ad laborem. & Pſalm.127 Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Laborandum in hoc ſeculo, vt in alio quieſcamus. Et τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν τ' ἀγαθ' οἱ θεοί, id eſt, omnia labore & ſudore hic vendũt boni Dei, vt ait Epicharmus apud Xenoph. de dict. Socr. & pro maximis præmijs, maxima oportet ſubire certamina, vt Octauius dicebat ad milites lib.50. apud Dionyſ. Caſſium. Dum tempus habemus, operemur bonum: veniet enim nox, ſcilicet mortis, in qua nemo operari poterit. D. Ioan. Euangel. cap.9. Datum vnicuique talentum, ſaltem vnum eſt, nec eſt aliquis qui beneficium aliquod à Deo acceperit, in quo operari debeat: negotiemur in eo, vt cum vſuris poſſimus, rationem redditurí, eum Domino offerre, ne audiamus grauem illam reprehenſionem D. Matth.25. Serue male & piger, &c. Atque quemadmodum D. Paulus ait 2. ad Theſ. 3. Si quis noluerit operari, non manducet. & Pindarus Pithiorum ode 5. epod.2.

*πόνων δ' οὔτις ἀπόκλαρός ἐστιν*

οὔτε

οὔτ' ἔσεται, id eſt, laborum nemo exors eſt, neq; erit. Fugienda, inquit D. Bernard. otioſitas mater nugarum, nouerca virtutum. Inter ſeculares nugæ, nugæ ſunt: inter ſacerdotes blaſphemiæ. Et Nilus Epiſcopus & martyr in Gnomis, matrem vitiorum ſegnitiem ait, quę enim poſſides auferre ſolet: quę verò non poſſides, ne ea conſequaris, prohibet.

### *De Diligentia.* CAP. XXVI.

Diligentia eſt cura, ſtudium, & ſolicitudo eorum, quę ad animum pertinent, quia ea quæ diligimus, vnde diligens, ea ſtudioſè & ſolerter agamus. Quamobrem diligētia laborem habet iucundum, & ex parte illum leuat: ꝙ non multum nobis laborare videamur, in eo qđ diligimus. Talis ſtrenuitas quæ eſt ad res gerendas promptitudo, ἀνδραγαθία, vnde ſtrenui milites & magiſtri pecorum apud Colum. lib. 8. Et apud Cic. ad Q. fratrem ſtrenuè ædificare, id eſt, diligenter.

### *De Fraude, dolo, calumnia.* CAP. XXVII.

De fraude, dolo, & calūnia latè dicemus, Deo fauente, in iuris epitome. Quare quædam tantū breuiter, vt ſatisfaciam ordini conſtituto, delibabo. Fraus & dolus, habent affinitatē cum calumnia, in animo circumueniendi, Cic. 1. Offic. vi aut fraude iniuria fit: Fraus quaſi vulpeculæ, vis leonis videtur, vtcunque ab homine alieniſſimum, ſed fraus odio digna maiore. Fraudare itaque, erit rē alterius aſtutè interuertere vel intercipere, & fraus deceptio & circunuentio. Ariſtot. lib. 5. Polit. cap. 4. Fraudem in perſuaſione nocente, vel à principio quando falſa eſt & decipiens, vel quando poſteà talis eſſe incipit, ponit. Et lib. 1. Hiſt. anim. cap. 15. in verſutia, dum ait, Quibus pars interior plantæ non caua, ſed ita planiuſcula eſt, vt ſolum toto attingat veſtigio, ij verſuti ſunt, & fraudulenti. Sic ſimulator dicitur ore decipere amicū ſuum, Prouer. 11. Dolus latiùs patet, & eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circunueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita, vt ait Cic. 3. Offic. & apud I. C. ex mente Labeonis, Vlpian. in l. 1. §. dolum. tit. de dolo. lib. 4. ff. tit. 3. Dicitur bonus dolus aliquando, pro ſolertia qua decipitur hoſtis, & circunuenitur per ſtratagemata, vel alio modo. Sic D. Paul. 2. Cor. cap. 12. dixit ſe Corinthios dolo cœpiſſe. Et bonus dolus ſæpe ſimulatio pro ſalute ſua eſt, nō ſecus ac ſepiæ in piſcatu, vt ſe conſeruent, emittunt atramentū, turbato loco in quo ſunt, vel lateāt, teſte Suida in



in verbo ἐπιπλήττει, & Plin. lib. 9. ca. 29. vbi de polypis idem refert, quodq; imitentur ſaxi cui adhærent colorem. Dolus, cū aliud fit, aliud ſimulatur: doloſus, vir duplici corde: vnde Deus liberè de Nathanaële, qui liberè quæ ſentiebat, proferebat, verè hic Iſraëlita, in quo dolus non eſt, D. Ioan. cap. 1. Et Pedius I. C. dicebat, Dolo malo aliquid fit, quoties circumſcribendi alterius cauſa aliud agitur, aliud agi ſimulatur, apud Vlp. in l. 7. §. dolo malo. de pact. lib. 2. ff. tit. 4. & in §. ſed ſi fraudandi eiuſdem. l. 7. ait, ineſſe dolo fraudem. Fit autē dolus & fraus, & re, conſilio, aut vtroque modo: quæ Deo fauente diſtinguemus latiùs in iure, vbi tractabimus, reipſa ſolùm fraudem & dolum, ſine conſilio in deceptione vix puniri. Iubent autem leges omnes diuinæ, dolum malum abeſſe & puniri, Pſal. 5. 72. 54. Eccleſ. 10. 1. Pet. 2. Prouer. 11. Malac. 1. Puniebant ciuiles leges olim dolos in tutela tantùm commiſſos: & lege lectoria, dolos in adoleſcentes, iudicia in maiores. Quamobrem vitium hoc fugiendū eſt, homini potiſſimū Chriſtiano, cui mandatum eſt, 1. Theſ. 4. in negotio ne circunueniat fratrem ſuum. Et iſta plerunque pertinent ad circunuentionem ob bona externa. At calumnia famam impetit, maximè eorum contra quos fit, vel caput & vitam: vnde calumniari eſt, falſa crimina intendere, vt & latiùs, dum de criminibus agetur, ſi Deus velit, extantque tit. de calumniat. & ſi calumniæ & dolus malus inſit, verùm qui ob malitiam, in aliud nomen peius degeneret, prohibetur hoc vitium Leuitici cap. 19. Non facies calumniam fratri tuo. Et Iſaiæ 54. Recede procul à calumnia. & Luc. 3. Neque calumniam faciatis. Dirum namque & impijſſimum vitium hoc, quo multi innocenter opprimuntur, Prouerb. 28. Trux communis & multorum malorum cauſa, vt ait Ariſtoteles in Rhet. ad Alexandr. dum agit de exordijs, vt non immeritò Dauid Pſal. 118. ad Deum, Etſi Rex, clamet, redime me à calumnijs hominum. Calumnia, Ioſeph iuſtus in carcerem detruſus, Geneſ. cap. 39. Suſanna oblata ſupplicio, Daniel. cap. 12. Conſiſtit autem in falſa delictorum accuſatione. Quanquam & hodie nouus calumniæ modus inuentus ſit, non vituperando, ſed laudando, famę ac commodis hominum inſidiari. Quod vitium in aulis principum ortum vſque adeò inoleuit, vt ea loca, tanquam proprias ſedes, videatur elegiſſe, vt ait Polybius in fine lib. 1. Mendacium perplexum, & dolo plenum eſt, vt ait Suidas in verbo ἄδηλος.

Antidota

## *Antidota ad fraudes, dolos, & calumnias expurgandas.* CAP. XXVIII.

SAnior medicina & regula eſſe non poteſt illa naturali, qua ſtatuitur, alteri ne feceris, quod tibi fieri nolis: hac certè fraudes omnes & doli & calumniæ impijſſima nobis erunt: ſi recordemur quoque, inſtare fraudantibus & calumniantibus pœnas ſæuiſſimas, vt ſaltem timore pœnæ facere deſinamus, quę ob virtutem contemnimus. Recordentur fraudulenti ſæpe doloſos dolis decipi: ſicuti contigit Lyſandro Lacedæmoniorum duci, q erat verſutiſſimus, multiplex, & ſubdolus, vt ait Aemilius Probus in eius vita, & M. Cic. 1. Offic. quiq; ſolebat dicere, Vbi leonina pellis non ſufficeret, ibi vulpinam eſſe aſſuendam: idemque iubebat pueros taxillis, homines verò iureiurando fallere, vt narrat Plutarch. in Lyſand. Tandem tamen, vt ait Aemil. imprudens ipſe fuit accuſator ſui apud Ephoros, deceptus ſolertia Pharnabazi Satrapæ regij. Is eñ Pharnabazus, cùm Lyſander præfectus claſſi Lacedæm. in bello multa quidem crudeliter auareque feciſſet, deque ijs rebus ſuſpicaretur ad ſuos fuiſſe perlatum, cumque petijſſet à Pharnabazo, vt ad Ephoros ſibi teſtimonium daret, quanta ſanctitate bellum geſſiſſet, ſociosque tractaſſet, Is inquam, Pharnabazus, liberaliter pollicitus multis verbis librum grauem conſcripſit, in quo ſummis efferret eum laudibus, quem cùm legiſſet, probaſſetque, alterum pari magnitudine vt diſcerni non poſſet, ſignatum ſubiecit, in quo accuratiſſimè eius auaritiam perfidiamq; accuſaret, quem detulit ad Ephoros Lyſander. Sed & ſimulatores & callidi prouocant iram Dei, Iob 36. Scriptum & Eccleſ. cap. 2. Væ duplici corde. Idem & Iacobi 1.

## *De Bona fide.* CAP. XXIX.

DE bona fide quædam diximus, in fidei acceptionibus, eſtque hæc contraria fraudi, & dolo, & calumniæ: cùm quis purè & ſimpliciter, vereque facit ſine deceptione aliqua, vel proximi circumuentione: Ita corde ſyncero & ſine fraude, vir ſimplex dicitur, Geneſ. cap. 20. Iob 1. Simplex & rectus, Prouerb. 2. & 3. id eſt, ſine dolo. Ita intellige ſi oculus tuus fuerit ſimplex, & totum corpus erit, Matth. 6. & cap. 10. Eſtote ſimplices ſicut columbæ.

*De Im-*



## *De Impudentia.* CAP. XXX.

IMpudentia eſt inuerecundia, ἀναισχυντία, id quod non habet verecundiam, ſine pudore. Qui in nulla re verecundatur, impudens eſt, & deficit à medio verecundiæ: ſicuti exuperat is, qui in vniuerſis verecundatur, qui pauidus dicitur, vt ait Ariſtot. lib. 2. Ethicor. c. 7. & rurſum lib. 1. magnor. moral. c. 30. Impudens eſt qui vbiq; & in omnes loquitur, & omnia vtcunque euenerint. Docet id Cic. his verbis, vitiũ eſſe: (ad Herenniũ) qui verecundiæ ſemel fines tranſierit ſuæ, verè & gnauiter oportet eſſe impudentem. Id quod eſt ſine pudore, quod temerariũ, impudicũ eſt: itaq; hoc vitiũ latè patet, dũ qui nõ erubeſcit vbi oportet. Meretriciũ hoc propriè vitium dicitur à Ierem. c. 3. Facta, inquit, eſt tibi frons meretricis, & noluiſti erubeſcere. Explicat & idem propheta, impudentiã eſſe nullo pudore affici ob delicta facta, dum cap. 6. & 8. ait, Confuſi ſunt, quia abominationẽ fecerunt, quin potius non ſunt confuſi & neſcierunt erubeſcere, in quo actum eſſe de ſalute illorum inſinuat: eò quòd excuſſo pudore, ſine conſcientia, cuius index pudor eſt, ad omne nephas quis audendũ ſe demittit. Nam vt ait Plautus in Bachid. Ego periſſe illũ dico, qui quidem perit pudor. Et Silius in 1.

*Tunc pudor accendit mentem, nec conſcia fallit*
*Virtus preſſa loco.*

Et rurſum Plaut. in Pſeud.

*Periere mores, ius, decus, pietas, fides;*
*Et qui redire neſcit cùm perit pudor.*

Impudicos deteſtatur Deus; & regno cœlorum eijcit, Apocalypſ. & ad Epheſ. 4. Impudentiam comitem eſſe intemperantiæ dixit Ariſtot. libell. de virtutib.

## *De Verecundia.* CAP. XXXI.

VErecundia, inquit Ariſtot. lib. 2. Ethic. cap. 7. virtus nõ quidem eſt, ſed mediocritas circa affectus: quæ laudetur tamen, habeatq; duo extrema, in exuperantia pauidum, in omnibus verentem: in deficientia, & nullo verentem impudentem. Et rurſum mag. Moral. lib. 1. cap. 30. verecundia eſt, inter impudentiam & ſtuporem medietas, in actionibus, colloquijsq; conſtituta, verecundusq; non in omnibus, vt attonitus, trepidabit, verum aget loqueturq;, vbi, & quæ, & quando expediat: neque tamen cuncta & omnino agit dicitq;, vt impudens facit. Et lib. 2. Rhetor. ad Theod. c. 6. Sit igitur, inquit, verecun-

Ee

dia dolor quidam atque perturbatio ex malis, aut præſentibus, aut præteritis, aut futuris, quæ infamiam inferant. Inuerecundia autem, contemptus quidam eorum, aut impaſſibilitas. Si ergo verecundia eſt, neceſſe eſt in his malis erubeſcere, quæ vel ipſis vel ijs qui ſibi curæ ſunt, dedecori eſſe videntur: qualia ſunt quæ à vitio proficiſcuntur, vt ſcutum amittere in bello, aut fugere, quoniam ex metu: negare depoſitum, quoniam ex iniuſtitia: commiſceri quibus non oportet, vel vbi non oportet, vel quando non oportet, quoniam ex libidine, & ſic de ſimilibus quæ ſubijcit. Verecundia ergo metus iuſtæ reprehenſionis eſt, ingenuitatis & modeſtiæ ſignum quare affine virtutibus ponitur verecundari, nõ autem pudere: quia pudor, eſt animi ſibi malè conſcij ob ſcelus aliquod perpetratum: ſic pudet à malis: piget autem, cùm pœnitentia factorum afficimur. Et pudere eſt, in his quæ turpiter fiunt: pigere, in his quæ cum damno & malo. Pudere ad dedecus ſecundùm Donatum, pigere ad dolorem refertur, etſi quædam horum aliquando promiſcuè vſurpentur. Sic in bonis erubeſcendum non eſt, ſed conſtanter & intrepidè res faciẽda aut dicẽda, vt D. Paul. ad Rom. c. 1. Non enim erubeſco Euangelium, & Lucæ 9. Qui me erubuerit & negauerit coram hominibus, negabo & eum coram patre meo. Ante peccatum primi parentes nudi, nec erubeſcebant, poſt peccatum ſtatim erubuerunt, Geneſ. 2. & 3. & nunc mulieres quoque pudicæ, erubeſcunt ſi nudæ videãtur, cuius pudicitiæ inſigne celebratur exemplum Lyſidicis, quam ferunt apud Græcos eius fuiſſe pudicitiæ, vt ne tum quidem cum lauaretur, ſolita fuerit ſubuculam exuere. Ferunt item aliam Philoterem, cum in labium balnei deſcenderet, quantum corporis aquæ immergeret, tantum ab inferiori parte ſenſim detegere aſſuetã, ſubucula paulatim ad ſuperiora ſubducta, tumq; à quis tota emergeret, eadem ratione ſuperiora corporis amictu tegere, vt ſcribit Theodoretus epiſcopus Cyrenenſis lib. 12. de curat. Græca. affect. Graue ſcelus exiſtimatum eſt Chami, verenda patris ſui detecta non operuiſſe ſed inſpexiſſe, Geneſ. c. 9. iniuriam ſibi maximam irrogatam duxit vxor Candaulis regis Lydorum, quòd eam nudatam oſtendiſſet Gygi ſodali ſuo, vt ideo mortem illi molita fuerit, teſte Iuſtino ex Trogo libro 1. & Herodot. in 1. Qui & addit apud Lydos & barbaros cæteros quoq; magno probro eſſe, etiam virum conſpici nudum. Et mulier quæ temerè verenda hominis cum quo rixatur apprehenderit, manu ea mutilari debet, lege Dei, Deuter. cap. 25. Commendatur mulieribus maximè verecundia, 1. Timoth. 2. vtpote quia illa ſit cuſtos pudicitiæ. Refert Dion Caſſius lib. 58. hiſt. Roman. Romanos, morti adiudicaſſe viros quoſdam, quòd obuiam facti fuiſſent nudi Liuiæ matri Tyberij Cæſaris, ni illa eos eripuiſſet ſupplicio, dicens, pudicis mulieribus hos nihil ab ſtatuis differre. Plato lib. 5. de legib. liberis inquit, non auri, ſed pudoris multum oportet relinquere. Putamus autem verbis, impudentiam iuuenum caſtigando, id nos imperaturos: & ſapiens legiſlator, ſenioribus præcipiet, vt ſint coram iunioribus verecundi, ac ſummopere caueant, ne quis iuuenum eos aut videat, aut audiat agẽtes turpe aliquid aut loquẽtes. Nam vbi ſenes impudentes ſunt, ibi neceſſe eſt iuuenes eſſe impudentiſſimos. Terentius in Adelphis,

*Pudore & liberalitate liberos,*
*Retinere eſſe credo, quàm metu.*

Nam certè verecundiæ affectus non ad quamuis ætatem, ſed ad iuuenilem maximè accommodatur. Cenſemus enim eos, qui eius ætatis ſunt, verecundos eſſe oportere: vt cùm non ſine perturbatione viuant, multumquè ob hoc peccent, à verecundia prohibeantur delinquere: & laudamus talem iuuenem, cùm tamen ſenem quòd verecundus ſit non laudemus: Nihil enim eorum eum agere debere cenſemus, pro quibus emergere verecundia ſolet: Neque enim verecundia homini probo competit: quippe cum pro rebus improbis fiat, Ariſt. lib. 4. Ethic. ad Nicomac. cap. 9. veruntamen in omnibus quibus accidit ſemper natura, iuuenes & robuſtiſſimos quoſque, vitij ſui admonet: vnde & quidam tunc maximè timendi ſunt, cum erubuerint, quia omnem verecũdiam effuderint. Et hæc & plura alia de verecundia Seneca lib. 1. epiſt. epiſt. 11. additq; magnam partem peccatorum tolli, ſi veluti teſte verecundia viuamus, & qui ſic vereri poteſt, tandem fieri verendum. Et videtur monere natura mulieres ad pudorem, quando virorũ cadauera ſupina fluitare, fœminarũ prona faciat ſubmerſa, veluti pudori defunctarũ parcente natura, Plin. lib. 7. cap. 17. Pudoris ſedes in genis, ſeu malis infra oculos in homine: ibi enim maximè oſtenditur pudor, Plinius lib. 11. cap. 27. Ariſtot. problem. ſect. 31. quæſt. 3. ait homines iratos, maximè erubeſcere oculis: pudefactos auribus, quia oculi eorum quos puduit refrigerantur, nec reſpicere valent quos pudor tenet: & timor quoque, refrigeratio eiuſdem loci ſit: calor autem in par-

tem tranſeat aduerſam, quæ poſterior eſt. Iratis porò præſidium in eam partem tanquam violatam tranſmittitur. Tamen ſectio.11. quæſt.32. latius quàm in aures verecundiam ſe diffundere dixit. Trepidantibus autem calor, inquit, loca petit ſuperiora, vt etiam pudore affectis effert idem ſeſe ad faciem. Veruntamen in oculis verecundia dicitur, quia verecundia eſt imaginatio de ignominia ſui gratia, cum facimus vel fieri videmus quę alios turpia & iniqua opinari putamus, vt veraces ſenes: quare verecundantur quæ oculis cernuntur, quæ in propatulo fiūt, vnde in oculis pudor. Qui autem errant, & perſuadent ſibi contraria, non verecundantur, Ariſtot.lib.2.Rhetor.ad Theodect. cap.6.

FINIS.

INDEX

# INDEX LIBRORVM CAPITVM TOMI II.

## Syntaxeωn.

### LIBER VIII.


1 *Quid ſit mundus, & de prouidentia Dei in eo.* pagina 1
2 *De mundi vnitate, & diſtinctione aliorum quorundam* 10
3 *De materia in genere.* 11
4 *Forma mundi.* ibid.
5 *De authore & factore mundi.* ibid.
6 *De ſphæra & mundi ſectione per polos & circulos maiores & minores.* 4
7 *De horizontali circulo.* 5
8 *De æquinoctiali circulo.* 6
9 *De meridionali circulo.* 7
10 *De Zodiaco.* ibid.
11 *De duobus coluris.* 9
12 *De minoribus circulis cancri & capricorni* 10
13 *De circulo minore, arctico & zonis.* 11
14 *De alia mundi diuiſione ſecundum ſubſtantiam per partes contentas & continentes.* ibid.
15 *De Dei ſede.* 12
16 *De cælo primo extimo mobili.* 13
17 *De 2. cælo cryſtallino.* 13
18 *De firmamento 3. à ſupremo cælo, & 8. à terræ globo.* 14
19 *De ſtellis firmamenti.* 14
20 *De ſtellis ſimpliciter primùm, poſtea de ſignis.* 15
21 *De materia & forma ſtellarum.* 16
22 *De ſtellis pro Dijs habitis erronea opinio gentilium.* 17
23 *De ſignis, & eorum generali diſtinctione.* 18
24 *De Ariete.* ibid.
25 *De Tauro.* 19
26 *De Geminis.* 20
27 *De Cancro.* 20
28 *De Leone.* 21
29 *Virgo.* ibid.
30 *Libra.* 22
31 *Scorpius.* 22
32 *Sagittarius.* 23
33 *Capricornus.* 23


Ee 3

34 Aquarius. ibid.
35 Piſces. ibid.
36 De ortu & occaſu & motu ſtellarum fixarum. 24
37 De circulo lacteo. 24
38 De ſtellis erratibus in genere, quæ planetæ ideo dicuntur. 26
39 De Saturno. 27
40 De Iouis ſtella. 28
41 De Martis ſtella. 29
42 De Sole. 30
43 De anno & ciclo ſolari, & indictione. 31
44 De menſibus, hebdomadibus, diebus, & horis, & de Sole alia. 33
45 De Venere. 34
46 De Mercurio. ibid.
47 De Luna. 35
48 De capite & cauda draconis et de eclipſibus ſeu deliquijs. 37
49 Prognoſtica tempeſtatum ex ſtellis. 39
50 De Cometis. ibid.
51 Qui primi ſtellas vel perfectius obſeruauerunt. ibid.
52 De Aſtrologia & Aſtronomia. 40
53 De vſu Ephemeridum. 42
54 Planetarũ atq; ſtellarum fixarũ loca figuræ cœli magiſtraliter inſerere, ex canone xx. inſtructionis Ephemer. 42

LIB. IX.

1 Homo quid. 60
2 Quot ſpecies hominum. 62
3 De primo ortu hominis. ibid.
4 Dicendorum de homine paraſceue. 63
5 De triplici vita, & de contemplatiua. 64

LIB. X.

1 De Metaphyſica. 66
2 Materia metaphyſices, Vnum ens, &c. 67
3 Veritas aliud ſubiectum metaphyſices. 68
4 De quæſtionibus quas permittunt metaphyſici. 69
5 De ſpeculatione metaphyſices circa ſubſtantiam, accidens, vnum, ſimile, æquale. 71
6 Quid in 5. lib. metaphyſices tractet Ariſtot. ibid.
7 Quale ens metaphyſici. 72
8 De ente corporali & eius ſubſtantiæ diuiſione, & quòd formæ ſeparatæ ſeu ideæ non ſint. 73
9 De materia & forma in ſubſtantia compoſita. 73
10 De potentia & actu, & num potentia actu prior. 75
11 Quid vnum, & quot modis, & quid multa, quid idem, ſimile, æquale, diuerſum, differentia, contrarium, medium. 76

12 Ariſto-



12 Ariſtotelis anacephalæoſis in 11. lib. 77
13 De triplici ſubſtantia, corruptibili, incorruptibili, mobili incorruptibili, inſenſibili & æterna. 78
14 Ordinis noſtri alia ratio. 79
15 De tranſcendentibus, & cur principia tertiæ claſſis ſpeculi, lib. 1. Synt. c. 1. tranſcendentia dicta ſunt. 80

LIB. XI.

1 De nomine & finitione Phyſices. 83
2 De diuiſione naturæ. 85
3 Cognitio circa rerum naturam multiplex, & de gradibus naturæ. 85
4 Quid tractet phyſica. 87
5 De principijs. ibid.
6 De materia. 88
7 De forma. 92
8 De priuatione. 93
9 De cauſis. 94
10 De motu. ibid.
11 De quiete. 96
12 De infinito & finito. ibid.
13 De loco. 97
14 De vacuo ſeu inani. ibid.
15 De tempore. 98

LIB. XII.

1 De Mathematicis diſciplinis in genere. 99
2 De Aſtrologia. 99
3 Quid Muſica. ibid.
4 De ſono ſubiecto muſices. 100
5 De Muſices inuentione. 102
6 De diuiſione Muſices & de cæleſti. ibid.
7 De cæleſti muſica. 103
8 De muſica humana. ibid.
9 De artificiali muſica, eius diuiſione, & inſtrumentis muſicalibus ſeu organis. ibid.
10 De vocali muſica & eius diuiſione. 104
11 De voce ſeu phtongo in artificiali muſica. 105
12 De vocum expreſſione, figura, tactu, pauſa, punctis. 107
13 De vniſono & tonis. 108
14 De concordantia & diſcordantia. 108
15 Quædam axiomata compendiariarum modulationum. 109
16 De tonis tropicis. 110
17 De modis muſices antiquorum. 110
18 De effectibus & vi muſices. 111
19 De ſaltationibus & tripudijs. 113

20 *De ſcenicis antiquorum ſaltationibus.* 114
21 *De diuerſis moribus antiquorum circa muſicam & tripudia.* 115

LIB. XIII.

1 *De neceſsitate Geometriæ.* 119
2 *De nomine & diuiſione geometriæ.* 120
3 *De magnitudine, & ſpecie magnitudinum, puncto, lineis.* ibid.
4 *De figuris.* 121
5 *De corporibus, piramidibus, & columnis.* 122
6 *Communia magnitudinibus omnibus.* 123
7 *De inſtrumentis ſeu medijs geometricis.* 123
8 *De gradibus menſurarum, & inſtrumentorum, quibus interualla terræ menſurantur.* 124

LIB. XIV.

1 *De conſiderandis in optica, & quid, & de viſu.* 126
2 *Vnde oriatur viſus.* ibid.
3 *De viſibili obiecto, viſibili ſpecie, & medio.* 128
4 *Deceptiones in viſu vnde.* ibid.
5 *De viſibili.* 129
6 *De luce & coloribus.* 130
7 *De triplici videndi modo, & de directa viſione.* 131
8 *De reflexione viſus, & ſpeculorum differentia.* ibid.
9 *De refractione.* 142

LIB. XV.

1 *De numero & numerandi notis.* 132
2 *Numerorum notæ antiquorum.* 133
3 *De diuiſione numerorum.* 137
4 *De praxi Arithmetices, & notarum vel calculi ordinatione.* 138
5 *De regulis communibus, & de additione.* 139
6 *De ſubſtractione.* 139
7 *De multiplicatione.* 140
8 *De partitione.* 141
9 *De alijs regulis.* 142
10 *De vi efficaciaq; numerorum.* 143
11 *De monade & alijs quibuſdam numeris.* 144
12 *De menſuris.* 145
13 *De ponderibus.* 147

LIB. XVI.

1 *De Grammatices neceſsitate.* 148
2 *De nomine, & quid pertractetur in grammatica.* 149
3 *De literis.* 150
4 *De cognatione literarum inter ſe.* 153

5 De



5 *De vitioſa & emendanda quadam quorundam pronunciatione.* ibid.
6 *De diuiſione literarum.* 155
7 *De ſyllabis.* ibid.
8 *De dictionibus.* 157
9 *De dictionum generibus, quas partes vocamus orationis.* 158
10 *Quibus in rebus ſcriptitatum antiquitus* 160

LIB. XVII.

1 *Quid dialectica, & eius materia, fine, inſtrumento & medijs.* 161
2 *De diuiſione Dialectices.* ibid.
3 *De terminis.* 162
4 *Terminorum ſignificatiuorum ſpecies.* 163
5 *De propoſitione.* ibid.
6 *Propoſitionum concurrentium diſtinctiones & leges* 164
7 *De ijs quæ accidunt propoſitionibus.* 165
8 *De argumentandi formulis.* ibid.
9 *De ſyllogiſmo formali.* ibid.
10 *De modis ſyllogiſmi.* 166
11 *De figuris.* ibid.
12 *De modis figurarum.* ibid.
13 *Obſeruanda in optimo ſyllogiſmo.* 168
14 *De ſyllogiſmo ex demonſtratione.* 169
15 *Ex quibus demonſtratio colligatur.* ibid.
16 *De conſequentia.* 170
17 *De Enthymemate.* 171
18 *De inductione.* ibid.
19 *De paradigmate ſeu exemplo.* 172
20 *De topicis.* ibid.
21 *De ſolutione argumentorum.* 172
22 *Regulæ generales reſpondendi.* 173
23 *De ſophiſmate, & fallacia, & ſolutione eius.* 174

LIB. XVIII.

1 *Quid in arte hac conſequamur.* 175
2 *De materia & ſtatu cauſæ, & generibus orationum.* ibid.
3 *De obſeruandis ab eo qui dicturus eſt.* ibid.
4 *De vocis compoſitione in oratore.* 177
5 *De vocis mutatione in dicendo.* ibid.
6 *De notis quæ indicant vel vocis ſuſpenſionem vel mutationem.* 178
7 *De moderatione vocis per ſingulas partes orationis.* ibid.
8 *De geſtu totius corporis.* 179
9 *De geſtu conueniente manuum & digitorum.* ibid.

Ee 5

10 *Vitia geſtus manuum, & aliarum partium corporis.* 180

L I B. X I X.

1 *De Poetica arte quatenus in Repub. admittenda.* ibid.
2 *Quibus conſtant poemata, & de rhythmo.* 184
3 *De ſyllabarum quantitate.* 185
4 *De pedum diuerſa nomenclatura.* 186
5 *De diſtinctione & nomine carminum.* 187
6 *De ſyſtemate vario carminum.* 188
7 *De tributis carminibus.* ibid.
8 *De quibuſdam effectibus carminum.* 189

L I B. X X.

1 *Quid Hiſtoria, & quòd ea vera narratio ſit.* 191
2 *De Hiſtoriæ ſpeciebus.* 192
3 *Hiſtoriæ vtilitates.* 192
4 *De arte ſcribendæ Hiſtoriæ, ſeu de præceptis quibuſdã.* ibid.

L I B. X X I.

1 *De politia tractationis ratio.* 194
2 *Quid politia.* ibid.
3 *De ſpeciebus rerum pub.* 195
4 *Quæ ſpecies adminiſtrationis melior.* ibid.
5 *Quæ in optima adminiſtratione requirantur.* 198
6 *De officio principis.* 199
7 *De magiſtratibus.* 201
8 *De ſubditorum officio.* 202
9 *De politicis magiſtratibus.* 303

L I B. X X I I.

1 *De nomine Ethicæ, & morum bonorum fine.* 204
2 *De differẽtia generali virtutis moralis et intellectualis.* ibid.
3 *Vnde virtutes morales comparentur.* 205

L I B. X X I I I.

1 *Quid œconomia.* 207
2 *De partitione œconomiæ priuatæ.* 207
3 *De vxoria œconomia.* 208
4 *De legibus vxoris erga domeſticos.* 209
5 *De dominica œconomia.* 210
6 *De paterna in liberos œconomia.* 211
7 *De œconomia acquiſititia.* 212

L I B. X X I V.

1 *Quare artes factiuæ.* 213
2 *De Mechanicis.* 214
3 *De Lanificio.* 215
4 *De diuiſione lanificij.* ibid.
5 *De priſca ouium ſolicitudine, ob lanam, & de alijs.* ibid.
6 *De lana ſeu vellere ouium.* 217

7 De



7 *De progreſſu lanificij vſq; ad pannum.* ibid.
8 *Ex pannorum pertractatione quot ſpecies hominum viuant.* 218
9 *De tela.* ibid.
10 *De opificio ex aliarum plantarum pilis & animalium vellere* 219

L I B. X X V.

1 *De nomine militis.* 220
2 *De diuiſione militiæ.* ibid.
3 *De militiæ arte.* ibid.
4 *De diuiſione militiæ armatæ, & partibus eius.* 221
5 *De armis militaribus.* 223
6 *De ſignis militaribus.* 225
7 *Veſtimenta quædam caſtrenſia.* 226
8 *De caſtrorum diſpoſitione.* ibid.
9 *Munera quæ erant in caſtris.* 227
10 *De inſtructa acie.* ibid.
11 *De acie iter agente.* 228
12 *De exercitu pugnaturo.* 229
13 *De exercitu claſſico, & armamentis eius.* ibid.
14 *De cura & diſciplina militari.* 230
15 *De ducis optimi diſciplina.* ibid.
16 *De diſciplina, & exercitijs militaribus.* 231
17 *De muneribus militum ſtrenuorum.* 232
18 *De triumphis.* ibid.
19 *De pœnis militaribus.* ibid.

L I B. X X V I.

1 *De nauigandi inuentione.* 234
2 *De aqua nauigabili.* 236
3 *De periculis nauigationum.* ibid.
4 *De nauibus.* 238
5 *De nauium diſtinctionibus.* 240
6 *Nauium partes.* 241
7 *De inſtrumentis nauticis.* 242
8 *De præceptis nauigandi generaliter.* ibid.
9 *De marium natura & itineribus.* ibid.
10 *De pyxide nautica ſeu verſoria.* 243
11 *De nauium gubernaculo.* 244
12 *De tempeſtatum præcognitione & ſedatione.* ibid.
13 *De ventorum obſeruatione.* 245
14 *De obſeruandis in ſole, luna, ſtellis, & cœlo.* ibid.
15 *De legibus nauticis.* 246

L I B. X X V I I.

1 *De agriculturæ honore.* 246

2 Quid

2 Quòd agricultura ſit ars, quid, & eius principia. 247
3 Præcepta iſtius artis. ibid.
4 Agricola vt facilem terram proſcindat aratris ſemina, quo iac enda modo cultuſq́; locorum edocuit. 248
5 De agri cognitione. 248
6 De tribus generibus inſtrumentorum agriculturæ neceſſarijs. 249

LIB. XXVIII.

1 Medicina quid, & morbus. 249
2 De diſtinctione medicinæ & medicorum. 250
3 De medicina purè ſpirituali, & eius ſpeciebus. ibid.
4 De medicis alijs pathematum & morum. 252
5 De legislatoribus. 253
6 De medicina corporis humani, num ars, & de tribus gradibus eius, & medicorum. 253
7 Quæ debeat præſcire optimus medicus. 254
8 Partes corporis humani & morbi earum primo de capite. 256
9 De oculo. 257
10 De auribus, & earum morbis & cura. 258
11 De naſo, & morbis eius. ibid.
12 De ore. ibid.
13 De gutture & collo. ibid.
14 De facie. 259
15 De cutis morbis. ibid.
16 Thoracis partes externæ. ibid.
17 De ventre. 260
18 De pudendis. ibid.
19 Dorſi partes. 261
20 Manuum partes. ibid.
21 Partes coxarum, crurum, & pedum. ibid.
22 De alijs partibus. 262
23 De morborum cauſis. ibid.
24 Immitti morbos permiſſiuè à Deo per angelos malos, & de cura eorum & cautione, & Chriſtian. excantationibus. 263
25 De morbis à cauſa animi, & adhuc de excantatione. 265
26 De aere tertia cauſa morborum. 266
27 De cauſis ab alimentis. 268
28 De cauſa morborum à motu, & quiete, & ſomno, & vigilia, & conuiuij ſolutione. 268
29 De ſymptomatibus. 269
30 De ſignis triplicibus & ſignis temperamenti & morbi. 269
31 De ſignis prognoſticis in mutatione morbi, vitæ, & mortis, ſeu de



ſeu de criſibus 271
32 De practica medices & diæta. 274
33 De medicamentis. ibid.
34 De chirurgia. 275
35 De pharmacopolis & ſeplaſiariis. 276
36 De coquo. 278
37 De veterinaria medicina. 280
38 Quare animatis medicina conueniat. 281

LIB. XXIX.

1 De vtilitate & cauſis venationis. 282
2 Quid & quotuplex venatio. 284
3 De venatione animalium quadrupedum. 285
4 De aucupio. 286
5 De piſcatione. 287

LIB. XXX.

1 De fabrilium artium genere. 288
2 De architectura. ibid.
3 De partibus architecturæ. 289
4 De gnomonices parte. 290
5 De machinatione. ibid.
6 De fabris miniſtris architecti. 291

LIB. XXXI.

1 De picturæ exercitio. 291
2 Quid pictura & quibus vtatur. 292
3 De progreſſu picturæ. 292
4 De diuiſione picturæ. 293
5 De quibuſdam præceptis pingendi alijs. ibid.
6 Alia præcepta pingendi ratione diuerſæ materiæ. 295
7 De coloribus. 296
8 De alijs coloribus non mineralibus, ſimplicibus, & compoſitis. 297
9 Colorum quorundam affinitas. 299
10 De ſociandorum colorum arte, quam vocant adumbrationem. 300
11 De coloribus dilutis, ad ſcribendum. 301
12 De baphicis infectoribus pannorum. 302
13 De imbuenda cera coloribus ad ſubtilia quædam opera peragenda. ibid.
14 De ſculptoribus, ſeu anaglyphis, & cælatoribus. ibid.
15 De ſtatuarijs. 303
16 De plaſtica. ibid.
17 De aurificibus & arte eorum. 304
18 De fabris monetarijs 305
19 De fabris æris & æris cyprij vel cupri. ibid.

20 De

20 De fabris ferrarijs. 306
21 De alijs fabris metallicis, lignæiſq́;. 307
22 De fabris vel opificibus vitri.

LIB. XXXII.

1 De diſtinctione animæ. 308
2 Quid anima brutorum. 308
3 Anima rationalis. 310
4 Quid ſpiritalis anima. 311
5 A ſolo Deo animam generatam cum corpore. 311
6 De animarum nobilitate. 313
7 Anima vna cuiq; & propria. 315
8 De ſede animæ in corpore. 315
9 De ſtatu animæ poſt mortem. 315
10 Sexus nullus animæ. 316
11 De loco animæ poſt mortem ſententiæ gentilium. 316
12 De tribus locis, quibus detinentur animæ ex veritate Chriſtiana, primumq́; de paradiſo. 318
13 De inferno. 319
14 De purgatorio. 320
15 De limbo. 322
16 De anaſtaſi & coniūctione animarū cū ſuis corporibus 322
17 De vltimo & magno Dei iudicio animarū & corporū. 326

LIB. XXXIII.

1 Quid animal. 328
2 De animalium diuiſionē 328
3 Animalium aliæ minus generales diſtinctiones. 330
4 De animalium ortu & origine. 331
5 De animalibus quæ ex ſemine naſcuntur. 332
6 De animalibus ex corruptione vel putrefactione editis. 332
7 De natis ex putrefactione limi, & terræ, & imbrium ariditate 332
8 De animalibus quæ innaſcuntur ſtirpibus & plantis. 333
9 De animalibus ex aliorum animalium viuorum corruptione natis. 334
10 De animalibus quæ ex alijs animalibus mortuis naſcuntur vel generantur. 345
11 De animalibus quæ transmutantur in aliam ſpeciem. 345
12 Nullum eſſe locum qui non habeat aliquod animal. 346
13 De animalibus quibuſdam plantis. 337
14 De corpore animalium & eius diuiſione. 337
15 De partibus corporis animalis ſimilarib. & diſsimilarib. 338
16 De carne animalium & illis adiacentibus. 339
17 De oſsibus quædam. 339
18 De neruis pauca. 341







19 De venis quædam & de arterijs. 342
20 De ſpiritibus. 344
21 De facultatibus animalium. 344
22 De muſculis. 345
23 Generaliter indicantur authores qui de partibus corporis animalium tractant. 346
24 De capite. 346
25 De pilis, & quæ horum loco animalibus ſint. 347
26 De ore. 348
27 De lingua. 348
28 De collo. 349
29 De thorace & eius partibus. 349
30 De manu. 350 (350
31 De penetralib. thoracis, corde, iecinore, veſica fellis & felle.
32 De pulmone, abdomine, peritoneo, omento, inteſtinis, vrinarijs vaſis. 351
33 De ſenſu & diuiſione eius. 353
34 De viſu. 354
35 De quibuſdam viſus effectibus. 354
36 De auditu. 355
37 De olfactu. 357
38 De guſtu. 358
39 De tactu. 359
40 De his quæ communia ſenſibus ſunt exterioribus. 360
41 De ſenſibus interioribus. 361
42 De motu qui eſt ex facultatibus animalis & de motu intrinſeco. 361
43 De motu extrinſeco. 362

LIB. XXXIV.

1 De vita plantæ. 363
2 De diſtinctione generali ſtirpium. 364
3 Neceſſaria generationi & conſeruationi plantarum. 365
4 De alia propagatione plantarum, quàm ex ſemine. 366
5 De partibus plantarum. 367
6 Arborum partes ferè omnes. 368
7 Herbarum partes. 369
8 Frumentorum partes. 370
9 Vitis partes. 370
10 Aliæ partes ſtirpibus communes. 371
11 De vegetatione. 371
12 De coloribus ſtirpium. 372
13 De cognitione temperamenti & qualitatum ſtirpium. 373
14 De primarum qualitatum notione. 373
15 De dignotione qualitatum per tactum. 374

16 De dignotione earundem per guſtum ſeu ſaporem. 374
17 De quibuſdam quæ plantis accidunt. 376

LIB. XXXV.

1 Quid elementum, & de materia & ordine eorum. 377
2 De numero elementorum. 378
3 De elementorum fortiori natura veluti ſexu 380
4 De igne & colore naturali. 381
5 Quòd ignis in omni mixtione corporali ſit. 382
6 De diſtinctione ignium, de flamma, carbone, & cineribus. 383
7 De gradibus coloris ignis. 385
8 De aere & eius effectibus erga viuentia & alteratione. 386
9 Quomodo exploranda ſalubritas & qualitas aëris. 386
10 Num aëre ſolo quid viuere poſſit. 387
11 De materia generaliter exhalationum, in quibus impreſſiones in aeris regionibus ſeu partibus generantur. 391
12 De nube & nebula. 391
13 Præſagia ex nubibus & nebulis. 392
14 De pluuia. 392
15 De rore. 393
16 Pluuiæ futuræ præſagia. 394
17 De manna. 394
18 De niue & pruina. 394
19 De grandine. 395
20 De exhalationibus humidis ſeu ſiccis. 396
20 De ignibus in aere apparentibus & de tonitruo. 397
22 De fulgure & fulmine. 398
23 De præſagijs & effectibus tonitrui & fulgurationis. 399
24 De cometis. 400
25 De ventis. 402
26 De ventorum ſectione. 403
27 Orientalium ventorum quædam obſeruationes. 404
28 Occidentalium obſeruationes. 405
29 Meridionalium obſeruationes. 405
30 Septentrionalium obſeruationes. 405
31 Ventis communia. 406
32 De repentinis flatibus. 406
33 De terræmotu. 407
34 Motus terræ futuri prænuntia. 408
35 De alijs impreſſionibus aereis ad ſolem, lunamq; relatis, corona, iride, parhelijs. 410
36 De aqua & maris ſalſedinis cauſa. 412
37 Signa quibus dignoſci poteſt num aqua ſubſit terræ alicubi. 414

38 De miraculis aquarum. 414
39 De differentijs aquarum & marium diſtinctione, & reciprocatione & motu. 415
40 De fontium origine, & eruptionibus aquarum ex terra, tribusq; regionibus terræ. 416
41 De alio quàm ex terra aquarū ortu & de diſtillatione. 417
42 De frigido. 418
43 De terra, quòd ea ſit ſicca. 419
44 Terræ diſtinctio. 420
45 De magnitudine orbis terræ. 421
46 De terræ immobilitate. 422
47 De terræ vtilitate. 422
48 De aliarum rerum elementis. 423

LIB. XXXVI.

1 De mixtione elementorum, & de differentia eius, & mixtionis, generationis, & alterationis, & aliorum. 424
2 De mixtorum diuiſione. 426
3 De lapidibus, quomodo, & vbi generentur. 427
4 De diuiſione lapidum. 429
5 De gemmis. 430
6 De marmore. 431
7 De magnete. 432
8 Num lapides viuant & creſcant. 433

LIB. XXXVII.

1 De metalli nomine. 434
2 De generatione metallorum. 435
3 De metallorum diſtinctione. 436
4 De auro & argento. 436
5 In quibus inueniatur aurum & argentum. 437
6 De aurichalco. 434
7 De ære. 439
8 De plumbo & ſtanno, ceruſſa, ſandaracha. 439
9 De ferro & chalybe. 439
10 De argento viuo, & chemicis metallorum nomenclaturis. 440

LIB. XXXVIII.

1 De alijs corporibus mixtis ſimplicibus & ſine vita exiſtentibus, de vitro & nitro primum. 440
2 De alumine. 441
3 De bitumine. 441
4 De ſulphure. 441
5 De ſalibus. 442
6 De atramentis. 442
7 De tribus ſpiritibus mineralibus & alijs medijs. 442

LIB. XXXIX.


1 Quid tractandum ſit in hoc & ſequenti libro, & de diffinitate virtutum & vitiorum. 433
2 De iuſtitia. 445
3 De diuiſione iuſtitiæ. 446
4 De alia diuiſione Iuſtitiæ, & iniuſtitiæ. 447
5 De iniuſtitia. 448
6 De prudentia. 448
7 De imprudentia. 450
8 De fortitudine. 451
9 De diuiſione fortitudinis. 452
10 De timiditate & alijs vitijs fortitudini repugnantibus. 454
11 De temperantia & continentia. 454
12 De diuiſione temperantiæ. 456
13 De intemperantia. 456
14 Diſtinctio virtutum principalium, quas cardinales dicunt Theologi. 457
15 De fide in genere quid. 457
16 De diuiſione fidei & quod innumera penè negotia ex fide & quod credamus pendeant. 458
17 De inconſtantia fidei rerum humanarum. 459
18 De fidei nominis acceptione. 461
19 De fidei theologicæ virtute. 463
20 De operibus & actibus fidei. 465
21 De infidelitate. 467
22 De ſpe generaliter ſeu fiducia. 468
23 De ſpe, prout eſt virtus theologica. 471
24 De vitio contra ſpem. 471
25 De charitate in genere, & de gradibus eius ſeu diſtinctione. 472
26 De charitate, vt virtus Theologica eſt. 474
27 De ordine & gradibus dilectionis. ibid.
28 De odio, inimicitia, & alijs quæ pugnant charitati. 477
29 De legum obſeruatione & contemptu. 479
30 De pietate ſeu religione. 431
31 De ſuperſtitione & impietate in Deum. 482
32 De pietate in patriam. 483
33 De pietate in parentes. 485
34 De pietate erga præceptores. 485


LIB. XL.


1 Methodi ratio. 486
2 De ſuperbia. 486
3 Antidotum ſuperbiæ. 489


4 De




4 De auaritia. 492
5 Antidotum auaritiæ. 495
6 De luxuria & libidine. 496
7 De caſtitate in genere, & de coniugali caſtitate. 499
8 De viduarum caſtitate. 500
9 De virginum caſtitate. 500
10 Antidotum luxuriæ pro conſeruanda caſtitate. 502
11 De virginitate & caſtitate conſeruata apud Ethnicos in ſacris. 505
12 De virginitate conſeruata in Dei veri cultu. 506
13 De virginitate ſanctiſſima matris Domini noſtri Ieſu Chriſti. 507
14 Parænesis ad virginitatem & caſtitatem. 509
15 De inuidia. 512
16 Antidota contra inuidiæ labem. 517
17 De beneficentia. 519
18 De gulæ vitio. 519
19 De ebrietate. 523
20 Antidotum edacitatis & crapulæ. 524
21 De ira. 525
22 Antidotum iræ. 527
23 De patientia. 529
24 De acedia ſeu pigritia & ignauia. 531
25 Antidota acediæ. 533
26 De diligentia. 534
27 De fraude, dolo, & calumnia. 534
28 Antidota ad fraudes, dolos, & calumnias expurgandas. 536
29 De bona fide 537
30 De imprudentia. 537
31 De verecundia. 537


Ff 2

# INDEX RERVM INSIGNIVM, ET VERBORVM ISTIVS operis, cuius prior numerus ſignificat librum, ſecundus caput, tertius paginam.

A


ACcentus diſtinctiones tã in lingua Græca, Latina, quàm Hebræa 16.7.156
accẽtus diſtinctæ lectionis Hebræorum 18.6.178
accidens quid 17.1.161
accuſati iniurioſè iniuſteq́; 40.15.515
de Acedia plura ſeu de pigritiæ vitio 40.24.531
acharanaar ſtella 8.24.19
acies vt inſtruenda ad pugnã, & de eligenda forma 25.10.227
acies vt in itinere ordinetur 25.11.228
acuna menſura 13.8.125
acquirẽdi modi varij 23.7.213
actæonis interpretata fabula 29.1.283
actio prauæ conſuetudinis 22.3.205
actiua vita quæ 9.5.64
actus menſura 13.8.125
de Actu & potentia 10.10.75
acuti morbi qui 28.31.270
Adam vnde dictus 9.1.61
additio in numerandi arte quid 11.5.139
adiurationes contra morbos 28.24.263
adminiſtratio ciuitatis regiæ adminiſtrationi proxima 25.2.194
adminiſtrationum Rerumpub. tres ſpecies 21.3.195 quæ melior 21.4.195
adoratio ſtellarum apud quos 8.22.17
Adrianus Cæſar venator 29.1.284
adulator 39.28.479
adulterij mala 40.6.500
ædificationes publicæ & priuatæ quæ requirant 30.2.288
ædificium villæ quale eſſe debeat 27.3.247.248
ædificiorum ichnographiæ & ſcenographiæ 13.4.12
ædificijs nõ ſuperbiendũ, quare 40.3.491
æmulationis duæ ſpecies 4.15.512
aeris nocumenta in morbis 28.26.266
aer extraneas qualitates recipit eod.
aer ſecundum Ariſtagorã habet omnium ſemina 39.3.366
aeris elementaris qualitas & regiones tres 35.8.386
aer circunfluus quomodo nos lædat eod. quomodo alteretur eod.pag.386 ſecundum regiones diuerſas orbis, eius diuerſæ qualitates eod.





aeris ſalubritatẽ quomodo exploramus 35.9.387
aere ſolo num animal viuere poßit, diſputatio 35.10.387
aeris proprius motus in occidentem 35.25.402
aer quomodo ſonum facit 12.4.100
aeris mutationes prænuntiantia 8.37.27.28.& 29
aer quid, & vnde 37.7.439
æris fabri & ars 31.19.305
æris fuſio facilis eod.
æris ferruminatio eod.
ægritudines corporis quibus ſignis & planetis referãtur 8.60.32
ægroti publicè olim vbi, & quare expoſiti vt iuuarentur 28.7.255.256
æolipyla quid 35.25.410
æquatoris ſeu æquinoctialis circulus 8.8.5
æquiuocum quid 17.4.163
æquinoctia quando 8.11.9
æſtas incipit 8.27.20 deſinit 8.30.22
æſtus maris vnde fiant 35.39.416
æthereæ regionis mundi figuratio 8.14.11
agnus planta & animal 33.13.337
agriculturæ origo, laus, quod familiaris Imperatoribus 27.1.246
an Ars 27.2.247 artium nutrix eod. finitio & præcepta eius 27.3.247.248
agrorum cognitio & differentia 27.4.248
agriculturæ inſtrumenta 27.5.248.249
agrorum quot figuræ 13.4.122
alabaſtrites lapis qualis 36.6.431
Albenten ſtella 8.24.13
Alchemiæ libri indicati 37.4.436
algebræ regula numerorũ 15.9.143
algonella ſtella canis 8.26.20
alimẽta cauſæ interdum morborum 28.27.268
alphabetum trilingue 16.3.52
alteratio quid 11.10.94
altitudo ſtellarum quãdo maior 8.9.7
alumen quid, & ſpecies 38.2.441
amicos beneuolentia parit, auſteritas ſolitudinem 39.25.472
amicitia pares recipit aut facit eod.
amicitia triplex eod.
amicitiæ graduum ordinatio 39.29.480
amici, adulatoris, & placidi differentia 39.28.478
amore imaginũ aquæ, & aliarum rerum irretiti eod.
amor inordinatus quis eod.
amphibia animalia partim in aqua, partim in terra inuẽta 33.12.231
analogum quid 17.4.163
anatome oßium hominis & auium 33.17.339
annales, quid, & quomodo, & à quibus confecti olim 20.2.pag.191.192
annus communis & biſſextilis 8.10.8
anni quatuor tempeſtates quomodo à ſole fiant 8.42.30

annus ſolaris, lunaris, & cuiuſq; planetæ 8.43.31
annus apud quos & quando pluriũ vel paucıorũ quàm duodecim menſium eod.
anni varium initium eod.
annorum aliquorum animalium cognitio 29.1.181
andromeda ſignum 8.24.19
angariĳ & parangariĳ milites qui 25 4.222
Angeli & anima an ex præia cen. materia 11.6.91
anguillarũ piſcatio qualis 29.5.287
anguitenẽs ſignũ cœli 8.31.22
anguli variĳ 13.4.104
angulares figuræ eod.
anima & corpore homo cõſtat 9.1.61
animæ appellatio vnde 11.3.86
anima quomodo forma hominis 11.7 93
anima quid & quotuplex 32.1.308
anima brutorũ quid 32.2.eod.
anima rationalis qd 32.3.310
anima ſpiritualis quid 32.3.eod.
de Animæ materia ſententiæ antiquorũ à quo creata.eod.
animam dicẽtes in corpus pro caſtigatione miſſam. eod. & cap.6.pag.313
animarum nobilitas 32.6 313
anima cuiq; propria, non vna omnium 32.7.314
anima vna tantũ homini cuique. eod.
animæ ſedes in corpore vbi 32.8.315 Status poſt mortẽ 32.9.315
anima ſine ſexu 32.10.316
animarum poſt mortem receptacula ſecundum Ethnicos & Chriſtianos 33.c.11.& 12.pag.316.& ſeq.
animæ in glacie auditæ 33.12.318
animam ſine corpore reſurrecturam dicere hæreticũ 32.16.324
anima proximi pluſquam corpus noſtrũ facienda et rebus omnibus præponenda 39.27.475
animus muſica mulcetur & commouetur 12.18.112
animi partes duę vnde intellectus & mores 22.2.204
animi morbi & medicina 28.cap.2.& 3. pag.250.& ſeq.
animi paſſiones afficiũt corpus & morbos generãt 28.25.265
animalia à terra produci 9.3.62
animaliũ prima origo qualis. eod.
animalium morbi & curatio 28 37.279
animalium morborum hominibus pleraq; remedia docuerunt 28.38.281
animalium quorundã annorum habet diſtinctio ex ſignis 29.1.281
animal vnde dictum 32.1.308
animal quid 33.1.328
animalium diuiſio 33.2.328.& 33 3.330
animalium inſecta & imperfecta quæ 33.3.330
animalium mores. eod.
animalium diuerſa generatio, ortus, & creatio 33.3.331 Ex ſemine ouis 33.5.332 Ex putrefactione 33.7.332 ex ſtirpibus 33.8.633
animalia in ſtomacho hominis quõ naſcantur 33.9.334
animalia naſcũtur ex animalibus mortuis 35.10.335
animalia quæ mutantur in aliã ſpeciẽ 33.11.335.336
animalia eſſe in omnibus elementis viſibilia & inuiſibilia in aere 33.12.336
animalia quædam inſecta, vt muſcæ, ſerpentes, muſtellæ, quibus abigãtur 39.11.456
animalis corporis diuiſio 33.14.337
animoſitas à calore 32.2.308
annuli aſtronomici interpretes 13.7.124
anteuindemiator ſtella 8.29.21
antitheſis quid 16.8.158
antiſtrophe 12.20.115
apparitiones hominũ viuorũ & mortuorum falſæ vnde aliquando contingãt 14.4.128
de Appetitu diuerſo 33.42.362
aphæreſis 16.8.158
apocope. eod.
apodeixis quid 17.14.168
apodes aues 33.2.330
apoſtrophe 16.28.158
Apothecariorum officium 28.34.275
aquarius ſignum 8.34.23
aqua quid et vnde ſalſa in mari 35.36.413
aquæ frigidiores ſalubriores, num principium mundi. eod.
aqua vnde ſapores hauriat, & quæ ſalubrior 33.36.413
aqua num terræ ſubſit indicia 35 37.412
aquarum diſtinctiones 35.39.415
aquæ quæ ſint ſupra firmamẽtum eod.
aquarum noxiæ vnde 35.40.417
aquarum artificialiũ habendi modi et diſtillatio 35.41.417
aquæ quæ nauigabiles 26.2.236
aquæ fuſiles metalla ſunt 3.2.433
aquæ fortis compoſitio 31.30.306
aquila ſignũ cœli 8.33.pag.23
ara cœli ſignum 8.32.23
aratri partes 27.5.248.249
arbores luna plena vel creſcẽte humore abundant 8 43.36
arbor quid 34.2.364
arbores lanigeræ vbi 24.10.219
arborum partes nominatæ 34.6.368
arbor vitæ quid 28.3.250
Archilochi vis in iambo 19.8 190
architectura quid, & quid cõtineat 30.2.288
architectus et faber in quo cõueniant & differant eod.
architecturæ partes ſex et quæ 30.3.289
architectorũ miniſtri quot & quales 30.6.291
arctos ſeu vrſa minor 8.28.21
arcticus & antarcticus circulus quid 8.13.11
ardentes montes 36.3.228
arena non lapideſcit 36.3.eod.
argentum viuum & ſulphur

materia omnium metallorũ 48.2.
argentum viuum quid eod. & cap. 20. p. 435
argenti generatio qualis 37.4 436
argonauis ſignum 8.28.21
argumentorum diuiſio 17.2. 162
argumẽtum quid & eius ſpecies 17.8.165
argumentorum conſequentiæ quid 17.16.170
argum[illegible]ta fallacis probationis enthymema & inductio 17. c. 17. & 18.121
argumentum ab exemplo quid 17.29.166
argumentorum topica ſeu loci 17.20.172
argumentorum ſolutiones vnde petendæ 17.21.172
argumentum fallax quot modis 17.23.173
arma antiqua quæ 25.3.221
arma & armatura diuerſi generis 25.4 221 & ſeq.
arma vnde dicta & differẽtiæ eorum 25.5.223
armatæ militiæ ſpecies et partes 25.4.221
arietis ſigni quot & quales ſtellæ 8.24.18
ariſtocratia quid 21.3.195
Arithmos quid & Arithmetica 15.1.183
Arithmetica proportio quæ et in quibus 13.1.19
articulus in Arithmetica qd 15.3.137
ars neceſſaria aliqua cuique ad vitæ neceſſaria quærenda 24.1 213
artes vnde ortæ eod.
ars fabrilis quotuplex 30.1. 288
ars benè & multum dicendi in quo conſiſtit 18.1.174
ars mechanica quid 24.2.214
artificum multitudo circa lanificia & pannos 24.8. 218
artificum nomenclatura. eod.
artes practicæ, actiuæ, & factiuæ 21.1.194
artis & theſis dictionum quid 16.8.157
arteriæ trahunt vicinũ aerem vnde inficiuntur, ſi is infectus 33.19.342
arteria quid 33. c. 15. & 16. p. 339. & c. 19. p. 342
arteriæ pulſatio 33.19.342
Arthmius infamia cõdemnatus, quòd aurum in Græciã portaſſet 37.5.437
arura menſura 13.8.125
as quid & partes 15.13.147
aſinus habet pilum & lanam 33.25.347
aſinus pediculis & ricinis immunis 33.9.334
aſtrolabij vſum & efformationem qui tractent 13.6.124
Aſtronomici annuli interpretes eod.
aſtrologia vnde, quid diuiſio, obſeruationes eius & de Aſtronomia 8.52.40
Aſtronomia in quibus improbanda eod.
de Aſtrologia remiſsio 12.1. 99
athei quidam 30.31.281
atramentum Chemicorum in quintuplici ſpecie 38.6. 442







auaritia quid 40.4.492.
habet malè accipere, & malè retinere eod.
auaritia inſatiabilis quare eo. & pag. 492. & ſeq.
auari ſtultitia 40.3.491
auaritia Deo & hominibus omnibus exoſa 40.4.494
auaritiæ impij ſatellites eod.
auari ſuſpicioſi & pauidi cur eod.
auaritiæ tres ſpecies eod.
auaritiæ remedia 40.4.494
de Aucupio ſeu auium venatione 29.4.286
eius inſtrumenta & aues prædatoriæ eod.
auditus obiectum habet ſonũ 12.4.100
de Auditu ſenſus 33.36.355
audiamus quomodo & quando melius eod.
auditus quomodo fiat eod.
aues prædatoriæ, nomina 29. 4.286
de Auribus 33.36.355
auris arrecta clarius audit eo.
aurium partes, morbi, & remedia 28.10.258
aurichalcum quid & ſpecies 37.6.438
aurum argentúmve quomodo probentur, fundantur, ferruminentur, tingantur, encauſtentur 31.17.304
auri & argẽti generatio qualis 37.4.436
aurum ſolum metallorum perfectum eod.
aurum & argentum in quib. locis inuenitur 3.5.437
aurum cur palleat eod.
auri coaceruatio exprobrata 38.5.457
auriferi fluuij & aureus imber eod.
aurificum ars in quo conſiſtat 31.17.304
aureus numerus quid, & ad quid inuentus 8.47.37
aureum vellus quid 24.5.215
aureũ rete Neronis 29.5.287
autumnus incipit 8.30.22
azilũ vbi in militia 25.6.226


B


BAculus Iacob ſiue radius inſtrumentum aſtronomicum 13.7.14
balneum maris & alijs mariæ quid 25.7.36
baphica tinctorum 31.12.302
baſiliſcus ſtella 8.81.21
bellum ſuperbos humiliat, pax inflat 40.2.486
de Beneficentia 40.17.519
beneficiũ in quo conſiſtat eod.
bilis flaua & atra quid 28. 7.255
bilis & pituita cauſas morborum recipiunt 28.26.266
binarij numeri vis 15.51.93
bitumen quid & ſpecies 38. 3.441
blemyiæ capite carent 33. 24.346
bombyx 24.10.219
bõbycis metaſarcoſis ſeu tranſmutatio 33.3.330. & 33 7.333
bona nobis conceſſa, vt diſpenſatoribus & procuratorib. tantum, non vt dominis 40 4.491
bonis externis cur non ſuperbiendum 40.3.489. & ſeq.
de horum contemptu 40.5. 491. & ſeq.
bona fides quid 40.29.439

*borrax ferruminatio auri vt fiat* 31.17.304
*biriſtenes equus ſepultura donatus* 29.1.284
*boues aratorij quales eligendi* 27.5.248.249
*Brachmanum philoſophorum patientia* 40.23.530
*byſſum quid* 24.10.219

C

*Cadurcorum linificia* 24.9.219
*Cæcos pullos pariunt animalia viuipara excepta ſue* 24.9.219
*cælandi præcepta* 31.5.294
*de Cælatura & differētia eius & ſculpturæ* 31.14.302.
*cæſuræ in metris diuerſitas* 19.7.188
*calamus menſura* 13.8.125
*calculorum in numeris diſpoſitio* 15.4.138
*calor ignis quinque modis augetur* 35.7.385
*calidæ rei ſigna* 34.14.373
*caliditatis vires* 35.4.381
*caligo quid* 33.4.381
*calumniæ deſcriptio* 40.15.515
*calumnia ab inuidia & eius mala* 45.15.514
*calumnia aulica laudare.* eod.
*canabis opificia* 24.9.218
*de Cancro ſigno* 8.27.20
*de eius tropico* 8.12.10
*canum venatorum electio* 29.3.286
*canis maior in cœlo & minor* 8.26.20
*canopus ſtella* 8.28.21
*cantilenarum inſtrumentaliū quarundam nomina* 12.9.104
*cantipenæ cum ſaltatione ad tibiam.* eod.
*cantilenarū muſicalium componendarum regulæ* 12.15.109
*cantatæ leges olim* 12.18.112
*cantio medetur animis.* eod.
*cantionum vis* 12.18.112
*cantus & cythara eneruant animos* 40.10.502
*Capricorni tropicus* 8.12.10
*de Capricorni ſigno* 8.33.23
*capra Olenia ſignum cæleſte* 8.25.19
*de Capite* 33.24.346
*caput ſecundum poſt cor fingitur, vltimū perficitur.* eod.
*capite carentia animalia.* eod.
*capitis formæ in moribus conſideratio.* eod.
*capitis partes morbi & remedia* 28.8.256
*captiones argumētorum quot modis fiant & detectio* 17.23.174
*caro animalium quid* 33.16.339
*caro in arboribus* 34.6.396
*carmina, vide Poeſis.*
*carmina rhythmica qualia Hebræis, Gallis, Italis, Germanis* 19.2.16
*carminum variæ appellationes vnde tractæ* 10.7.187
*carminum apud Hebræos ſpecies* 19.5.188
*carminū ſyſtemata varia* 19.6.188
*carminum ſcanſio & cæſura figura permixtio* 19.7.188
*carminum genera.* eod.
*carminum concinnandorum ratio.* eod.
*carminum vis* 19.8.189
*Caßiopeia ſignum* 8.14.19


de Ca-




*de Caſtitate in genere* 40.7.499
*de Caſtitate coniugali.* eod.
*viduali* 40.8.499
*virginali* 40.9.500
*caſtitatis ſeruandæ modi* 40.10.502 *quando & vxoribus Ethnicorum obſeruata* 40.11.292
*Caſtoris et Pollucis ignes quid ſignificent* 35.20.396
*caſtrauit ſeipſum Origenes* 40.10.291
*caſtrorum diſpoſitio & partes* 25.6.226
*in Caſtris quæ munera & officia* 25.9.eod.
*cataplaſma quid* 28.35.267
*catharri ſpecies* 28.8.256
*cathegorica propoſitio quid* 17.5.163
*cauſa quid & diſtinctio cauſarum* 11.9.94
*ſine Cauſa nihil.* eod.
*cauſæ ſtatus oratoris tres* 18.2.174
*cauſæ morborum* 38.23.261
*cautes quid* 36.4.429.430
*chemicæ artis fucus* 37.5.439
*centaurus ſignum cæleſte* 8.c.30.31.pag.42
*ceræ picturæ* 31.4.293
*ceræ moderandæ & temperandæ pro artificio ampullarū ars dicūt gōmiſſe* 31.13.302
*ceruſſa vt fit* 37.8.439
*calozophylaces qui* 35.19.233
*chalybs vt fiat* 37.9.440
*chameleontis vita ſine cibo* 35.10.387
*charitas in genere quid & de eius gradibus in Deum & proximum* 39.25.472 *& ſeq.*
*charitum trium ſymbolica pictura.* eod.pag.473
*de Charitate vt eſt virtus theologica* 39.26.473
*chiriaſtæ ſeu millenarij hæretici* 32.12.319
*chirurgiæ partes* 28.34.275
*chirurgorum inſtrumēta* eod.
*chirurgi medici & quales* 28.34.eod.
*chirurgicæ inciſiones quotuplices.* eod.
*chorda in corpore quid* 33.43.363
*chorea vnde dicta* 12.20.114
*chori ſaltationes quæ.* eod.
*chori in tragœdijs officium* 10.6.188
*de Choro comico.* eod.
*Chriſtus vincit, ſtate, verba ter ramotū ſedaſſe* 35.34.410
*chriſtianorum ſciētia certior, quàm philoſophorum* 10.1.67. & c.8.p.72
*chronici morbi qui* 28.31.271
*chryſocollæ ſeu borracis confectio* 31.17.304
*ſine Cibo cur animalia non poſſint diutius viuere* 35.10.307
*cibi cuiuſdam modicè ſumpti multum nutrientis natura* eod.pag.238
*ciborum vſus commodus quædam medicina* 28.36.238
*cibi ſingulis anni temporibus commodiores* 28.36.280
*ciborum & cœnarū leges.* eod.
*cibo quæ diutius carere poßūt & quare* 35.10.389
*cibi vſus duplex bonis finis* 18.18.519
*cibis nimium pretioſis & exquiſitis vſi* 40.18.520


cibi &

cibi & potus præter modum, luxuriæ cauſa 40.10.502
cibi qui venerem concitēt, & quireprimant eod.pag.503
cicadæ rore viuunt 35.10.387
cicadarum venatio 29.2.248
cicadæ quomodo cantent 12.4.101
cilicium vnde dictū & ex qua refit 24.10.220
circuli vt fiunt 13.3.121
circulus ſolaris quid 8.43.33
cinis q' id 35.6.385
cineres quot ſunt, tantundem aquæ admittunt eod.
circini & regulæ leges anſeruandæ in pictura 31.4.293
circulorum cœli diuiſio 8.6.4
circulus horizōtis quid 8.7.5
circulus æquinoctialis quid eod.p.6
ciuitatis anima eſt politia 21.2.194
ciuitas quid eod.
ciuitatis adminiſtratio prælu- dium ad regni regimen eod.pag.195
ciues obſeruatos triumphum meriti 25.18.233
de Claſsico exercitu diſponendo & eius armamentis 25.13.229
clima quid 8.8.6
clima menſura 13.8.125
cœlibatum qui exercuerunt 40.11.505
cœli ab aliquis Hebræis dicti ſcamam 35.39.415
cœlum empyræum quid 7.15.11
cœlum primum mobile quid 8.16.13
cœlum cryſtallinum ex aqua gelata & eius motus 8.17.13 aquæ eius 35.39.415
cœleſtia quatenus agant in homines & corpora 8.52.40
cogitationes ſemper in mente, vt nubes in Cœlo 40.14.646
cognitionis perfectæ naturalium rerum gradatio 31.14.290
cohors quid & ſpecies 25.4.222
colli & gutturis partes, morbi & cura 28.13.258
collum & partes explicantur 33.28.350
collum Philoxeni gruis 34.39.356
colores corporati ſine corpore 31.6.296 mixti ſimplices eod.
coloribus quatuor omnes alios miſceri 31.7.196 & ibi de mineralibus color. & de non minera eod.c.8.p.287
colorum adumbratio ſeu ſociatio 31.10.299
colorum eminentias, quas vocant, releuement, inducere 31.10.300
colores diluti ad ſcribēdum vt parentur 31.11.pag.ead.
de Colore plantarum 34.12.367
colores irides vnde 35.36.412
color videndi medium 14.3.128 qui non eſt ſine luce 13.5.129
color quid 14.6.130
colores præcipui & gradus 129.130
Colō orationis quid 18.6.178
coluri 8.11.9
coma quid orationis 18.6.178
comœdiæ & tragœdiæ differentia 19.6.188
com-



cōmercia neceſſaria 26.1.234
de Cometis & eorum generatione & præſagijs 35.24.405.& ſeq.
concluſionis in oratione partes 18.3.176
concordantiæ & diſcordantiæ in muſica quæ 12.14.108
concordantiæ quot modis 10.11.77
concupiſcentia omnium malorum radix 39.11.455
coniugium cœli & terræ 35.47.423
coniugia lapidum 36.3.427
coniugales 23.3.209
concubitus ſeu coitus cum muliere primi cur pœniteat 40.6.499
conſequētia quæ bona et quomodo concipienda 17.16.170
conſuetudo ſcientiæ aduerſatur 10.3.96
conſuetudo & educatio bona ad mores cōducit, & de conſuetudinis prauæ actione 22.3.205
contemplatiua vita quæ 9.5.64 non eſt otioſa eod. pag 64
continentia, vide Temperātia.
contraria contradictoriaque quæ & ſubcontraria 17.6.164
contraria mediata & immediata quæ 17.16.170
contrariorum eadem diſciplina 11.11.96
conuerſio prædicati in ſubiectum & contra in ſyllogiſmis quot modis 17.12.166
conuulſiones neruorum vide 33.18.341
conuiuādi leges antiquæ 40.18.523
cor primum gignitur in homine 33.24.346
de Corde 33.31.350
cor augetur & minuitur ſecundum Aegyptios eod. pag.350
corona ſeptentrionalis, ſignum cœleſte 8.31.22
corona meridionalis 8.33.23
coronæ militares quot 25.17.232
corniculares milites qui eod.
coronæ circa Solē quid ſignent & circa ſtellas 35.35.408
corpus hominis quid 9.1.61.62
corpus vnum reſpublica 21.5.198
corpora noſtra quæ morbis lædere poſſunt 28.4.252
corporis humani partes & earum morbi 28.8.256
corporis alteratio & morbi ab animi paſsionib. 28.25.265
corporis animalis diuiſio 33.14.337
corpus quot modis accipitur eod.
corporis animalis partes ſimilares & diſsimilares quæ 33.15.338
corporis humani partes qui explicent 33.23.346
corpora ex quatuor elementis mixtis conſtare 36.1.424. & ſeq.
corpora perfectē alia imperfectē mixta 36.2.426
corporis dimenſiones quæ 13.5.122
corpus & infinitū quid eod.
corpus diaphanū & vmbroſum

ſum quid 14.5.129
corpus ſignũ cæleſte 8.30.22
coſtæ in animalibus quot 33.10.349
cotes, qui lapides 36.4.429
coxarum partes, morbi, & remedia 28.21.261
crater ſignum cæleſte 8.29.21
credere, vide Fides.
credere oportet vt intelligamus 39.19.464
credere tripliciter in religione Catholica 39 20.465.
creſſe Gallis quid Latinis 24.10.219
criſis quid & iudicia critica morborum 28.31.267
criſis perfecta & imperfecta quid 28.31.271
criſis initium. eod.
Croions ſeu ſtyli pictorum vt fiant 31.6.295
crucis ſignum, vis contra dæmonum opera, & de vſu eius apud antiquos frequenter 28.24.263
crurium partes morbi, & remedia 28.21.261
cryſtallum ex aqua gelata 8.17.13
cubicus numerus quis 15.3.138 & 15.9.142
cubitus menſura 13.8.125
cutis quid 33.25.347
cutis morbi et cura 28 15.259
cycnus ſignum cæleſte 8.34.23
cynoſura vrſa minor 8.28.21

D

DAghes Hebræis quid 16.7.9.156
dæmones qua ratione vt corpora paßibiles 11.6.92
dæmones Dei permißione morbos immittere 28.24.263
dæmonibus & eorum operib. aduerſantia & eos expellentia 28.24 263 & ſeq.
deceta idolum deæ ſemipiſcis 29.5 287
declinatio Solis ab æquatore quanta 8.11.9
defenſionis & expugnationis arma 25.5.224
definitio quid 17.1.161
delitiarum mala 40.18.520
delphinus ſignum cæleſte 8.34.23
deltoton 8.24.19
democratia quid 21 3 195
demonſtratio incipit à communibus 10.2.68
demonſtratio quid & demonſtrationis ſpecies 17.14.168
de Deſperatione 39.24.471
Deus ſupra cœlos & ibi eius ſedes quomodo 8.15.12
Dei cognitio finis metaphyſices 10.1.66
Deus quõ in mundo 11.1.84
Dei timor initium inſtitutionis bonæ 23 6.212
Deus morbos immittit & ſanat 28.23.261 & ſeq.
Deo ignoto litatum tẽpore terræmotus ab ethnicis, & de Deo ignoto Athenienſium 33.34.409
diaphanum corpus quid 14.5.130
dialectica quid & eius materia 17.1.161
dialecticæ diuiſio 17.2.161
diæreſis quid 16.8 125
Dictys Cretenſis hiſtoria quando apparuit 16.10.160
dictio quid 16 8.157
in Dictione quid conſiderandum eod. p. 157
dictio radicalis Hebræis quid. eod.
dies longißima & breuior anni quæ 8.11.9. & ſeq.
quãdo æqualis Dies nocti. eod.
diei diuiſio per horas & quadrantes 8.44.33
dierum decretoriorum vnde vires 15.10.143.144
dies cretici qui 28 31.274
diei quadrantes. eod.
differre quot modis quid dicitur 10.11.77
diffidentia vrbes conſeruat 25.15.231
digitus menſura 13.8.124
digitus in arithmetica quid 15.3.137
digitis manus & articulis numerabant antiqui 15.3.eod.
digitorum in dicẽdo ſeu orando geſtus 19.8.179
dignitatibus cur non ſuperbiendum 40.3.491
dilectionis gradus 39.25.472 & ſeq. & c.27 p.493
diligẽdum non verbo tantùm, ſed & opere 39.2.474
dilectionis opera quæ. eod.
diligentia quid 40.26.534
diphthongi coalitio cum ſequente litera 16.8.158
diſciplina militaris quæ 25.16.232
diſpoſitio oratoris quid 18.3.124 partes eius, exordium, narratio, &c. eod.
diſpoſitio ædificij quid 30.3.289
diſtantia rerum quomodo viſum fallat 14 4.128
diſtillationis variæ formæ 35.41.417
diuerſum quot modis dicatur ab alio quid. 10.11 76
diuitijs non ſuperbiendũ quare 40.3.489
diuitiarum cõtemptus vt ſuadeatur 40.5.495
doctrina quare non ſit ſuperbiendum 40.3.489
dolichos menſura 13.8 126
dolus bonus filiarum Giſulphi prõ conſeruanda virginitate, item & Spurinæ iuuenis 40.10.504
de Dolo & fraude 40.27.534
dolus bonus ſeu ſolertia quid. eod. p. 535
dolus bonus ſepiarum & polyporum in iaciendo atramento pro conſeruatione vitæ. eod.
dolum inhibent & puniunt leges. eod.
doloſi correctio & emendatio 40.28.536
dominica in domo quæ œconomia 23.5.210
domini & ſerui qui lege naturâ ve. eod.
domini in ſeruos officia & leges 23.5.210.211
donatio filijs & vxori & alijs proximis infauſta 13.6.211
Dorius modus qualis 12.17.111 & 12.18.112
dormitio mors eſt 32.16.324
dorſi partes, morbi, & remedia 28.15.259
doſis medicamẽtorum per quæ 28.33.274
draconis caput & cauda in cœlo quid 8.48.37
dux noſcat artes mathematicas 25.15 230.231
Ducis optimi militaris quæ diſciplina. eod.

Ebrietas

E

EBrietas præparat ad libidinem 40.6.496
de Ebrietatis vitio, & eius malis 46.19.523
ebrietas inſaniæ ſpecies eod.
ebrietas quib. fuit cauſa mortis eod.
ebrietatis & edacitatis antidotum 40.20.524
cheneis piſciculus remora nauis 26.3.238
echo quid & quomodo fiat 12.4.100
ecliptica linea quid 8.10.8
eclipſes Solis & lunæ quomodo fiant 8.48.37.38
in Eclipſibus lunæ cur ſonitũ & tinnitum æris mouebant Romani 7.48.38
ecnephiæ fulmen quid 35.22.234 & 35.32.406
edaces ad prodigium vſque aliqui 40.18.519
effectus carminum & vis 19.8.189
elementa omnium materia 10.9.74
elementa ſingula in ſingulis dominantia diſtinguere 11.3.86.& ſeq.
elementa vocis, ſunt literæ 16.3.150
elementorum mundi natura; & ſummaria eorũ mixtionis deſcriptio 28.7.254. & ſeq.
elementa tria, aer, ignis, aqua ſine odore & ſapore proprio 35.36.413
elemẽta quatuor quomodo in plantis concurrãt 34.11.371
elementum quid, quodq; omnium elementorum materia vna, ordo, & ratio eorũ 35.1.377
elementa quatuor tantum nec plura nec pauciora 35.2.379 reiectæ ibi contrariæ opiniones. eod.
elementum vnum, per ſe nihil generat ſolum 35.2.379
elementorum cathena & conſenſus eod.pag.380
elementorum ſexus & potentior pars 35.3.380
elementa agentia & patientia quæ eod.
elementis omnibus ineſſe animalia propria 33.12.336
elementum rei cuiuſque quid 35.48.423
elementorum mixtio facit eſſentiam non exiſtentiam 36.1.424
elementorũ mundi qualis mixtio & an tranſmittentur 36.1.425
elementorum ſingulorum in compoſitione corporis vis et efficacia eod.p.425
emplaſtrum quid 28.53.254
encauſtica pictura quid 31.4.293
encauſtum Gallis etiã eſmail 31.17.304
engonaſis ſignum cœleſte 8.31.22
ens generale materia metaphyſices 10.2.67
ens particulare ſubiectum cuiuſlibet artis 10.7.72
ens verum, non ens falſum, &c. quid 10.7.73
ens in abſtracto in concreto, &c. de ente 10.8.73
entis phyſici conſideratio 11.3.85.86

enthy-



enthymema quid 17.17.171
epentheſis 16.8.157
ephemeridum vſum qui doceant 8.52.41
ephimerum animal 33.2.330
ephimerum animal cur amplius die non viuit 35.10.390
epithyma quid 38.35.277
epodos quid 12.20.113
equi ad liram ſaltantes 12.21.118
equus cœleſte ſignum 7.34.23
equitum militiarum ſpecies 25.4.221
equitum decuria, globus, cumulus, &c. quid 25.4.223
equites velleris aurei & S. Michaelis, &c. eod.
equorum arma 25.5.223
equorum morbi & cura 28.37.280
ericthonius ſignum cœleſte 8.25.19
ethica & ethos quid 22.1.204
ethlipſis quid 16.8.157
eunuchi propter Deum virgines ſunt 40.9.500
eurhythmia quid 30.3.289
excantationes contra grandines olim 35.19.395
excantationes contra morbos 28.24.263 cur iuuare poſſe putent 28.25.265
excantationes in India ſola medicina 28.25.266
exegematica poemata quæ 19.6.188
exemplum quid 17.19.172
exercitatio corporis & animi quæ vtilis, quæ've nocua 28.28.267
exhalationum terræ ſpecies, vnde impreſſiones aereæ 35.11.391
exhalationum ſiccarum è terra tres ſpecies 35.20.396
exordij orationis partes 18.3.175

F

FAbrilis ars quæ & quotuplex 30.1.288
fabri metallarij, lignarij, & diuerſi generis 31.21.307
fabula vocis degelatæ, loquentis 12.4.100.101
fabulæ vitandæ 19.1.142.143
fabula quid 20.1.191
faciei partes, morbi & remedia 8.14.259
facultates quæ & quot animales 33.21.344
facultas naturalis, vitalis, animalis quid. eod.
facultatis naturalis potentia quæ. eod.
fallax argumentatio in quibus conſiſtit & quomodo detegatur 17.22.173
fames comes pigritiæ 40.24.531.& ſeq.
famulorum leges domeſticæ 23.5.210.& ſeq.
faſciæ chirurgicæ quotuplices 28.34.276
fatum priſcillianiſtarum 8.52.41
fanago quid 33.7.242
febrium diſtinctiones & vnde 28.26.267
febres qua parte die & hora ingruant 28.31.272. & ſeq.
febrium dignotio ex linguæ aſpectu vnde 33.27.348
de Felle 33.31.350

G

*felle animalia carentia.* eod. pag. 351

*ferri generatio* 37.9 439

*ferri fabri* 31.20.306

*ferro colores imprimere vt ſcias.* eod.

*ferrum quomodo molleſcat.* eod.

*ferrum quomodo indureſcat.* eod.

*ferruminatio æris quæ ſit* 31.19.305

*feriæ indictæ & litationes ob terræmotum* 35.30.409

*feſtiuis diebus ſaltatum apud Ethnicos* 12.19.113 & 21.116

*fibrarum & neruorum differentia* 33.18.341 & ſeq.

*de Fide bona* 40.29.536

*fidei noſtræ finis* 28.3.250.251

*fides in genere quid* 39 15.458

*fidei diuiſio & omnia ferè negotia ex fide pendere* 39.16.458

*fides cur exſoluenda & fidei templum.* eod. pag. 459

*fidendum non eſſe vllis rebus humanis nec hominibus* 39.17.460

*fides 12. acceptiones* 39.18.462

*fides alia informis ſine charitate, alia formata cum charitate.* eod. pag. 462

*fidei Symbolum Chriſtianum quotuplicis cõceptionis.* eod.

*fides theologica quid, & plura de ea virtute* 39.19.463

*fidei principia indemonſtrabilia.* eod. pag. 465

*fidem eccleſia catholica docet & conſeruat.* eod. pag. 466

*fides acquiſititia ex auditu, alia infuſa donum Dei.* eod.

*fidei interiora & exteriora opera quæ ſint* 39 20.466

*fides Saguntborum & Aquileienſium in Romanos.* eod.

*fides vt viuat opera exigit.* eod.

*fides in Deum ſanctorum Martyrum.* eod.

*fidei aduerſantia* 39.21.468

*figura geometrica quid & quotuplex* 13.4.121

*figuræ & modi ſyllogiſmi* 17. c.10. & 11. pag. 166.167

*filij mali cur plerunque ex malis parentibus* 21.4.169

*filiorum educatio qualis* 23.6.211

*filijs nihil donandum pendente vita.* eod.

*filiorum ſolicitudo grauis parentibus* 40.14.510

*fimus calefacit* 35.44.420

*finis adeptio perfectionem facit* 10.15.146 & ſeq.

*firmamentum cœlum cur* 8.18.14

*in Firmamento ſunt ſtellæ fixæ.* eod. 14

*flamma quid* 35.6.384

*flos vnde naſcatur & fructus* 34.6.369

*flores cur non viridis; ſed alterius coloris* 34.12.372

*flumen ſignũ cœleſte* 8.24.19

*fœlicitas non eſt in virtute* 22.1.204

*fœminæ non debent intereſſe conſortijs hominum* 40.9.501. & ſeq.

*fœminarum fœditas & deteſtatio* 40.14.511 & ſeq.







*de Forma & materia prima* 10.9.73

*de Forma vt principium eſt naturale, quid de nomine diuiſioneq; eius* 11.7.92

*formicæ aurum eruentes* 37.5.438

*fornicationis mala* 40 6.288

*de Fortitudine & quid* 39 8.451

*fortitudinis diuiſio in quinq; ſpecies* 39.9.453

*fortitudo animaliũ quæ.* eod.

*fortitudo quomodo differt à patientia* 40.23.529

*fortunæ plurimum Ethnici in bello tribuerũt, nos Deo* 35.5 231

*de Fraude & dolo* 40.27.534

*fraudulenti tandem decipiuntur* 40.28.536

*fraudes circa pãnos* 24.8.218

*frigidæ complexionis rei effectus & ſigna* 34.15.374

*de Frigido, calido, ſicco, humido, actu, vel potentia* 35.42 419

*frigiditas quid & eius facultates.* eod.

*frigus quo pacto induret* 36.3.427

*frumenti partes & nomina* 34.8.370

*frutex quid* 34.2.364

*fulones qui* 24.7.217

*fulgur, fulmen, fulgetrum quid* 35. cap. 21 & 22. pag. 397

*fulgurationis præſagia* 15.23.253

*fulminis lapis quomodo generetur* 35.22.403

*fulmen prius quatit quàm audiatur vel videatur* eod. pag. 403

*fulminum differentiæ.* eod.

*fumus quid* 35.6.382 & 33.37.358

*funera polluere credebant & Ethnici* 40.11.505 & ſeq.

*fungi planta ſunt* 34.5.368

*funiculus mẽſuræ inſtrumentum* 13.7.124

*fuſio metallorum quomodo ſit facilis* 31.17.304

*fuſio æris quibus facilitatur* 31.19.305


G


*GAlaxias circulus* 8.37.25

*Galena plumbi vena* 37.8.439

*gaſtrimargia & opſophagia quid* 40.18.519

*Gatis idolum ſemipiſcis* 28.5.287

*gaudio mortui* 28.25.266

*gemmarũ adulteratio ex quibus* 31.22.307

*gemma quid* 36.4.429

*gemmarum verarum à falſis dignotio & vitia* 36.5.430

*gemmarum vires vnde* 36.5.431

*de Geminorum ſigno* 8.26.20

*generatio non eſt ab ideis, &c.* 10.8.73

*genethliaci vnde orti* 8.51.39

*genus quid* 17.1.161

*geometria acuit ad omnes artes animum* 13.1.121

*geometriæ proportio quæ & in quibus.* eod.

*geometriæ nomen, finitio, diuiſio* 13.2.121

*geometrica mẽſuræ inſtrumenta* 13.7.123

geſtus oratoris cum voce conſentire debet 18.7.178
geſtus qualis in dicendo totius corporis eſſe debeat 18.8.179
geſtus manus & digitorum in dicendo qualis ſit 18.9.179
geſtus vitia 18.10.180
glacie animas torqueri auditu 32.11.317
gladius quid & diuerſæ eius ſpecies 25.5.224
gladiatoribus ludus initio bellorum à Romanis exhibitus 29.1.283
gnomonicæ architecturæ pars 30.4.290
gommiſſe quid 31.13.302
graduū ſigniferi diuiſio. eod.
gradus menſura 13.8.124
gradibus cœleſtibus quot milliaria & leucæ reſpondeant in terra 13.8.126
graduum temperamentorum plantarum dignotio 34.13.372. & cap.14. pag. ead. & 373
gradus caloris ignis varij 35.7.385
grammatica quid & an ars 16.1.148
grādinis generatio 45.19.395
grādinum ſpeculatores & depulſores. eod.
gratiarum pictura & gratia gratiam parit 39.25.473
gratis nihil fieri 23.7.212
de Gulæ vitio 40.18.519
gula quid. eod.
ob Gulam morbi et mala. eod. pag. 520
gutturis & colli partes, morbi, & remedia 28.13.258
de Gutture 33.28.349

H

Hæreſis Sabelliani de creatione hominis 9.3.63
halo ſiue corona circa Solem, lunam, & aſtra vnde 31.35.410
halonis præſagia quæ tempeſtatum. eod. pag. 412
harmoniæ diuiſio 12.9.103
haſtilia diuerſi generis 25.5.224
Hebraicæ literæ aliarum literarum apud nationes fontes 16.3.151
hebraicarum literarum, punctorum, & motionum diuiſio 16.6.155
Hecla mons mirabilis ſpectris 32.11.317
Helena ignis nautis quid 35.20.396
herba quid 34.2.364
herbarum partes nominatæ 34.7.369
Herculis ſignum cœleſte 8.31.22
heſperus planeta qualis 8.45.34
hiſtoria quid, & quòd veritatem contineat 20.1.191
hiſtoriæ ſpecies 20.2.191
hiſtoriæ lectionis vtilitates 20.3.192
hiſtoriæ ſcribendæ præcepta 20.4.193
Homeri poeſis an recipienda in Repub. 19.1.181
homo mundi epitome 9.1.60
homo vt Deum colat factus 8.5.3
homo magnum & paruum quippiam 9.1.60
hominis compoſitio ex omnib. rebus participat, omnium menſuræ, duplexque homo interior & exterior & alia de homine. eod. & ſeq.
hominum vnum genus, & qui contrariū cenſeant 9.2.62
hominum diuerſæ ſpecies & formæ. ibid.
de Hominum prima origine variæ reiectæ ſententiæ 9.3.62.63
de Hominis creatione Rabinorum error 9.3.63
homo planta inuerſa 11.3.87
hominis forma quomodo anima 11.7.92 & ſeq.
hominis proportiones qui tradant 12.8.103
homo præſtātiſſimum & propriè animal 33.2.329
eius cauſa omnia. eod.
homines ſine cibo viuentes 35.10.387
homines num poſſint, & quantum, ſine cibo viuere, et cur ita viuant. eod. pag. 388
homines odore & nidore carnium aſſarum viuentes 35.10. pag. 390
hominum omniū inter ſe proximitas & ſocietas 39.25.473 & ſeq.
hominis conditio quam miſera 40.3.489
honoribus quare non ſuperbiendum 40.3.490
horas quæ plātæ per diem indicant 36.7.432
horarum diei diuerſitas vnde 8.43.31
horas 24. numerandi varij modi 8.44.33
horologiorum nomenclatura. eod.
horæ quibus ſinguli humores in corpore vigēt 28.31.272
hoſpites qui 39.27.475
de Horizonte 8.7.5
humiditatis rei ſigna 34.14.373
humiliari non ſuperbire oportere 40.2.477
humorū quatuor corporis humani, natura 28.7.254
humorum in corpore per horas & dies circuitus 28.31.272
hyades ſtellæ cur dictæ 8.25.20
hyda menſuræ genus Anglorum 13.8.125
hydra ſerpens ſignum 8.28.21
hydropiſis vnde 28.17.260
hyems quando incipit 8.33.23
hypermixolydius modus muſices quis 12.17.105
hyphe quid 16.8.158
hypocrita inſignis vermibus miſerè exeſus 35.10.389 & 390
hypodorius muſices modus qualis hodie 12.17.110
hypolydius modus quis. eod.
hypophrygius quis. eod.
hypothetica propoſitio quæ 17.5.163

I

Iatraliptæ qui medici 28.25.277
ichnographia quid 13.4.117 & 30.3.289
ideas negat Ariſtoteles, Plato affirmat 10.8.73
idem & diuerſum quot modis dicatur 10.11.73
idololatria poetarum 19.1.182.183
idus et iduare quid 40.8.500
de Iecinore 33.31.350

ieiunium triennij 35.10.388
ieiunium quadraginta dierũ & pauciorum. eod.p.388
ignauia, vide Pigritia.
ignis qualis, qui expuitur ab ſtellis 8.19.15
ignis accenſio, ſignum tempore militari 25.6.225
ignita arma 25.13.229
ignis elementum ſuperius 35.1.377
ignem eſſe elementum aduerſus ..gantes docetur 35.2.379
in Igne naſci & viuere quædam animalia. eod.
de Igne, eius diſtinctione & calore diuerſo 35.4.381
ignem omnib. rebus ineſſe docetur 35.5.382
ignis inextinguibilis in templo Dei & apud alias gentes. eod.
ignis triplici modo fit, propagatione, coitione, &c. 35.6.384
ignes fatui qui. eod. & 35.20.396
ignis, flammæ, carbonum, & cineris diſtinctio 35.6.384 de ardente, vrente, & alijs gradibus. eod.
ignis colorisque varij gradus 35.7.385
ignes volantes in cœlo, nauibus, & alibi vnde & ſtellæ cadentes 35.20.396
ignorantia à duplici cauſa 10.3.69
ignorantia ſui ſuperbiam facit 46.2 493
Ieſus quid ſignificet 28.3.250
imaginum per fuſionẽ & plaſticen ars 31.16.303
immortalitatem animæ negauit Plinius 32.16 325
imagines qui amarunt luxurioſè 39.28 479
imparitas numeri an vim habeat in dieb. decretorijs & pillulis diſputatio 15.10.144
imparis numeri vis. eod.
impietas quid 39.31.484
impoſtor heremita ieiuniũ fingens 35.10.389
de Impudẽtiæ vitio 39.7.432
impudentia & impudẽs quid, quodq; ſit vitium, meretricum 40.30.537
de Inani & vacuo diſputatio 11.14.97
incantationes per carmina 19.8.189
incantatio, vide Excãtationes.
incipiendum à notioribus 17.14.169
inciſiones chirurgicæ quotuplices 28.34.275
incontinẽtia quid & eius pediſſequæ 39.13.456
indefinita quid propoſitio 17.5.163
indictio quid 8 43.32
inductio argumenti quæ ſpecies 17.18.171
indigeſtio mater omnium ægritudinum 28.17.260
infidelitas quid 39.21.467
infinitum à finito non comprehenditur 10.3.98
infinitum 4. modis, & eius & finiti conſideratio & quid 11.12.98
inferorum dicitur deſcẽſus in hecla monte 32.11.317.318
inferi inferiores et ſuperiores Ethnicis etiam crediti. eod.


nos




nos quid Chriſtiani ſentiamus de illis 32.13.320
inferni ſeptem nomina Hebræis. eod.
inimici diligendi & gratia afficiendi lege Chriſtiana 39.27 476 ibiq; rationes ſacræ pag. & Ethnicorum.
iniurias obliuiſcendas & remittendas 39.27.476 & 40.22.521
de Iniuſtitia & eius comitibus 39 5.448
inſaniæ ſpecies ebrietas 40.19.623
inſectorum animalium conſideratio 33.3.330
inſitionis quinque genera 34.4.366
inſpiratio Dei in faciem hominis quid 9.3.63
inſtrumẽtalis muſica 12.9 103
inſtrumentorum muſicalium ſpecies. eod.pag.104
inſtrumenta quibus ad menſuram geometræ vtuntur 13.7.123
inſtrumenta Dialectices quæ 17.1.161
inſtrumenta textoris 24.4.215
inſtrumenta militaria inuaſibilia & defenſoria 25.5.223
inſtrumenta nauium 26.4.239 & 26.7 242
inſtrumenta agriculturæ neceſſaria 27.5.248
intelligentia quid & officium eius 33.32.262
intellectualis virtus & quotuplex 22.2.204
intemperantia 39.13.456
inteſtinorum in ventre ordo 28.17.260
de Inteſtinis 33.32.351
inuẽtio oratoris quid 18.3 175
inuiſibilia aeris animalia 33.12 336
inuidia quid 40.5.512
inuidia morbus humani generis eod.
inuidia nulla inter diuerſæ profeſſionis homines. eod.
inuidia inuidum eſſe minorẽ inuiſo teſtatur. eod.
inuidia pati præſtãtius quàm inuidere. eod.
inuidia virtutem & præſtantiores comitatur. eod.p.513
inuidia vt differt ab odio. eod.
inuidia calumniæ proxima et mater. eod pag.513
inuidia virtutis, oppreſſi. eod.
inuidorum conſortia cur vitanda. eod.pag.514
inuidi & inuidiæ deſcriptio & ſigna corporalia. eod. pag.516
inuidiæ quid medeatur actiuè et paſſiuè 40.16.517. et ſeq.
Iouis planetæ natura, color, & prognoſtica 8.40 28
iræ regum cedendum quare 21.8.202
ira febres generat 28.25.266
ira & odium quomodo differant 39.28.477
iræ furor breuis 40.21.526
iræ antidotũ & remedia actiuè & paſſiuè 40.22.p.ead.
irati vultus turpitudo. eod.
iram placant ſermones molles. eod.pag.527
ira quid 40.21.525
ira aliquando ſine vitio. eod. pag.531
ira vnde in homine naſcatur. eod.

ira iniquior diuturnior. eod.
ira mortalium debet eſſe mortalis. eod.
iræ circa Solem & lunam vnde, & varia nomina 35.35.390
iridis prognoſtica in tempeſtatibus. eod.pag.412
itineris quãtum fecerint quomodo nautæ metiantur 26.10.278
de Iudicio vltimo ſeculi 32.17.325
iugerum quid 13.8.126
iuleb quid 28.35.277
Iupiter planeta & eius tractatio 8.40.28
iuris tractatio cur hic omiſſa 21.2.194
iuſtitia huius temporis, iniuſtitia eſt 39.1.444
iuſtitia quid, laudes, & vis 39.2.444
iuſtitiæ diuiſio 39.1.446
erga Deum, patriam, parentes, &c. eod.
iuſtitia particularis diſtributiua, commutatiua, arithmetica, geometrica, &c. quid. eod.
iuſtitiæ alia ex ſacris literis diuiſio in Moſaicam, euangelicam, &c. 39.4.447

K

KIſti fellis quid 33.31.351

L

LAborare in malis potius inertia ad bonum 40.25.532
labores maiores pro præmijs maioribus ſubeundi. eod.
labores detrectans non eſt cibo dignus. eod.
lacteus circulus & de eius cauſa ſententiæ 8.37.25
lætitia liberior à caſtis aliena eſſe debet 40.10.503
lanificium quid 24.3.214.215
lanificij, cauſa ſeditio. eod.
lanificij artis, diuiſio 24.4.215
lana quid 24.6.217
lana ſuccida elotaq́; &c. eod.
lanificij opus & progreſſus vſque ad pannum 24.7.217
lanigeræ arbores 24.10.219
lapides fulminis vnde generentur 35.22.398
lapidicinarum diuerſitas 36.4.429
lapides num viuant diſputatio 36.8.433
lapides num creſcant. eod.
lapides num pariant. eod.
lapis magnetis 36.7.432
lapidum generatio 36.3.427 & 37.2.435
lapides ſpongioſi natantes 36.3.427
lapidum coniugia. eod.
lapides quomodo in aquis generentur 36.3.428
lapideſcit minimè arena. eod.
lapis in aere vt generetur. eod.
lapis ex lithoſpermo herba. eo.
lapidum diuiſio 36.4.429
laquei chirurgici 28.33.274
latitudo & longitudo mundi 8.8.6
latitudo & longitudo zodiaci 8.10.8
latitudo & lõgitudo zonarum 8.13.11
latitudo & lõgitudo ſtellarum 8.20.16
latitudo quid 13.3.121
laudare, calumnia aulica 40.27.534


lectio-




lectionis emẽdatæ obſeruationes 18.6.178
lectio librorum laſciuiorum et malorum, mores corrumpit 19.1.182
leno peſsimus, impudicus liber 19.1.182
legiones quot militibus conſtabant & quotuplices 25.4.221
leporis venatio quando tempeſtiua 29.3.285
lepus ſignum cæli 8.26.20
leuca quid 13.8.126
lex quid & quare 39.29.480
legum obſeruatio quid et quare neceſſaria eod.pag.479
leges magiſtratibus regulã præſcribunt, quæ ab illis nequit corrigi 39.29.480
lege Thuriorum non niſi cum laqueo collo circũdato quis legum abrogationem petebat. eod.pag.480
legibus tantum principes ſoluti & quare. eod.
leges diuinæ principes quoq; tenent. eod.pag.481
legislatores ſunt medici 28.5.253
libidinoſam ſtatuam proponẽs pœna affectus 19.1.183
libido ſeu luxuria ſede reges pepulit 21.4.197
librorum antiquorum materies 16.10.159
libri Dictys Cretenſis quando inuenti. eod.pag.160
libra ſignum quale 8.29.22
libri mali & impudici tollendi 19.1.182
licia quid 24.4.215
ligaturæ faſciarũ chirurgorũ multiplices 28.34.276
limbus quid 32.15.322
linea ecliptica quæ 8.10.8
linea quid & diuiſio 13.3.121
de Lingua & eius compoſitione 33.27.348
lingua ſpõgioſa & cur diuerſitatẽ febrium oſtẽdat. eod.
lini opificia 24.9.218
litera vocis & mentis ſimulachra retinent 16.1.148
literati qui 19.2.149
literæ ſigna pronũtiationis 16.3.150. & ſeq.
literarum diuerſarum gentiũ diuerſi characteres. eod.
literæ quæ & quot & quales Latinis, Hebræis, Græcis, &c. 16.3.151
literarum Latinarũ, Hebraicarum, & Græcarũ diuiſio 16.6.155
literæ affines charactere & pronunciatione 16.4.153
literarum emendata pronunciatio 16.5.153
localis motus quid et quot eius ſpecies 11.10.95
loci argumentorum plures 17.20.172
loch quid 28.36.277
locuples vnde dicebatur quis 27.1.246
logica vnde dicta, vide Dialectica.
longæ & breues ſyllabæ vnde cognoſcantur Hebræis, Græcis, Latinis 19.3.185
longitudo vide latitudo.
loquutio num idem quod vox & quot propria hominum 12.4.102
loquendi formulæ in poteſtate vſu communis 16.1.148

lucri cupiditas malorũ cauſa 40.4.491.& ſeq.
ludus gladiatorius in initio bellorũ exhibitus 29.1.283
ludus venatorius quid 29.2.285
lumen videndi medium 14.3.128
lumen viſum variat 14.4.128
lumen & lux in quo differant 14.5.130
luna quare maior cæteris planetis videatur, & de ea tra- ct..o 8.42.35.36
lunam cur veneficijs infici putabant ethnici 8.48.38
lunæ eclipſis. eod.
lunæ motus tabella 8.54.25
lutum quid 35.44.420
lux quomodo diuidatur in primam, ſecundam, minimam 14.6.130
lucis diſtinctio obſeruata in pictura 31.5.294
de Luxuria & libidine et quibus alantur 40.6.494
luxuries in plantis quid. eod.
luxuriæ nomẽ latè patet extra venerem. eod.
luxuria homicidiorum et bellorum cauſa. eod.
luxuriæ antidotũ 40.10.502
luxuriæ cauſæ vitãdæ & quæ ſint illæ. eod.
lyra ſignum cæli 8.33.23

M

MAchina quid 24.2.214
machinatio architecturæ quid 30.5.290
de machinatione ſcãſoria, pneumatica tractoria. eod.
machinamẽta chirurgica 28.34.276
magiſtratus delectio qualis eſſe debeat 21.7.201
magiſtratus ne ſint venales quare. eod.
de Magnete lapide 36.7.432. & c.8.p.433
magneti aduerſantia. eod.
magnetis vſus nautis 26.10.243
magnanimitas, vide fortitudo.
magnitudo quid 13.3.121
magnitudinibus omnibus cõmunia 13.6.123
magnitudinum termini. eod.
magorum ſuperſtitiones & remedia à Deo prohibita 28.24.263
maleficia maleficijs non eſſe tollenda 28.24.263
mandatorum diuinorũ recordatio à peccatis abſtrahit 40.10.502
mannæ quot ſpecies 35.17.394
manſiones lunæ quæ & quot 8.47.35.36
manſum menſuræ ſpecies 13.8.125
manus in dicendo geſtus 18.8.179
manuum partes, morbi, & remedia 28.20.261
manus hominis & partes 33.30.179
mare à luna inflatur 8.47.36.& ſeq.
mare elementũ aquarum natura dulce & vnde ſalſum 35.36.412
mare quid 35.39.415
maris ſalſedinis opiniones, æſtus, fluxus, nomen diuiſio. eod.p.415
maris motus duplex à luna & à loco. eod.pag.416
marium à locis quibus tranſeunt diuerſa nomina. eod.
maria





maria quando nauigio claudantur 26.2.236
mare gelatum. eod.p.236
maris pericula 26.3.236
marium natura & itinera 26.9.242
maris ſæuitiam præſagientia 26.12.244
mare turbatum tranquillari oleo 26.12.244.& ſeq.
B. Maria virgo mater Domini noſtri Ieſu Chriſti prima virginitatem perpetuã vouit 40.12.990
mariti circa vxorem leges 23.3.208
marmor quid 36.4.429
marmorum diſtinctæ ſpecies 36.6.431
martis planetæ color & natura, &c. 8.41.29
materia & forma 10.9.73
materia corporis humani, mũdi æthereorum quæ. eod.
materia nulla accidentib. eod.
materia quid 11.6.88
materiæ diuiſio in primam & ſecundam. eod.pag.88
materia num inuiſibilis, mutabilis, & informis, in ſolaue potentia prima. eod. & pag.89
materia ſecũda quid. eod.pag.91 modi variationis eius, diuiſio in propinquam & remotam, ſenſibilem & inſenſibilem. eod.
materia ſpirituũ & animarũ an ſit 11.6.91.& ſeq.
mathematica in quo cum phyſica conueniat 12.1.99
mathematicus quis et quot mathematicæ diſciplinæ. eod.
Mathematici qui fuerunt vrbe pulſi. eod.p.99
Mathematicæ diſciplinæ duci militiæ neceſſariæ 25.15.239
mechanica ars quid 24.2.214
mediũ argumenti vt inuenias 17.13.168
medicina animorũ eſt 9.5.65
medicina à medio dicta et quid 28.1.249
medicinæ diuiſio 28.2.250
de Medicina & medico ſpirituali 28.3.250
medetur philoſophia animis malis 28.4.252.& ſeq.
medicinæ corporis humani ſcopus & gradus, et an ars 28.5.253
medici logici, methodici, empirici, qui 28.6.254
medicus incipit vbi deſinit phyſicus 28.7.254
medicinæ elementa. eod.
medicinæ ſummaria et methodica explicatio. eod.
medici olim nulli & quomodo morbi ſanarentur. eod.
medici Aegyptijs ſingulorum morborum. eod.
medicinæ praxis quid agat 28.32.274
medicamẽta et pharmaca quæ & quare adhibeantur 28.33.274
medicamenta nobis domeſtica, mediciq; olim inuiſi 28.36.278
medicina veterinaria quæ & circa quæ animalia 28.37.280
medicamẽta qua methodo & ordine propinãda 28.33.374
medulla arboribus ſtomachus 34.5.367
meduſa ſignũ cæleſte 8.24.19
melodia

melodia ex quibus conſtet 12.9.104
Meltides ſtultus 15.1.132
menſurarum inſtrumenta 13.7.123
mēſura triplex altimetria, planometria, ſtereometria 13.7.124
menſurarum gradus & partes 13.8.124
menſuræ quid & quatuplex 15.12.145 & ſeq.
metallorum vt facilis ſit fuſio 31.17.304 & ſeq.
metallum vnde dictū 37.1.435
metallorū generationis diuerſæ ſentētiæ 37.2.535 & ſeq.
Metallorū diſtinctio 37.3.436
metallorum inuentores 37.8.439
metalla inutilia pecuniæ ſine vſu 40.5.495 & ſeq.
metaphyſica generalia generaliter conſiderat vt ad vnum reducat 10.2.67 & ſeq.
ſubiectū eius ens, vnū. eod.
metaphyſicæ quas faciat Ariſtot. præire quæſtiones 10.4.69.70
metaphyſicorū librorum Ariſtotelis compendiū lib.10.et cap.4. 5. 6. & ſeq. fol.69.70 & ſeq.
menſis ſolaris, vſualis, lunaris quid 8.44 33
menſibus Cōmodus Cæſar voluit nomina mutare. eod.
menſura omniū homo 9.1.60
mercurij planeta qualis 8.46.34.35
menſtruatæ cur viſu inficiant 33.35.354
meridies vnde & media nox 8.9.7
meridionalis circulus. eod.
metatheſis quid 16.8.158
metrica ars, pars numeri 19.1.180.181
de Metris. vide Poetria
Metempſychoſis improbata 32.5.313
meteora tractantur lib.35. Syntax.
meteoron ſubdeſcendens quid 35.21.396
metus quid 39.22.468
milliare & eius ſpecies 13.8.124.125
militia cœli adorata 8.22.17
militis nomen vnde 25.1.220
militiæ diuiſio 25.2.220
militia acquiſititia ars 25.3.220 & 221
miles ſtipendiarius qualis ſit. eod.
militia ſine arte primum. eod.
miles vt fieret olim. eod.
militiæ armatæ diuiſio, et partes 25.4.221
militares perſonæ quæ. eod.
militiæ quatuor neceſſaria 25.14.230
militaris diſciplina & exercitia militum 25.16.231
militarium legum ſumma capita. eod.
militares pœnæ 25.19.233
miſerationes Dei quā magnæ 39.24.472
mixolydius modus muſices qs 12.17
mixtio elementorum quomodo differat à generatione, & alteratione, & alijs 36.1.424
modales figuræ ſyllogiſmi 17.12.166
modulationum componendarū regulæ muſices 12.15.109







modi muſices antiquorum ad noſtros redacti 12.16.110
monadici numeri ſymbolum 15.11.144
Monarchia quid 21.3.195
monetarij fabri, quæve illis neceſſaria 31.18.305
monetæ inalbatio. eod.
mons Hecla animarum habet pœnas 32.11.317
montes cur lapideſcant 36.3.427
de Morali philoſophia, et quid 22.1.204
morales virtutes quæ 22.2.205 vnde comparentur 22.3.205
mores boni ex inſtitutione, vſu, & doctrina 22.3.205
mores nunc iniuſtum pro iuſto habent 39.1.444
mores iuuenū libris corrumpuntur impudicis 19.1.182
morbi medicina curantur 12.18.111
morbi acuti & chronici qui 28.31.271
morbus quid 28.1.249
morbis animæ medetur philoſophia 28.4.252
morborum omnium & remediorum librum compoſuit Salomon 28.7.255 & 256
morborum cauſæ 28.23.261
morbos à Deo immitti incogni tos. eod.
morbos à Dæmonibus immitti Dei permiſſu, ſed non ab ijs petendā ſalutem 28.24.263
morbi proprij certis tēporibus & flantibus quibuſdā ventis 28.26.266
morborum fontes in bili et pituita. eod.
morborū ſigna indicare principium, medium, & finem 28.30.269
morbi arborum 34.17.376
morborum dignotio ex linguæ inſpectione 33.27.348
mors dormitio quædam 32.16.322 & ſeq.
mors omnibus communis 21.6.200
mortis recordatio diſſuadet peccata 40.10. & 40.3.492
mortuus vermibus abſumptus 35.10.390
Moſes primam Hebræā grammaticam tradidit 16.3.151
motiones literarum Hebræorū quot ſint et quales 16.6.155
motus primi mobilis cœli alijs cōtrarius et quales 8.16.12
motus acceſſus & receſſus ſtellarum fixarum ſeu titubationis quid 8.18.14
motus localis quotuplex 11.3.85 & ſeq.
motus animalis & ſentiendi inſtrumēta nerui 33.18.341
de Motu & quot ſpecies & quomodo fiat 11.10 pag.94
decem ſpecies eius Platoni, ſex Galeno. eod.
motus calorem & ignem excitat 35.1.377
motus ſtellarum fixarum qualis 8.36.25
mulieris gubernatio ardua 23.3.208
mulieris quale ingenium. eod. vide & fœmina.
mulieribus olim honeſta, nūc turpis & quare ſaltatio 12.11. tot. cap.
multiplicatio numerorū quid 15.7.140

mundus cœlum dicitur 8.1.3. Quid. eod.
mundus, num animal, de prouidentia eius Dei. eod. pag. 2. vnus 2. materialis 8.2.2 quomodo caballiſtis plures. eod. materia ſecundum antiquos 8.3.2 forma rotũda 8.4.3 à Deo factus 8.5.3
de Mundi creatione errores 8. 5.3
mundi diuiſio per circulos. 8. 6.4 ſecundum ſubſtantiam in æthera et elementa 8.14. 11
mundus quo menſe creatus 8. 43.32
mundus num reſpiret 11.14. 97
mundi diuiſio ſecundum geographos 13.6.123
mundi alia geographica diuiſio generalis 13.8.124
mundus conflagraturus 35.5. 382. & ſeq.
mus venditus permagno pretio ad eſcam 40.4.493
muſca quibus abigatur 39.11. 456
muſculus quid, quot qualesq́; in homine 33.22.345
muſica diſciplina; & vnde dicta 12.3.102
muſices toni vnde formati. eod.
muſices inuentor 12.5.102
muſices diuiſio 12.6.102
muſica cœleſtis quid. eod. et 12. 7.103
muſices melodiæ tres ſpecies voce, manu, vel ex ijs conſtantes 12.9.103
muſica vocalis quid et eius ſpecies 12.10.105
muſicorũ voces quid 12.11.104
muſicalis duplex ſcala. eod.
muſica harmonica, chromica, diatonica, quid. eod.
muſices diaſtema, ſyſtema, figura, tactus; pauſa, puncta explicata 12.12.107
muſices diſcordantiæ & concordantiæ quæ 12. cap. 12. & 13.118
muſico ſummatim conſideranda 12.17.111
muſices vis & effectus mirabilis 12.18.111
muſica quare nunc illiberalior 12.21.115
muſtella quibus abigatur 39. 11.456

N.

Narratio orationis qualis ſit 13.3.175
de Naſo, partibus, morbis, & remedijs eius 28.11.258
natura cuiuſq; rei quid 11.1. 83. & ſeq.
natura vniuerſalis quid. eod.
naturæ diuiſio 11.2.85
natura rei elementorũ eſt coagulatio 36.1.426
naturales res quomodo inquirantur 11.3.85
naturalium rerum perfectionum gradus. eod.
nauigare quid; & nauigandi primordia 26.1.234
nauigãtes nec inter viuos, nec inter mortuos numerantur; diſtant quatuor digitis à morte. nauigantium audacia, execratio, nauium vſus eod. pag. 26.1. 2. 3. fol. 234. & ſeqq.
nauigabiles aquæ quæ; nauigationisq́; tempus 26 2.236
nauigationis picula 26.3.236
nauigare cum impijs habitum periculoſum. eod. pag. 237
nautæ omnes ferè improbi 26. 3.237
naues piſciculus Echineis remoratur. eod.
nauis quomodo ſi ſit vetuſta dignoſcatur. eod.
nauibus quibus nauigatũ & de earum inuẽtione, materia corij, ligni, ſcirpi, arundinis, teſtudinaria, formaq; rotunda, longa, clypeata 26. 4.238
nauium fabricandarũ lineamenta prima vnde mutuata. eod pag. 239
nauium diſtinctiones & nomenclatura 26.5.240
nauium partes 26.6 241
nauigia quando tempeſtiua 8. 25.20.21
nauigandi generaliter præcepta 26.8.242
de Nautica pixide 36.10.243
nauta ſciat prædicere tempeſtates 26.12.244
nauta quæ ſcire debeat in ſumma 26.14.245
naualis pugna & eius armamenta 25.13.229
nauium inſtrumenta, nauium genera; & naualis pugnæ cautiones. eod.
nebularum cauſa 35.12.391. vide Nubes.
neceſſitatis leges ad multa cogunt 24.1.213
negligenter & oſcitanter agere pigritiæ adſcribitur 40. 24.533
neruus quid 33.43.362
nerui viſus 14.1.126. & 127
neruorum officia & vis 33.18. 341
neruorum diſtinctio & ortus in corpore. eod.
neruorum & fibrarũ diſtinctio. eod.
neruos quæ lædant. eod.
nitrum quid & duplicis ſpeciei 38.1.440
niuis generatio 35.18.394
nix, terra frugibus quam ferat vtilitatem. eod. pag. 395
nobilitate maiorum nõ ſuperbiendum. quare 40.3.490
nocumentum cuilibet rei affine adnatum 21.5.199
nomen Dei ex numero literarum efficax 15.10.133.134
notiora præcedere debent in diſciplinis 17.14.169
nox quid 8.42.30
nubium & nebularum cauſa 35.12.392
nubes quantũ à terra diſtent. eod.
nubium colores vnde. eod.
nubium et nebularum diſtinctio. eod.
nubium & nebularũ prognoſtica 35.13.392
nudum cur pudeat 40.31.538
numerus & numeratio quid 15.1.132
numerandi modi diuerſis calculis, notis, &c. eod.
numerorũ variæ notæ 15.2.133
numerorum diuiſiones in monadicum & articulum, etc. 15.3.137
numeri aliter in Arithmetica, aliter in Geometria conſiderati. eod.
numerus cubicus quis. eod.
numerorũ diſponendorũ praxis 15.4.138


numero-

Numerorum multiplicatio qd & praxis: itẽ de partitione, ſubſtractione 15.cc.5.6.7. 8.p.140.& ſeq.
numerorum vis in rebus, & diſtinctio numerorũ ex Pythagora 15.10.143
numeri impares efficaciores ſecundum aliquos. eod.
de Nuptijs & virginitate 40. 14.511

O

OBedientia militaris diſciplinæ præcipua pars 25. 16.232
obedientia debita Deo, magiſtratibus, patriæ, maioribus, & alijs 39.3.446
oblimonis iniuriarum lex lata 40.22.528
ochlocratia quid 21.3.195
oculi deſcriptio, partes, morbi, & remedia 28.9.257
oculorum proprium videre 14. 1.127
oculi diſpoſitio & humores quomodo viſum varient 14. 4.128
oculorum ægritudines. eod.
oculos primos perfici & ante omnia membra emori, & de oculis & viſu 33.34.354. & ſeq.
occulta rerum vis ſine ratione naturali 36.7.432
odium iuſtum delictorum non perſonarum delinquentiũ 39.27.474
odium quid, & de odio plura 39.28.476
odij fons & filiæ. eod.
odium & inimicitiæ vt conueniant & differant. eod.
odij & iræ differentia. eod.
Odij de virtute aliena exẽpla. eod.
odij & inuidiæ differentia 40. 15.513
odoratus canũ in veſtigijs indagandis 29.3.285
odor & odoratus qd 33.37.357
odores tot, quot ſapores. eod.
odore, flore, & nidore carniũ viuentes 35.10.390
Oeconomia quid et vnde dicta 23.1.207
œconomia viri & mulieris 23. 2.207.208
œconomia vxoria in quo conſiſtat 23.3.208.et 23.4.209
œconomia dominica 23.5.210
œconomia paterna 23.6.211
olenia capra ſignum cœleſte 8. 25.19
oleo mare turbatum tranquillatur 26.12.245
oleum prohibet rubiginẽ æris 37.7.439
oleum in ſacris literis ſignat opera bona Chriſtianorum 39.20.465.& ſeq.
de Olfactus ſenſu 33.37.357
oligarchia quid 21.3.195
oppugnationis arma 25.5.224. 225
opera Chriſtianorũ comitẽ habere debent fidẽ 39.20.465
ophiuchus ſignum cœleſte 8. 31.22
opiata quid 28.35.277
opinio mentem quodammodo firmat 10.3.69
optica pars Geometriæ 14.1.126
optica quid. eod.
orationis partes quot Hebræis, Latinis et Græcis 16.9.158. 159
Orator et rhetor quomodo differant 18.1.135
orationum tres generales ſpecies 18.2.175
oratori obſeruanda 18 3.175
oratio animi imago, & eius vis 19.8.179
orandũ pro mortuis 32.14.321
orbis, vide Mundus.
organa chirurgica 28.33.274
orionis manus 8 26.20
orion ſignum cœleſte. eod.
origa menſuræ genus 13.8.125
orientem ſolem potius quàm occidentẽ adorare prouerb. quid 40.16.518
Origenem ferunt ſeipſum caſtraſſe & quomodo 40.10. 503
os quod tibi cõtigit redito prouerb. 23.3.208
oſſiũ diſtinctiones 33.17.339. & 340
oſſium coniunctiones diuerſæ. eod.
oſſa corporis humani diſtincta. eod.
os animalibus quibuſdam in corde. eod.pag.340
os petroſum in auribus 33.36. 355
oris partes, morbi, & remedia 28.12.258
de Ore & oris diuerſitate 33. 26.348
Ortographia in architectura quid 30.3.289
ortus & occaſus multiplex ſtellarum 8.36.24
otiũ vitandũ cur 23.4.208
otium vituperabile 40.24.531
otium ſit negotioſum oportet eod. & vide in verbo piger.
otioſa vita peſſima. eod.
otioſi puniti Athenis & Romæ. eod.p.532
otioſitatis mala 40 25.533
otiũ cauſa libidinis & malorum 40.10 502
ouationis triumphus quis 26. 18.233

P

PAlmus menſura quid 13.8. 124
palmitũ propagatio 34.4.366
pannorũ opificium 24.7.8.217
pannorum multiplex quæſtus & artificia 24 8.218
pannorum fraudes 24 8.218
pannus ex pilis caprarum cilicium 24.10.219
pandora Heſiodi homo 9.1.60
pandoræ pyxis ſola ſpẽ plena 39.22.468
par & impar elementa numerorum 15 3 137
de Paradiſo fides Chriſtiana & patrum quæ 31.12.318
de Paradiſo terreſtri & Agarenorum. eod.pag 319
paralleli quid 8.8 7
parhelij quid 35.35.411
paraſanga 13 8.126
parentibus pietas debita 39. 33.485
Partitio in arithmetica quid & quomodo fiat 15.8.141
particularis propoſitio quid 17.5.163
partus diuerſi animaliũ 33.5. (332
paſſus in Geometria duplex 13. 8.124
paſtores ouium patriarchæ & reges olim 24.5 216
paternæ leges in liberos 23.6. 212
patiẽtia 40.23.529. quomodo differt à fortitudine. eod.
Patientiam animi & corporis

qui excoluerũt 40.23.529. & ſeq.
patientia à fortitudine animi quod differat 39.8.451
patriæ amorem præponendum liberis et proximis, exemplis docetur 34 32 483
pro Patria qui ſe deuouerunt. eod.pag.484
patriæ amor. eod.
patriæ proditores ſeuerè puniti. eod.
pauper quis 40.5.495
paupe‥es honorati probi. eod. 496
pecuniam Eſſeni Hebræi non habebant 40.12.306
pecunia et pecudes vnde dicta 24.5.216
pediculi demõſtrant humores corporis quo gignuntur 33. 9.334
pediculari morbi mortui 33.9. pag.ead.
pediculis ferè omnia animalia infeſtantur excepto aſino. eod.pag.334
pennarum volatilium diuerſitas 33.2.334.& 335
perfectio ſolum in Deo 10.15. 81.82
perfectio in rebus quid. eod.
perfectum & imperfectum diuerſis reſpectibus dici poteſt. eod.
pegaſus ſignum 8.34 23 (178
periodus ſententiæ quid 18.6.
perſei dextrum crus & pes in cœlo 8.25.19 (2.120
perſpectiua pars geometriæ 13.
perſuaſionis duæ ſpecies 39. 19.464
pertica menſuræ inſtrumentũ 13.7.124
pedis menſura 13.8.125
pedũ animaliũ diſtinctio quæ multipeda bipeda, quadrupeda, &c. 35.2.328.& 329
pedes ſemper pares, non impares, animalib.cur 33.2.329
pedum partes, morbi, & remedia 28.21.261
pedes carminũ quot 19.2.184 eorũ nomenclatũra & modus apud Latinos, Græcos, Hebræos.
phalangij morſus muſica curatur 12.18.111
pharmaco exhibẽdo cautiones 28.33.274
pharmacopolarum officium in quibus conſiſtat 28 25.276
phatne ſeu præſepe ſtella 8.27. 20.21
philoſophia medicinæ ſoror 24. 4.253
Phomelhault ſtella 8.34.23
Phoſphorus planeta 8.45.34
phrygius modus muſices 12. 17.& 12.18.111
phthongus muſices quid & quotuplex 12.11.105
phyſica et phyſicũ quid 11.1.83
phyſica corpora quotuplicia 11.2.3.85.86
phyſica ſcientia de quibus tractet 11.4.87
phyſicus in quo iuuet medicũ 28.6.253
picturæ megalographiæ et rhyparographiæ 31.1.291
pictura quid 31.2.292 partes, inſtrumenta, dimenſiones. eod.
picturæ artis ſummaria anacephaleoſis vmbræ eminentiæ, &c. 31.3.293
picturæ antiquorum & poſteriorum



riorum differentia 31.293
picturæ diuiſio, & inſtrumẽta 31.4.293
pingendi bene præcepta 31.5. 294
pictura quomodo ſolida refert. eod.
picturæ luces & vmbræ obſeruandæ. eod.p.294
pingendi obſeruationes pro diuerſitate materiæ in qua pingendum 31.6 295
pietas erga Deum religio quid 39.30.431 (483
pietas in patriam quid 39.32.
pietas in parentes 39 33.485
pietas in alios 39.34.485
de Pigritia ſeu acedia. eod.
piger ſibi & alijs nocet. eod.
pigri fames comes. eod.
pigrorum tres ſpecies.eod.pag. 532
pigritię antidotum et remedia 40.25.533
Pilatus, vide Pontius.
pili capitis & aliorũ vnde 23. 25.347
pili qui duriores 24 6.217
pillulæ 28.35.277
pinguedo quid, & quo differt à muſculis 33.22.345
pituita & bilis cauſis morborum recipiunt 28.26.266
piſcium ſignũ cœleſte 8.35.24
piſcari vbi & quomodo liceat 29.1.284
piſcatoria venatio & inſtrumenta 29.5.287
piſces qui nõ edebãt 29.5.287
piſces quibus pro dijs. eod.
piſces naues fabricare & regere docuerunt 26.4.42
planetarum ab ecliptica elongatio 8.10.8
planetæ quot, nomina, & characteres 8.38 26
planetarum ordo diuerſus antiquis quibus 8.38 26
in Planetis conſideranda. eod.
planetarum loca cognoſcere 8. 53 42.43
plantarum aſpectus indicare 8.54 44
plantæ indicantes ſolum ſterile vel fertile 27.5.248
planetæ quo ventos moueant 31.25 407
plantæ animalia gignentes 33. 8 333
plantæ partim animalia 33.13 337 (363
plantarum prima origo 34 1.
plantæ viuũt, ſed nõ ſentiunt, ſine ſexu eod.pag 363
plantarũ diuiſio 34.2.364 in arbores, frutices, herbas, &c. eod.
plantarum generationi neceſſaria & conſeruationi 34. 3.365
plantarum propagatio 34.4. 366 partes 34 5.367 colores 34.12.372
plantarũ temperamenta qualitatumq; gradus ſcire 34. c.13 14.15.pag.373.& ſeq.
plantarum interitus, ſenectus, morbi vnde 34.17.376
plantæ cur in alias degenerẽt. eod.
plaſtica ars eiusq; & picturæ differentiæ 31.16.303
plauſtrum ſeu vrſa maior ſignum cœleſte 8.28.21
plauſtri ruſtici partes 27.5. 248
pleiades ſtellæ 8.25.19
plethrum menſura 13.8.125

plumbo ſcriptitatum olim 16. 10.159 (439
plumbi quatuor ſpecies 37.8.
plumbi maculæ vel lineæ ex papyro quomodo deleantur 31.6.298
pluuia quid & plura de ea 35. 14.393
pluuiæ prodigioſæ lactis, ranarum, &c. vnde. eod. pag. 393
pluuiæ futuræ præſagia 35.16 394
pluuia exigua flatum magnū diſſipat & cōtra 35.31.406
poema quibus cōſtat 19.2.184
poematū ſyſtemata 19.6.188
pœnæ militares quæ maiores et minores 25.19.233
pœnæ inferorum 32.13.322
pœnitentiæ cauſa nō Chriſtianos etiam confluxiſſe ad heremum 40.12.506
poeſis num ars vel ex arte 19. 1.180.181
poetæ mente capti habiti & mendaces. eod.
poeſis aliqua reiecta à ciuitate à Platone 19.1.181
de Poeſi homerica varia cēſura. eod.
de Poeſis authoris ſententia. eod.
Pollucis et Caſtoris ignes quid 35.20.396
politia quid, & quòd anima ſit ciuitatis 21.2.194
politici magiſtratus quale officiū & ſolicitudo 21.9.203
poli mundi qui, & declinatio ab æquatore eorum 8.6.4
polares circuli & diſtantia 8. 13.11
polaris ſtella 8.28.21
polimita veſtis quid 24.4.215
ponderum diuerſæ ſpecies Romanorū et aliorū 15.13.147
Pontius Pilatus imaginū amator 29.28.479
Pontifex Max. Romæ tantum hiſtoriā ſcribebat olim 20. 2.192
populus odit virtuoſos 39.28. 477. & ſeq.
populus ne ſit iniurius quare cauendum 21.6.199
porca menſura 13.8.125
poſtes Gallis quid Latinis 13. 8.125
de Potentia & actu, & num ea actu prior 10.10.75
practicę artes duplices, actiuę, factitiæ 21.1.194
præcepta agriculturæ 27.3. 247
precioſus Ioānes alias Presbyter Ioannes 26.2.236
prædictiones ex ſideribus qui tractent 8.49.42
prædicatum & ſubiectum ſyllogiſmi quid 17.9.165
præſagia ex nubibus, et nebulis 35.13.392
præſagia ſeu prognoſtica morborum ad bonum vel malū 28.32.272
de Præſumptione 39.24.476
preſter repentinus flatus 35.32 406
prætorium in caſtris olim vbi 25.8.226
prætexta quid 24.4.215
principium vniuerſale rerum omnium 10.2.67.68
principia quarundam artium 10.7.72
principia agriculturę quæ 27. 2.247
principia phyſica prima diſputata 11.5.88
principis mores & vita exemplū ſubditis ſunt 21.5.198.
principis officium 21.6 99
principij nulla demonſtratio 17.15.169
priuatio nō eſt principiū contra Ariſtotelem 11.8.93
proles cur non valde deſiderāda 40.14.510
probationes oratori vnde parandæ 18.3 175
procyon ſtella 8.26.20
prodigus quis 40.5.492
proditores patriæ ſeuerè puniti 39.32.484
pronuntiandū quomodo oratori 18.4.177
pronūtiationis ſuſpenſiones et reſpirationes 18.6.178
propoſitio in oratione poſt narrationem quid & qualis 18. 3.175
propoſitionum accidentia verum, vel falſum, cōtingens, poſſibile 17.7.165
propoſitio quid 17.5.163 diuiſio eius eod. Quid particularis, vniuerſalis, contraria, ſubcontraria, contradictoria, ſubcontradictoria. eod.
propus ſtella 8.26.20
proportio Arithmetica et Geometrica quæ 13.1.121
proprium quid 17.1.15
proſtheſis quid 16.8.158
prouidentia Dei in mūdo 8.1.1
prouidentia vt differat à prouidentia 39.6 449
prouidentia quid & plura de ea, quod delectus bonorū & malorū virtus eius qui prę ſidet 39 6.448. & ſeq.
prudens vnde fiat. eod. p. 449
prudentiæ non innitendū propriæ. eod.
prudentia nō ineſt belluis. eod. pag. 450
prudentia falſa & ſimulata quæ 39.7.450
prudentiores filij huius ſeculi quam filij lucis quomodo 40.24.533
pruinæ generatio vt fiat 35.18. 395
pudor virginitatis cuſtos 40. 10.502. & ſeq.
pudor vbi contineatur. ibid.
pudor conſciētiæ index 40.30. 537 cōtinet delinquēdi animū. eod. vide & Verecūdia.
pudicitia aliquarum 40.31. 538
pueris nihil turpe proponi debet 19.1.181. & ſeq.
pugnāt melius equites in planis, pedites in præruptis locis & ſyluoſis 25.10.227
pugnaturo exercitu quæ obſeruanda 25.12 229
pugnandi ſignum Illyriorū & Megalopolitanorum. eod.
de Pulmone 33.32.351
pulmonem habent reſpirantia & contra 33.30.353
pulſus conſideratio 28.30.270
pulſus quid 33.43.363
pulſus ab arterijs 33.19.p.342. & ſeq.
pulueres plaſticæ artis tradūtur 31.16 303
punctum quid 13.3 120
pumicis lapidis frigiditas 36. 3.827
purgatorium animarū in glaciem & alibi 32.11.316. & ſeq. & 32.25.320

*putredo mors* 35.44.420
*putrefactio vnde fiat* 35.6.384
*pyrij pulueris pro machinis igneis confectio* 35.7.385
*pyxis nautica quid* 26.10.243

Q

*QVadratura numeri quomodo habeatur* 15.9 143
*qualitates primæ & ſecundæ quæ* 33.39.359
*qualitatum in plantis dignotio lib.34.c.13.14 15.&c.pag. 373.& ſeq.*
*quantitas propoſitionum quid* 17.5.163
*de Quantitate ſyllabarum primarum mediarum & finalium* 19.3 185
*Quæſtio generalis, non particularis dialectices eſt* 17.1 161
*quies quid et in quib.* 11.11.96
*quies iuſtitiæ filia* 39.2.445
*quietè & pacificè agere temperātiæ eſt* 39.11.454 *et ſeq.*

R

*RAbinorum in creatione hominis error* 9.3.63
*radius Geometricus quid* 13.7.124
*radij viſus qui & quot* 14.3.128
*radix quadrata & cubica numerorū quomodo habetur* 16.9.143
*radix dictionis Hebræis quid* 16.8.157
*radix os plantarum* 34.5.367 *& ibi radicis conſideratio.*
*ranæ quid ſignificant in ſacra. pag* 19.1.183
*raphe Hebræis quid* 16.7 156
*redemptionis generis humani myſterium* 31.6.414
*reflectio viſus in quibus* 14.8.131
*regulus vel regia ſtella* 7.28.21
*regula ſocietatis in Arithmetica* 15.9.142
*regnorū imperiorúmve vitia morbi,& interitus* 21.4.196 *& ſeq.*
*regis officium* 21.6.199
*reges principeſque paſtores ſunt, quidq́; malos eos reddat.* eod.
*regibus cedendum* 21.8.202
*reges agricolæ fuerunt* 27.1.246.247
*reges quare vino abſtinere debent* 40.19.523.& ſeq.
*religio ne ſit diſsimilis marito & vxoribus* 23.3.209
*religio quid* 39.30.431
*religio vitæ et ſocietatis humanæ fundamentū.* eod.p.432
*religioni opera conuenire debent.* eod.
*remedia morborum ab animalibus accepta et demonſtrata* 28.38.281
*reptilium modus replendi* 33.2.329
*Res humanæ habent viciſsitudinem* 40.2.486
*reipub. adminiſtrationis triplex ſpecies* 21.3.195 *alijs quinq;,alijs ſex ſpecierū.* eod.
*rerumpub. ſtatus quis melior* 21.4.195.196
*rerumpublicarum reuolutio, morbi,interitus.* eod.
*reſpublica corpus vnum* 28.5.253
*Reſpondendi regulæ, vide Solutio.*
*reſtim in tripudio ducere quid* 12.20
*de Reſurrectione corporū* 32.16.322.& 323 *De coniunctione animarum.* eod.
*reſurrectionem qui negarunt* 32 16.324
*reſurrectionē quæ doceāt.* eod.
*reſurrectio corporum erit in forma perfecta non rotunda vel manca.* eod.pag.326
*reſurrectionē qui inter Ethnicos faſsi ſunt.* eod.
*rhetor & orator in quo differant* 181.1.175
*rhetorica quid.* eod.
*rhytmica carmina qualia* 19.2.184
*Rob medicis quid* 28.35.276
*robuſti aliquot homines* 39.8.451
*rore viuūt cicadæ & alia animalia* 35.10.387
*roris ſubſtantia.* eod.pag.388
*ros quomodo generetur & in quo à pluuia differat* 35.15.393
*ros pruina quid* 35.18.395
*rubigo æris oleo inhibetur* 37.7.439
*Ruchabach ſtella polaris* 8.28.21
*rudarij milites qui* 25.17.232

S

*SAccus medicis quid* 29.35.277
*de Sagittario ſigno zodiaci* 8.32.23
*ſagitta ſignum cœleſte* 8.33.23
*ſalis plura genera* 38.5.442
*Salomonis liber remediū omnium morborum* 28.7.255.& 256
*ſaltatio mulierib. olim permiſſa, quæ turpis* 12.21.& ſeq.
*Saltationis inſtrumēta luxuriæ* 12.21.116
*ſaltatione otides capiuntur & aſiones* 12.21.118
*ſaltatio pars muſices* 12.19.99.100 *ibi de ſaltationum origine, figura, & cauſa, generibus, cū cantu, ſine cantu, &c.*
*ſaltationes ſcenicæ quæ* 12.20.114
*ſanitas quid* 28.1.334
*Sanctus, ſanctus, ſanctus quādo publicè in eccleſia dictū* 35.34.409
*ſanctitate non ſuperbiendum* 40.3.490
*ſandaracha quid* 37.8.439
*ſanguis an anima, vel in eo anima* 32.1.308.& ſeq.
*ſanguinis riuuli venæ* 33.10.335.& ſeq.
*ſapa quid* 28.35.277
*ſapor in lingua ſedē ſenſus habet* 35.27.348
*ſapores vnde* 33.38.359
*ſapores.8. & effectus eorū* 34.16.374
*ſartai ſtella* 8.24.18
*Saturni planeta, color, & natura* 8.39.27
*ſaxum quid* 36.4.429
*ſcenographia* 13.4.122
*ſchænos menſura* 13.8.121
*ſcientia nō eſſe ſuperbiendum quare* 40.3.490
*ſcientiarum diuiſio* 9.4.63
*ſcientia rerū naturaliū nō ſatiāt animū* 10.1.66.& ſeq.
*de Scorpionis ſigno zodiaci* 8.31.22
*ſcriptū olim in multiplici materia* 16.10.159
*ſcribendi ſecretè modi* 16.10.160
*ſcribendi bene cautiones* 16.3.150

ſtulpendi vel cælandi formulæ 31.14.302
ſculpturæ & cælaturæ differentiæ. ibid. & ſeq.
ſecretum regis nō euulgandū. 2. 6.200
ſemine omnes fere plantæ natæ, & vnde aliæ 34.3.365
ſenectus ſicca & frigida eſt 35.4 381
de Senſu & eius diuiſione 33.33.353
ſenſus quinq; , totidem eorum ſen[illegible]ia & inſtrumēta. eod.
ſenſibus communia 33.40.360
ſenſus interiores qui & quot 33.41.446
ſenſus communis quid. eod.
ſepiarum & polyporum aſtutia & atramentum 40.27.534
ſepulturæ militaris cōtributio 25.6.226
ſermo differt à voce 12.4.161
ſermones impudici lædūt mores 46.10.504
ſerpentarius ſignum cæleſte 8.3[illegible]2
ſerui lege & natura qui 27.5.210
ſeruorum & officij illorum leges. eod. pag. 211
ſe[illegible]us non eſt plantis 34.1.363
ſe[illegible]us nullus animæ 32.10.316
ſ[illegible]us quomodo elemētis datus 35.3.380
ſi[illegible]æ naturæ rei ſigna 34.14.373
ſ[illegible]us quid 8.19.14
ſ[illegible]entia corpora quæ dicta 36.3.427. & ſeq.
ſ[illegible]ex quid 36.4.429
ſ[illegible]milia quot modis 10.11.76
ſimplex vir quis 40.29.536
ſimultas quid 40.21.526
ſimulatio decipiendi cauſa dolus eſt 40.27.534. & ſeq.
ſinalepha 16.8.158
ſigna zodiaci 8.10.8
in Signo eſſe ſtella, quot modis dicatur 8.10.8 (19.15
ſignum cur ſtellæ dicuntur 8.
ſigna ſtellarum quomodo compoſita 8.23.18
ſignorum diuiſio & quæ & ſigna zodiaci. eod.
ſignorum zodiaci collectæ proprietates 8.58.28 & ſeq.
ſigna militaria vocalia, Semiuocalia, muta, etc. 25.6.225
de Signis morborum triplicibus medico obſeruādis, morborum temperamenti, &c. 28.30.269
ſignificationum variatio 17.4.163
ſingularis ſignificatio quot modis. eod.
ſingularis propoſitio quot modis 17.5.163
ſingultus vnde 28.17.260
ſiſtole quid 16.8.58
ſocietas regulæ in arte numerandi 15.9.142
ſocietatis bonorū vel malorum ſimiles facit 22.3.205 malorū malos reddit 40.10.504
ſocietas impiorum periculoſa in mari 25.3.236.237
ſol quantum recedat ab æquinoctiali 8.11.9
ſolis regreſsio in cancro & capricorno 8.12.10
ſolſtitia quando 8.12.p.10
ſol triplex & de planeta ſolis tractatio 8.42.30
ſolis vis viuifica 8.44 33
ſolem quæ plantæ ſequātur & horas indicent 36.7.432
ſoles plures cur appareant aliquando & de virgis quæ circa Solem 35.35.412
Solem intuentes immobilibus oculis 40.23.530
ſolutiones argumentorum vnde petendæ 17.21.172
ſoluendi aliæ regulæ & cautiones 17.22.173
ſomni & vigiliæ bona & noxæ 28.28.268
ſonus obiectum auditus & de ſono 12.4.100
ſoni diuiſio in muſica. eod. pag 101
ſonitus in quo differt à voce. eod. pag. 101
de Sophiſmate & eius ſolutione 27.23.174
Soye Gallis quid Latinis 24.20.219
ſpecies quid 17.1.161
ſpeculorum vnde conceptæ imagines 14.2.127
ſpeculum quid 14.3.128
variæ formæ 14.8.131
vſtorium. eod.
ſpeculo ſeipſum pingere 31.5.294
ſpectrū hominis ſemper viſum ab Antiphone quare 14.4.129
ſpes generaliter quid 39.22.468 remanſit inter hominum mala ſola. eod. p. 469 anchora miſerorum. eod.
ſpes volucris ſomnum vigilantium. eod.
ſpei templum. eod.
ſpes non omnis virtus. eod. pag 469
de Spe vt virtute theologica 23.470
ſpei vitium reſiſtens & contrarium 39.24 471.472
ſphæra mundi quid & obliqua & recta 8.6.4
ſpica virginis ſtella 8.29.21
ſpina quid 34.2.364
ſpiritus vitalis quid 33.43.363
ſpiritus minerales quot 38.7.437
ſpiritus ſyllabarum quid 16.7.156
ſpiritus in corpore quid & quotuplex 43.20.344
ſpithama menſura 13.8.125
ſpurinæ iuuenis caſtitas & factum 40.10.504
ſtadium quid 13.8.126
ſtannum plumbum album, & quid peltrum ſtannum 37.8.439
ſathmos 13.8.125
ſtatuam ad libidinem prouocantem proponens puniebatur lege 19.1.183
ſtatuarum faciendarum ars 31.15.303
ſtellarum declinatio vnde petenda 8.8.7
ſtellarum altitudo quid & vnde 8.9.7 latitudo & longitudo 8.20.16
ſtellarū loca quomodo ſignanda & ſub quo ſigno ſunt, inuenire docetur 8.10.8
ſtella nulla in cœlo cryſtallino 8.17.13
ſtellæ in firmamento 8.18.14
ſtellæ inerrantes non cadunt 8.19.14.15
ſtella vnde dicta. eod.
ſtellæ num humore paſcantur 8.19.15
de Stellarū numero variæ ſen-

tentiæ 8.20.15
ſtellarum diuiſio in meridionales, ſeptentrionales, lucidas, &c. eod.
ſtellæ cur viſæ nouæ 8.10.15
ſtella quæ in natiuitate domini apparuit qualis 8.21.16.17
ſtellarum materia & figura 8.21.16. & ſeq.
ſtellas qui adorarunt 8.22.17
ſtellæ non regũt mores 8.23.18
ſtellarum ortus & occaſus qui & quotuplex 8.36.24
ſtellæ fixæ mouentur loco & quomodo 8.36.25
ſtellas qui obſeruarunt 8.51.40
ſtellas non neceſſitate, earumque effectus triplici modo euitari 8.52.41
ſtellarum loca cognoſcere docetur 8.53.25
ſtellarum fixarum locus, ortus & occaſus, & gradus ſigni per tabulam 8.35.31
ſtellæ polares quæ obſeruandæ 26.14.245
ſtirpes, vide Plantæ.
ſtratagemata vt plures vel pauciores milites videantur 25.21.228.229
ſternutantes cur ſalutantur 33.24.346
ſtereometria quid 13.2. & 13.4.121
ſubditorum in principes officium 21.8.202
ſubiectum & prædicatum in ſyllogiſmo quid 17.9.165
ſubſtantia ens 10.8.73
de Subſtantia triplici, corruptibili, incorruptibili, mobili, & incorruptibiti æterna 10.13.78
ſubſtractio in numeris quid, & praxis eius 15 6 139
ſuccida lana quid et vires 24.6.217
ſucculæ ſtellæ 8.25.20
ſulphur principium metallorum cum argento viuo 37.2. 434 eius duæ ſpecies. eod.
ſulphuris eſſentiæ & aliæ 4. ſpecies 38 4.441
ſumptuariæ leges. 40.18.522
ſunbuleth ſtella 8.29.21
ſuperficies quid & ſpecies 13.4.121
ſuperbia & ſuperbi quid & vnde 40.1.486 comites & partus. eod. pag. 487. & ſeq.
ſuperborum indicia, vnde naſcatur ſuperbia, ſuperbiæ inſignes punitiones. eod.
ſuperbiæ antidotũ 40.3.488
ſuperbiæ fomẽta ſigillatim reiecta eod. p. 490. & ſeq.
ſyllaba quid & quot ei accidant 16.7.156
ſyllabarum quantitas 19.3.185
ſyllabarum ſcanſio quid 19.7.188
ſyllogiſmi optimi cautiones 17.13 168
ſyllogiſmus quid & ſpecies 17.9.165
ſyllogiſmi modi 17.10.166
de figuris 17.11.166
ſympathia & antipathia rerũ cœleſtium & terreſtrium 36.7 432
ſymptoma morborũ quid 28.29.269
ſyrupus quid 28.35.277
ſyſtemata

ſyſtemata carminum quot 19.6.188
ſyſtema muſices quid 12.12.107

T

TAbula ſtellarum fixarum 8.38 27
tabula planetarũ pro pronunciatione aeris. eod.
tabula naturarum & proprietatum ſignorũ 8.39.27.28
tabula planetarũ 8.41.29.30
tactus diffunditur per totum corpus 33.33.353
de ſenſu Tactus 33.39.359
talentum quid, & quotuplex 15.13 147
de Tauro ſigno zodiaci 8.25.19
telæ opificia 24.9.219
temeritas & timiditas extrema fortitudinis vitia 39.8.452
temperamẽtum corporis quid 28.7.254
temperamenti corporis gradus vnde 36.1.425.426
temperantia vel continentia quid, & de ea 39.11.454
hæc circa voluptates & dolores comites eius. eod.
diuiſio & effectus 39.12.456
tẽperantiæ aduerſa 39.13.456
temporis numeratio à Sole 8.42.30
tempus ſyllabarum quid 16.7.156
tempeſtatum ex aeris conſtitutione præſagia 35.13.392. & 35.16.394. & 35.23.400. & 26.12.244
tempeſtates auertentia 26.12.244
templum in caſtris ſemper 25.8.226
tenor ſyllabarũ quid 16.7.156
terra animalia naſcuntur 9.3.62
terræmotus magnus ſub Galieno Cæſare 35.25.402
terræmotus cauſa variæ ſentẽtiæ, et ſpecies eius 35.33.407
terræmotus quæ non quatiuntur. eod.
terræmotus futuri ſigna 35.34.408 effectus eod.
terræmotus magni eod. p. 409
in Terræmotu Deo incognito litatum & feriæ indictæ vt ſupplicationibus vacarent ab antiquis. eod.
terræ venæ, riuuli aquarum, eam in aquam cõuerti: eius tres regiones 35.39.415
terra vnde dicta, qualitas, ſine aqua puluis, carbonum vicem præſtans 35.43.419
terræ diſtinctio: eius tres ſpecies 35.44.420
terra quæ. eod.
terra elementaris nulla cõſpicua. eod. terræ alia diuiſio in montes, colles, imperia, &c. eod.
de Terræ orbis magnitudine 35.45.421
terra centrum mundi. eod.
terra ſphærica. eod. & p. 421
terræ vniuerſæ per miliaria diuiſio. eod.
terra immobilis, cœlum autem mouetur 35.46.422
terræ commoda & beneficia 35.47.422
terra vt animal ferè ſuis partibus compoſita, mater omnium. eod.
terræ

terræ & cæli ſyngamia ſeu cōiugium. eod. pag. 423
terra hominibus communis omnibus. eod.
terræ fœcundæ & ſterilis ſigna 27.4.239
de Terminorum, vt Dialectica notat, conſideratione lib. 17.c.2.3.4.p.161.& ſeq.
ternarij numeri laus & vis 15.11.145
trium regula Arithmetica 15.9.142
Tert[illegible]ani error de anima 32.9.315
tetrachorda muſices quot 12.11.105
texturæ partes 24.4.215
textoris inſtrumenta. eod.
theologales virtutes quæ 34.14.457
thoracis partes, morbi, & remedia 28.16.259
thorax hominis & eius partes externæ 33.29.340
internæ 33.31.350
timor Dei exigitur in inſtitutione iuuenis 21.3.195
Trociſcus quid medicis 28.35.277.& ſeq.
toni muſices, & vnde formati 12.3.100. & 12.13.108. & 12.16.110
tonitrua & fulgura à Deo ſine cauſa naturali moueri 35.23.399
tonitrua olim excantata. eod.
tonitrua vnde generentur, & quid 35.21.393
torquati milites qui 25.17.21
tortura nihil declarantes 40.23.530
tragœdia, & partes eius 19.6.188
tramōtana ſtella quid 8.28.[illegible]
de Tranſcendentibus noſtræ [illegible]tis, bonitate, magnitudi[illegible], &c. 10.15.80
tranſcendentia quæ antiquis & philoſophis 10.15.81
tremor vnde 35.5.382
tribuni militaris officium 25.9.227
tributum ſtultorum ab aſtronomis petitum 8.52.41
tripudium, vide Saltatio.
triſtitia morbos generat 28.25.265.266
tropici cancri & capricorni 8.12.10
tubera plantæ ſunt 34.5.368
turma equitum quid, & ſpecies 25.4.222.& ſeq.
turpia vt non facienda, ita nec dicenda nec legēda 19.1.183
tympana & ſaltationes, inſtrumenta luxuriæ 12.22.
Typhon fulgur 35.22.398
Tyrtæi 19.8.190
tyrannis quid 21.3.195

V

Vacuum quid, & num ſit in rerum natura 11.14.97.98
Vada flumium & foſſarum vt contra hoſtes præmunienda 25.5.224
vapor quid 35.11.391
vegetationis ratio 34.11.371
vellus aureum 24.5.215
vela celeritatem addunt nauibus 26.13.245
venatio laudabilis & illaudabilis quomodo 29.1.282
venatio, apud Perſas quare laudata: militiæ prælūdiū, ad ſanitatem conducens, & aliæ vtilitates eius & mala. eod.
eod. & pag. 283
[ven]atrices mulieres, & mala inde orta. eod. & pag. 282
venatores imperatores. eod. pag. 284
venationis Platonis leges. eod.
venationes hominum & ferarum 29.2.284.285
venatio quid, quotuplex 29.2.284
venationum diuerſi modi pro diuerſitate ferarum indagandarum 29.3.285
venatio leporum & cotburnicum. eod.
venatorius ludus alius à venatione 29.2.285
venatori veſtigia animalium quomodo indaganda, venationis inſtrumēta 29.3.285
venæ 33.c.15.& 16.pag.339. & ſeq. & eod. lib.33. c.19. p.342.& cap.31.p.350
Venus vix tangit occupatos 40.9.502
Veneris planetæ color, natura, &c. 8.45.34
Venerē quæ concitant, quæ've extingunt 40.9.500
Venere functum proſequuntur apes 39.11.455.456
Venere externa polluti ab aris remoti 40.7.499
Venere infatuati 40.6.498
ventris partes, morbi & remedia 27.28.260
ventum maximè flantem modica pluuia reprimit, & cōtrà 25.31.406
venti ſemeſtres vbi 26.2.236
ventorum flantium qualitates & morbi 28.26.266.267
ventorum generatio, & quid ſint 35.25.402
ventorum ſectio & diuiſio 35.26.403
ventorum concurſum prædicere. eod.
ventorum Orientalium obſeruationes & naturæ 35.27.404 Occidentalium. eod. lib.c.28.p.405 Meridionalium 25.29.405 Septentrionalium. eod. cap.30.pag.405
ventorum venturorum præſagia 25.31.406
ventos quos moueant planetæ 35.25.402
de Ventis repētinis 35.32.406
ventis communia 25.31.406
ventis quomodo nautæ obſiſtant 26.13.245
verba impudica corrumpunt mores 40.10.503
verborum efficacia 19.8.189.190
verborum vis ex vſu pendet 16.1.148.149
verecundia 40.31.537
verecundia quid, & differentia à pudore. eod.
verecundia propriè iuuenum non ſenum eſt. eod.
verecūdæ quædam mulieres. eod.
verecundiæ ſedes in genis. eod. pag. 539
vergiliæ ſtellæ 8.25.19
veritas Metaphyſices ſubiectū quoque, et quæ illa 30.3.68
veritas hiſtoriæ baſis 20.1.191
vermes quotuplices intra corpora animalium 33.9.183.& ſeq.
vernix cælandi cauſa vt fiat 31.14.302.303
vernum tēpus incipit 8.24.19

*deſinit* 8.27.20
*verſuum Gallorum, Latinorum, Hebræorum & aliorum ratio* 19.2.184.185
*verſoria nautica & vſus* 26.10.243
*verſoriæ errores quales contingant, & emendatio.* eod.
*vertebræ animalium quæ & quot* 33 29 349
*veſper, quæ ſtella* 8.45.34
*veſtales virgines* 40.12.506
*veſtigia animalium quomodo indaganda* 29.3.285
*aliter pro ferro* 31.20.291
*veſtimenta quædam caſtrenſia* 25.7.226
*veſtium primorum parentum myſteriū* 24.5.215. & ſeq.
*veterani milites qui* 25.17.233
*veterinaria medicina, & veterinarij qui* 28.37.278. & 28.2.250
*vexillorum militarium Romanorum inſignia* 25.6.225
*via S. Iacobi ſeu lactea in cœlo quare dicta* 8.37.26
*viduarum caſtitas, & exempla caſtarum* 40.8.500
*vidua quæ animalia viuant.* eod.
*vidua vnde dicta.* eod.
*Villæ æquale debet eſſe ædificium* 17.3.287.288
*vindicta priuatis prohibita* 40.22.524
*vini potus pernicies* 40.19.523
*vinum qui non bibebant.* eod.
*vini vis, & eius præparatio ad libidinem* 40.6.496
*vinum ſaltare etiam ſenes cogit* 12.21.p.119
*virginis publicatio ſtupri [illegible] eſt* 40 9 [illegible]
*virginis ſignū zodiaci* 8 29 [illegible]
*virgines Hebrææ erant incluſæ* 40.9.501
*virgines magis diliguntur.* eod.
*virgines puellæ ne frequētiam ſequantur hominum.* eod.
*virgines qui fuerūt præcipui in eccleſia* 40.12.506
*virginum caſtitas qualis eſſe debeat* 40.9.500
*virgines Deo dicatas videri ſacrilegium* 40.9.502
*virginitas intacto clauſtro corrumpi poteſt.* eod.
*virginitas quomodo aſtu aliquibus conſeruata* 40.10.504
*virginitatis ad nuptias præſtātia & cōparatio* 40.14.509
*virginitatis laus & perfectio angelica, quod ea fiant eunuchi* 40.9.500
*virginitatis votum ſeruādum* 40.12.506
*ad Virginitatem conſeruādam parænesis* 40.14.509
*virginitatē inter Ethnicos qui conſeruarunt* 40.11 505
*virginitatē morti prætulerunt aliquæ* 40.12.507
*ad Virginitatem perpetuā non pertinere cenſorias leges* 40.12.506
*virginitatem perpetuam prima vouit B. virgo Maria* 40.13.507
*virginitatem ſemper in Dei eccleſia & cultu prædicatam* 40.12.506
*virentes perpetuo arbores* 34.12.372

virgultum



*[illegible]gultum quid* 34.2.364
*[illegible]de in plantis vnde* 34.12.[illegible]72
*virtus à viro dicta* 22.2.205
*virtus nō fœlicitas, ſed via ad fœlicitatem* 22.1.204
*virtus præſens inuidiam concitat* 40.15.515. & c.16. pag.517
*virtutis moralis et intellectualis differētia* 22.2.204.205
*ob Virtutem non ſuperbiendū quare* 40.3.490
*virtutes morales vnde comparentur* 22.3.205
*virtutes ex volūtate factæ metiuntur nō caſu* 39.2.446 & 39.6.449 & 39.11.455
*virtutes principales & theologales quæ, & harum differentiæ* 39.14.457
*virtutes ſibi inuicem hærent vt vitia* 39.1.443
*virtutib. vitia proxima & interdum ſpecie fallunt.* eod.
*vis & virtus occulta rebus ineſt* 36.7. & ſeq.
*viſio triplex directa & refracta, de quibus lib.14.cap.7.8.9.131.132. & ſeq.*
*viſus quid* 14.2.127.128
*viſus, & viſualis potentia, vnde.* eod.
*viſus quibus inſtrumentis ſit* 14.1.126. & 33.34.354
*viſus duo media color & lumē* 14.3.128
*viſus deceptiones vnde contingant* 14.4.128 *variatio vnde & officiant vel iuuent.* 33.34.354
*viſus effectus* 33.35.355
*viſu cur aliqua noceāt & inficiant* 33.35.356. & ſeq.
*vita triplex hominum, contemplatiua, actiua, factiua* 9.5.64
*vita vera hominum circa quæ* 9.5.65
*vita rerum publicarum, & imperiorum* 21.4.195
*vitæ arbor quæ* 28.3.250
*vitæ animalis fomentum calor & humor* 35.4.381
*de Vita plantæ* 34.1.363
*cur Vita aliquando poſſit abſtinere à cibo* 35.19.364
*vitioſa pronūciatio literarum nationum quarūdam emendata* 16.5.153
*vitis partes & appellationes* 34.9.370
*vitri opificium & ars* 31.22.592 & 38 1.440
*viuant ne lapides* 36.8.433
*viuere num animal poſſit ſolo aere* 35.10.387
*viuentes odore* 35.10.439
*vlna menſura* 23.8.125
*vmbilicus hominis* 33.32.351
*vmbroſum corpus quid* 14.5.130
*vncia menſura* 13.8.125
*vnguentum quid* 28.35.277
*vnum materia metaphyſices* 10.c.1. & 3.p.66. & ſeq.
*vnum quot modis dicitur* 10.11.76
*vnum quæ habet conuenientia.* eod.
*vnum & multa oppoſita.* eod. pag.77
*vnius imperium an melius quàm plurium* 21.3.195
*vnitas* 15.12.145
*vniſonum quid* 11.12.97
*vniuerſalis propoſitio quid* 17.5.163

vocalia

vocalia & ſemiuocalia,& muta instrumenta quæ agriculturæ 25.6.225
vocalia & ſemiuocalia,& muta ſigna militaria quæ eod.
volatilia animalia quæ 33.2.328.329
voluntate metiuntur virtutes 39.2.445
voluptas momentanea 33.40.361
voluptatum fruitione quare non ſuperbiendum 40.3.570
voraces aliqui 40.18.520
voracitatis mala 20.525
vox quid 12.4.100
differt à ſono. eod.
vox rhetoris & oratoris pars eximia 18.3.175
vox cum geſtu concordare debet. eod.
quid Vocem obſcuret, clarificet, impediat. eod.
vox mentis interpres vnde accommoda ſit dictis 18.5.176
vox cum geſtu dicentis conſentire debet 18.8.179
vocis moderationes per ſingulas orationis partes 18.7.178
vocis ſuſpendendæ & variandæ notæ 18.6.178
vrinæ conſideratio 28.30.270
vrinam quæ animalia non habeant,& cur 33.3... & ſeq.
vrinaria vaſa 33.32.3...
vrſa maior,& minor quid 8.26.20 & 8.29.21
vrſæ cauda ſtella polaris 8.26.20
vſucapionis ratio 40.24.531
vulpinam aſſuendam pellem, vbi leonina nō ſufficit quis dixit 40.28.536
vultur ſignum cœli 8.33.23
de Vulua & eius diuerſitate 33.32.352
vxor quain ducenda & tolleranda 23.3.208
vxoris in domo partes. eod.
vxoris in domeſticos iura & leges 23.4.209
vxori quæ non reuelāda. eod.
vxorem quomodo gubernare oporteat 23.3.208
vxoria caſtitas quæ 40.7.499

Z

Zacharias quare à Iudæis occiſus 40.13.508
Zelotypia & eius diuina expiatio 39.28.479
Zenit quid 8.9.7
de Zodiaco 8.10.8
ibiq; de diuiſione eius, & ſignum.
zodiaci pars aſcendens & deſcendens 8.11.10
zonæ terræ 8.12.10.& 8.13.11

FINIS.